c. 28 b a. m. 2798 " Labdon de tribu Effraim annis VIII[13]. Hujus anno tertio Troja capta est, *regnante in " Italia Latino,* completis a primo anno Cecropis, qui primus apud Atticam regnauit CCCLXXV " a quadragesimo autem et tertio anno Nini regis Assiriorum „. Juxta Eusebium autem expletis a mundi principio annis quatuor milia XIX. A diluuio anni[s] MLXXXVII[14]. A natiuitate Abrahe, et quadragesimo tertio anno Nini regis annos DCCCXXXV. " A natiuitate Moysi anni

---

1-2. Remansitque Jonatham Jonathas filius *C* — 2. et absconditus est *om. C* — 3. $\overline{\mathrm{II}}$DCCXLV] *in inchiostro rosso C* — 4. *B* Thola *come Beda* — 5. Ephraim *B* - Yaphitarum *A* — 6. Palefatum *C* - Notabilis *A* — 7. $\overline{\mathrm{II}}$DCCLVII] *in inchiostro rosso C* — 8. Jair *B* — 10. $\overline{\mathrm{II}}$DCCLXXIII] *in inchiostro rosso C* — 11. Jepte *A; accetto la lezione di B C più rispondente al testo biblico* - Galadites *C* - Philistim *B C* — 12. Zepte *A* (*sic*) - ete *A* (*sic*) — 14. IIDCCXXXX] *in inchiostro rosso C* — 16. $\overline{\mathrm{II}}$DCCXC] *in inchiostro rosso C* — 18. Samueli *B C* — 19. *A di prima mano:* Josepo, *poi* Joseppo; *così pure* Joscpo *in C* — 20. sumam *C* — 22. coniuracio *C* — 24. naciones *C* — 26. Dare] Thares *erroneamente A C* - Phrigius *B* — 27. proditam *A* — 28. $\overline{\mathrm{II}}$DCCXCVIII] *in inchiostro rosso C* — 29. Ephraim *B* - tercio *C* — 31. tercio *C* — 33. tercio *C*

[1] *Iudic.*, IX, 1 e 5.

[2] Iustinus, *op. cit.*, XLIII, 1 (*ediz. cit.*, p. 209).

[3] *Iudic.*, X, 1; il monte sarebbe *Samir*, non *Sanir*.

[4] L'indicazione di *Palefatus* o *Palephatus B* pare l'abbia tratta da Orosio, *op. cit.*, I, 13, § 4 (p. 26): " Sed " Thessalos Palefatus in libro primo Incredibilium pro- " dit ipsos a Lapithis creditos dictosque fuisse Centauros " eo.... „.

[5] Cf. Dares Phrigius, *De excidio Troiae historia*, ediz. di Ferdinando Meister, Lipsia, 1873, cap. III, p. 5.

[6] *Iudic.*, X, 3; si sottintende: *iudicavit.*

[7] *Iudic.*, XI.

[8] Iustinus, *op. cit.*, II, § 4 (*ediz. cit.*, p. 16).

[9] *Iudic.*, XII, 11: il nome biblico è però " Elon „.

[10] Flavius Iosephus, *Opera omnia*, ediz. cit. 'Ιουδαικῆς ἀρχαιολογίας, B. ἕκτη, § 45 sg. (vol. II 11 sgg.).

[11] Paulus Orosius, *op. cit.*, I, 17 §§ 1 e 2. In *R*, dopo " inuoluerit „, manca: " atque adflixerit „.

[12] I dati qui riportati da *R* non rispondono a quelli di Dares Phrigius, *op. cit.*, ediz. cit., cap. XLIV (p. 52). Darete dice: " Ruerunt ex Argivis, sicut acta divina in- " dicant.... hominum milia DCCCLXXXVI et ex Troianis " ruerunt usque ad oppidum proditum hominum milia " DCLXXVI „.

[13] *Iudic.*, XII, 11; il nome però è: *Abdon.*

[14] Eutropius, *Breviarium historiae romanae ab urbe condita* etc. M. G. H., *Auct. antiquiss.*, Berolini, 1879, tomo II, p. 6, legge: *annis mille DCCLXXVII.*

" CCCCX „[1]. Capta igitur Troja, Eneas, *paucis interuenientibus annis, in Italia profugus ueniens, arma commouit, bella excitauit* cum Turno Dauni filio regis Tuscorum, dimicans eum interemit, ejusque sponsam sibi uxorem accepit[2], et per triennium regnans multos populos implicuit odio, excidioque afflixit[3] MMDCCCXXXIX.

" Mortuo autem Labdon, seruiuit Israhel Philisteis annis XL „ ĪIDCCCXCIX.

" Sanson de tribu Dan annos XX[4]. Hactenus Judicum tempora liber signat habens annos " CCCCXCIX „. Quibus transactis ex libris regnorum, et prophetarum, et ex romanorum historiis diu jam inchoatis acta prosecuntur. a. m. 2818

" Judices autem Latini duodecim, qui postea romani nuncupati sunt, post tertium annum " captiuitatis Troje, ut quidam uolunt, octauum, regnauit Eneas annis III. Post quem Ascanius annis XXXIX. Ante Eneam uero Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in Italia regnauerunt annis circiter CL Ascanius Enee filius Albam urbem condidit „ ĪIDCCC[5]. c. 29 a

" Heli sacerdos anni XL. In Ebreorum libro XL anni inueniuntur[6]. In septuaginta autem " interpretatione XX. Hectoris filii Ilium receperunt, expulsis Antenoris posteris, Heleno sibi " subsidium ferente. Latinorum tertius Siluius Enee filius *frater Ascanii* regnat annis XXIX, " *quique* post mortem patris editus ruri fuerat educatus, et Siluii, Posthumii nomen accepit, " a quo omnes Albanorum reges Siluii uocati sunt[7]. Reges Sicioniis defecerunt, qui ab Egealeo " usque ad Zeuxippum, regnauerunt annis nongentis LXII. Post quos sacerdotes Carnii con" stituti sunt „ ĪIDCCC. a. m. 2858 Mur., 19

" Samuhel *annos* XII ut docet Josephus: in scriptura enim sancta quandiu prefuerit mi" nime patet[8]. Ab hoc tempora prophetarum incipiunt „. a. m. 2870

" Latinorum quartus Eneas Siluius regnat annis XXXI „ [9]. Tunc temporis Omerus poeta clarus fuisse' putatur, juxta Ysidorum ĪIDCCCXC. c. 29 b

" Saul primus Hebreorum rex annos XX et hujus quia in canonica scriptura non habetur, " de antiquitatis Joseppi libro, tempus regni notauimus. In Lacedemone regnauit primus " Euristeus annos XLII[10]. Corinthi primus Arethis annis XXXV „. a. m. 2890

QUARTA ETAS.

" Quarta mundi Etas non solum cum inchoato Judee gentis imperio, sed et cum inno" uata promissione, que patribus olim data est, imperii Christiani sumit exordium, jurante " domino Dauid ueritatem: de fructu uentris ejus sedere super sedem eius „. Ex hoc autem reges Juda designantur ĪIDCCCCXXX. a. m. 2930

---

2. arma *om. A* — 4. implicuit *C* - efflixit *A* - MMDCCCXXXIX] *in inchiostro rosso C* — 5. ĪIDCCCXXXVIIIJ *om. A; è in C in inchiostro rosso* — 6. *A di prima mano:* temoru — 8. prosequuntur *B* — 9. *C* tercium — 12. ĪIDCCC] *in inchiostro rosso C* — 15. *C* tercio — 16. post mortem patris] post iunii *A B;* post Iunii *C; correggo la lezione secondo* Beda — 19. ĪIDCCC] *in inchiostro rosso C* — 20. Josephus *B* — 22. Homerus *B* — 23. ĪIDCCCXC] *in inchiostro rosso C* — 25. Josepi *A* — 28. set *C* — 31. ĪIDCCCCXXX] *in inchiostro rossa C*

[1] *Hist. Misc.*, ediz. Franc. Eyssenhardt, Berol. 1868, lib. I, cap. I. R ha omesso: " ante urbem autem con" ditam annis quadringentis quatuor, ante primam quo" que olympiadem annis quadraginta sex „.

[2] *Hist. Misc.* cit., lib. I, cap. II. Le parole in corsivo sono di R.

[3] Iustinus, *op. cit.*, ediz. cit., XLIII, 1, § 10 sg.; Valerii Maximi, *Factorum et dictorum memorabilium*, ediz. Kempf, Lipsia, 1888, lib. I, cap. VII (p. 48); Ovidius, *Metam.*, lib. XIII; Livius, *Histor.*, I, 1 e 2.

[4] *Iudic.*, XVI, 31; Beda legge: 299 annos.

[5] Iustinus, *op. cit.*, loc. cit.

[6] Samuele, IV, 18.

[7] Anche qui la fonte prima pare sia la *Miscella*, lib. I, cap. III: " Silvius igitur Postumus regnavit an" nis XXXIX qui Postumus ideo est appellatus quia post " mortem patris est editus, Silvius, qui ruri fuerat edu" catus, a quo omnes Albanorum reges Silvii vocati " sunt „.

[8] Flavius Iosephus, *op. om. cit.*, 'Ιουδαική ἀρχαιολογία, B. πέμπτη § 348 (vol. I, p. 331): Σαμύηλος δὲ πεπληρωκώς ἔτος ἤδη δωδέκατον προυφήτευε.... „.

[9] *Hist. Misc.*, lib. I, 3.

[10] *Isidorus*.... Flavius Iosephus, *op. cit.*, B. ἕκτη, § 45 sg., specialmente il § 378 (vol. II, p. 82); B. δωδεκάτη, § 245 (vol. III, pp. 104 e 105). Il nome del re dei Lacedemoni non è *Euristeus,* come dice Romualdo, ma 'Αρεῖος.

" Dauid ex tribu Juda rex regnauit annis xl. *Hunc propheta Nathan arguit propter*
" *peccatum, atque legem Dei docuit eum*[1]. *Quo tempore regnauit* Latinorum quintus Latinus
" Siluius annis l[2]. *Tunc* Ephesus condita ab Andronico. Carthago quoque condita est, ut
" quidam uolunt, a Harcedone Tyrio, ut uero alii, a Didone filia ejus anno CXLIII post
" Trojanum excidium „[3] $\overline{II}$DCCCCLXX.

a. m. 2970 " Salomon filius Dauid annos xl qui quarto regni sui anno, mense secundo templum
c. 30 a " Domino' edificare coepit in Jerusalem, collectis ab ingressu Israhelis ex Egypto annis cccclxxx
" ut regum quoque liber testimonio est, quod in figura uniuersi temporis, quo in hoc seculo
" Christi edificatur ecclesia, que in futuro perficitur; septem annis perfecit, et septimo octaui
" anni mense dedicauit „. Achias Sylonites propheta Salomoni regi predixit quod per mu-
lieres a mandatis Domini declinaret. Regina Saba uenit audire sapientiam Salomonis[4]. " La-
" tinorum sextus Alba Siluius Siluii Enee filius regnauit annis xxix „ $\overline{II}$DCCCCLXXXVII.

a. m. 2987 " Roboam filius Salomonis annos xvii. *Ex eo quippe regnum Israhel a Juda diuiditur.*
" Jeroboam namque de Tribu Effraim separauit decem tribus a domo Dauid, et a Domino:
" in figuram hereticorum, qui se suosque sequaces a Christo, et ecclesia segregant. Hujus
" quinto anno Sisac rex Egypti Jerosolimam templum expoliauit „. Jaddo propheta in Samaria
natus. Hic ad Jeroboam immolantem uitulis missus in sermone Domini uenit, eumque arguit
immolantem. Hunc ad propria reuertentem leo in uiam strangulauit, eo quod propheta alius
c. 30 b eum fefellit[5]. " Latinorum septimus Egyppus Siluius Albe superioris regis filius' regnauit
" annis xxxiv. Samus condita, et Smirna in urbis modum amplificata „ $\overline{II}$DCCCCXX.

a. m. 2990 "Abia filius Roboam *annos* iii. Hic pugnantem contra se Jeroboam superauit, occisis
Mur., 20 " de exercitu ejus MD eo quod sperasset in Domi'no „[6]. Sub hoc Abimelech pontifex fuit
a. m. 3031 $\overline{III}$XXXI.

a. m. 3031 " Asa filius Abia *annos* xli. Ab hoc conductus Benadab rex Sirie contra Israhel per-
" cussit omnem terram Neptalim „. Asa Ydola destruit, templum mundat, egredientem contra
se Zara Ethiopem cum suo sternit exercitu. Amri rex Israhel emit montem Samarie a Somer
duobus talentis argenti, et edificauit eum. Hahiel de Bethel Hierico instaurat[7]. " Latinorum
" octauus Capis Siluius Egyppi superioris regis filius regnauit annis xxviii. Hic Capuam in
" Campaniam condidit „[8]. $\overline{III}$LVI.

a. m. 3056 " Josaphat filius Asa *regnat* annis xxv „. Iste fecit rectum coram Domino. " Helias
" Thesbites *de terra Arabum de tribu Aaron* tres semis annos pluuiam continuit propter pec-
" catum Ackab, et populi Israhel. Et inter cetera magnalia Heliseum filium Saphath *de*
" *terra Ruben,* qui erat de Abel Meula pro se unxit prophetam „. Israhel, et Juda hoc inter
c. 31 a se differunt, quod omnis populus prius appellabatur Israhel: et qui regna'bat de genere Dauid
in Jerusalem appellabatur Juda. Et quoniam ab Israel vituli aurei colebantur in Dan et
in Bethel: propterea ab Assiris capta est Samaria, non tamen omnino deleta. Et multo post
tempore Judas a Chaldeis ductus est in Babilonem: quia minora peccauerunt[9]. " Latinorum

---

3. l] *om. A* — 4. Charcedone *B;* Carchedone *C* - Tuirio *B C* — 5. $\overline{II}$DCCCCLXX] ***in inchiostro rosso C*** — 7. Hierusalem *B* - Israelis *B* — 8. universa *A B* — 12. $\overline{II}$DCCCCLXXXVII] ***in inchiostro rosso C*** — 13. Israel *B* — 14. Hieroboam *B* - Ephraim *B* — 15. ***in A*** figuram ***è su rasura e scritto d'altra mano*** — 16. Hierosolimam *B* - Addo *B* — 19. Egiptus *B* - ***in C di prima mano:*** Silius — 20. amplicata *C* - $\overline{II}$DCCCXX] ***in inchiostro rosso C*** — 23. $\overline{III}$XXXI] ***in inchiostro rosso C*** — 24. Israel *B* — 25. Nephalim *B C* — 26. Israel *B* — 27. Hajel *B* - Hierico *B* — 29. $\overline{III}$LVI] ***in inchiostro rosso C*** — 32. Israel *B* — 33. Israel *B* — 34. Israel *B*

[1] I *Reg.,* I, II, 11.

[2] *Hist. Misc.,* loc. cit.

[3] La leggenda porta che Efeso sia stata fabbricata dalle Amazzoni: " Ephesus Ioniae urbs ab Amazonibus " condita „. Iustinus, *op. cit.,* ediz. minor., II, 4, 15. — Per Cartagine cf. Flavius Iosephus, περὶ ἀρχαιότητος Ἰουδαίων κατὰ Ἀπίωνος, λογος προτεϐος, 121 sg. (ediz. cit., *op. om.,* vol. VI, 207.

[4] I *Reg.,* VI, I, X, XI, 30 sg.

[5] I *Reg.,* XII; Flavius Iosephus, *op. cit.,* Ἰουδ. ἀρχαιολογίας, B. Ογδοη, 205 sg. (vol. II, 212 sg.).

[6] I *Reg.,* XV, 1-8 e XX; Flavius Iosephus, Ἰουδ. ἀρχαιλογίας, lib. cit., 234 sg. (vol. II, 219 sg.).

[7] I *Reg.,* XV, 8-24; Flavius Iosephus; *op. cit.,* B. ὀβδόμη, § 285 sg. (vol. II, p. 144 sg.).

[8] *Hist. Misc.,* loc. cit.

[9] I *Reg.,* XV, 24, an. XXII.

nonus Carpentus Siluius superioris regis filius “ Capis regnauit annis XIII post quem filius eius “ Thyberinus Siluius annis VII a quo, et fluuius appellatus est, Tyberius [1] qui prius Albola “ dicebatur. Post quem Agrippa Siluius filius ejus annis XL „, cujus temporibus Homerus fuisse, “ in Grecia perhibetur [2]. $\overline{III}$LXIV.

“ Joram filius Josaphat annis VIII „, cujus diebus recessit Edom, ne esset sub Juda, et (a. m. 306[illegible]) constituit sibi regem. Ambulauit autem Joram in uiis domus Achab: filia quippe Achab erat uxor ejus. “ Helyas curru igneo rapitur quasi usque ad celum. Et Heliseus heres prophetie “ derelictus, primo miraculo aquam Jericho sanat „ [3]. Abdias propheta de tribu Sichem in agro Bethacaran natus discipulus Helie fuit: tertius quinquagenarius cum quinquaginta militibus ab Hocozia ad Heliam missus, cui et petitus percepit' Helyas, ne eum ignis, sicut duos (c. 31 b) ante quinquagenarios, consumeret. Hic ergo Hocozia relicto ministerio prophetauit. Micheas de tribu Effrem in Morasti ortus: quoniam peccantem Acab sepius arguebat, sub Joram filio ejus precipitio ualde porrecto jactatus occubuit [4] $\overline{III}$LXV.

“Azarias filius Joram anno primo. Hunc Azariam cum filio Joas, et nepote Amasia ob (a. m. 3065) “ enormitatem scelerum, et quia nec patrem, filiumue quispiam eorum bonum habebat, inde “ eos Matheus euangelista a Domini Saluatoris genealogia se cludit „. Jojadab filius Rechab clarus sacerdos habetur, qui uixit annis CXXX [5] $\overline{III}$LXXI.

“Athalia mater Azarie annis VI que uidens interfectum ab Jeu rege Jsrahel filium suum (a. m. 3071) “ Azariam, interfecit omnem stirpem regiam domus Joram, preter solum Joas filius Azarie, “ Isabeth soror Azarie uxor Joade pontificis furata est de medio filiorum regis, cum interfi- “ cerentur [6]. In septuaginta interpretibus VII annis regnasse Athalia narratur „. Zaccharias prophetauit $\overline{III}$CII.

“ Joas filius Azarie annis XL. Iste bono prin'cipio, et fine usus pessimo. In principio (Mur., c. 21; a. m. 3111) “ sui regni templum innouat. In extremis inter cetera facinora' Zachariam quoque filium (c. 32 a) “ Joadie tutoris quondam, ac regnificatoris sui inter templum, et altare lapidare precepit, “ quem ob meritorum gratiam Dominus in euangelio filium Barrachie, idest benedicti Domini, “ cognominauit [7]. Latinorum duodecimus Aremus Siluius Agrippe superioris regis filius re- “ gnauit annis XVIII qui presidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit. Hujus “ filius fuit Julius proauus Julii Proculi, qui cum Romulo Romam commigrans fundauit Juliam “ gentem „ [8] $\overline{III}$CXL.

“Amasias filius Joas annis XXIX. Heliseus propheta sepelitur in Samaria. Azahel rex (a. m. 3140) “ Sirie afflixit Israhel [9]. *Latinorum tertius decimus* Auentinus Siluius superioris regis filius “ major regnauit annis XXXVII atque in eo monte, qui nunc pars est urbis, mortuus, ac se- “ pultus eternum loco uocabulum dedit „ [10] $\overline{III}$CXII.

1-2. post quem filius eius Thiberinus Siluius annis VII *om. B* — 2. Tiberius *B C* — 4. $\overline{III}$LXIV] *in inchiostro rosso* — 6. prophecie *B C* — 10. Hoc ozia *C;* Hochozia *B* — 11. Hochozie *B il nome sarebbe:* Acharia — 12. Ephrem *B* - Achab *A* — 13. precipicio *B C* - $\overline{III}$LXV] *inchiostro rosso C* — 17. $\overline{III}$LXXI] *in inchiostro rosso C* — 18. Hieu *B* — 20. Iosabeth *B C* - Ioade] Jorade *A*; *accetto la lezione di B e C conforme a Beda* — 22. $\overline{III}$CII] *in inchiostro rosso C* — 26. Barachie *C* — 27. Romani *C* - conmigrans *C* — 30. $\overline{III}$CXL] *in inchiostro rosso C* — 32. tercius *B C* — 34. $\overline{III}$CXII] *in inchiostro rosso C*

[1] *Lege* Tiberis (Sassi). Così ha Beda.

[2] LIVIUS, *Histor.*, I, 3: .... “ fluuius Albula, quem nunc Tiberim uocant.... „. Cf. più specialmente *Hist. Misc.*, loc. cit. da EUTROPIUS, *Brev.* cit., p. 7.

[3] *Locus corruptus ; fortasse legendum :* aquam Jordanis secat (Sassi). R qui non riproduce tutto il testo bediano.

[4] II *Reg.*, III, an. XIV, 21.

[5] II *Reg.*, XV, 1-6: II, *Chron.*, XXII e XXVI.

[6] II *Chron.*, XXII, 10 sg.

[7] II *Chron.*, XXIV.

[8] LIVIUS, *Hist.*, loc. cit. Cf. specialmente: *Hist. Misc.*, loc. cit.

[9] II *Chron.*, XXV; II *Reg.*, XIV.

[10] “ Graphia aureae urbis Romae „ in URLICH, *Cod. urbis Romae topographicus*, Wirceburgi, 1871, p. 114, fonte del secolo XIII; “ Auentinus quoque siluius rex albanorum in Auentino monte palatium et mausoleum sibi “ extruxit „ da LIVIUS, I, 3: “ ....Romulus Siluius a patre accepto imperio regnat. Auentino fulmine ipse “ ictus regnum per manus tradidit is sepultus in eo colle, qui nunc pars Romanae est urbis, cognomen colli “ fecit „. Cf. più specialmente: *Hist. Misc.*, loc. cit. che riproduce PAULUS, *Hist. Rom.*, M. G. H. Auct. ant., II, p. 7.

a. m. 3192 "Azarias, qui et Ozias filius Amasie annis LIII „. Ysayas prophetare cepit in diebus Ozie regis Juda ante duos annos terremotus, quem uolunt eo tempore accidisse, quo ingressus c. 32 b Ozias templum Dei, sibi sacerdotium uindicabat, et terra per'cussa est, et cineres altaris effusi sunt, et ipse rex percussus lepra[1].

Item Hieronimus.

" Ozias qui et Azarias duplici nomine, et uno quidem atque eodem tempore Ysayam, " Osee, Johel, et Amos prophetasse ex rebus que ponuntur in titulo cognoscimus, quod prin- " cipium uerbi Domini fuit in Osee filio Beri. Amos autem pater Ysaye, non ut plerique " autumant, tertius duodecim prophetarum est. Sed aliis diuersisque apud Hebreos scribuntur " litteris. Iste quidem primam, et extremam litteram habet Aleph, et Sade. Ille uero Hayn, " et Samech „[2]. Tradunt autem Hebrei Osee, et Amos, et Ysayam, et Johel, ac Jonam iisdem prophetasse temporibus, uidelicet in diebus Ozie, Johatam, Achaz, et Ezechie regum Juda, et in diebus Jeroboam filii Joas regis Israhel. De Jona quidem in regum uolumine ita scriptum est: " Anno XV Amasie filii Joas regis Juda regnauit Jeroboam filius Joas regis Israhel " in Samaria annis XLI et fecit quod malum est coram Domino, et non recessit ab uniuersis " peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israhel. Ipse conuertit fines Israhel in " Samariam ab introitu Emath usque ad mare solitudinis, juxta uerbum Domini Dei Israhel, c. 33 a " quod locutus est in manu serui sui Jona' filii Amathi prophete, qui fuit Deleth „[3]. Dicunt autem Hebrei hunc esse filium uidue Sareptene, quem Helias propheta mortuum suscitauit. "Assyriorum rex tricesimus sextus Thonos Concoleros, qui uocatur grece Sardanapallus, Thar- " sum, atque Anchialem condidit, et in prelio uictus ab Arbato Medo semet incendio con- " cremauit. Usque ad id tempus fuisse reges Assyriorum historia refert, et fiunt simul anni MCXCVII[4]. Omnes autem anni regni Assyriorum a primo anno Nini supputantur „[5] MCCXL.

Orosius:

a. c. 64 "Anno ante Urbem conditam LXIIII nouissimus apud Assyrios regnauit Sardanapallus uir Mur., 22 " muliere corruptior, qui inter scortum' gregis[6] femine habitu purpuram collo gestans[7] a " prefecto suo Arbato, qui tunc Medis preerat inuisus[8] atque execrationi habitus[9], excitis " Medorum populis ad bellum prouocatus, et uictus, ardenti pire se injecit: exin Arbates " Medus, Assyriorum imperio destructo, regnum in Medos transtulit „[10], ubi primum ipse regnauit annis XXVIII. Macedonum regnum inchoat primum habens caranum annis XXVIII. " Lacedemoniorum reges deficiunt, Lidorum incipiunt „. Latinorum quartus decimus Procax c. 33 b Sil'uius Auentini superioris regis filius regnauit annis XXIII. Post quem quintus decimus Amulius Siluius annis quadraginta[11] IIICCVIII.

---

1. Esayas *C* — 3. sacerdocium *C* — 7. cognossimus *C* — 9. tercius *C* - set *C* — 10. Ayn *B* — 11. hisdem *B C* — 12. Joatham *C* — 17. introitum *A* - Emathus *C, il nome biblico sarebbe:* Hamat — 18. Deieth *B C, IV, Reg., XIV, 25 sg.* de Geth — 23. MCCXL] *in inchiostro rosso C* — 26. corrupcior *C* — 29. tibi *A* — 30. Macedonum regnum inchoat primum habens caranum annis XXVIII *om. B e in ediz. Mur.* — 31. Lacedoniorum *C* — 33. IIICCVIII] *in inchiostro rosso C*

[1] II *Reg.*, XIV, 21; II, *Chron.*, XXVI, 1-21.

[2] Eusebius Hieronymus, *Commentariorum in Isaiam prophetam*, lib. I, cap. I (Migne, *Patr. lat.*, 24, col. 22, note 7 e 8). Vi sono le seguenti varianti: " Ozias autem ipse est, qui et Azarias duplici etc. „; " ex regibus " *qui* ponuntur.... „; " *sed* principium uerbi.... etc. „; " sed alius; diuersisque.... „. " Iste primam et „.

[3] II *Reg.*, XIV, 23-25.

[4] Idem. *Comment. in Ionam prophetam*, liber unus, *Prologus;* Migne, 25, col. 1118. *Il libro dei re* cit. è: IV *Reg.*, XIV, 25 sg. Da " Assyriorum rex tricesimus " sextus Thonos „ a " an. 1240 „, R riproduce Beda.

[5] Paulus Orosius, *op. cit.*, II, 2, § 4.

[6] Correggi: *scortorum greges.*

[7] Correggi: *colo tractans.*

[8] Correggi: *visus.*

[9] Aggiungi: *mox etiam.*

[10] Paulus Orosius, *op. cit.*, I, 19, § 1 (p. 30) in questo punto dice: " exin regnum Assyriorum in Medos " concessit „. Ma questo brano fra virgolette è riportato da Beda.

[11] Paulus Orosius, *op. cit.*, II, 1-5.

" Joatham filius Ozie rex justus annos xvi [1]. Hic inter cetera uirtutum bonarum opera, " portam Domus Domini sublimissimam edificauit, que in actibus Apostolorum speciosa uo- " catur. Omnes siquidem porte templi in terra fuerunt, excepta speciosa, que pendebat, que " ab Hebreis uocabatur Johathan Olimpias prima ab Elliensibus constituitur post annos Trojane " captiuitatis cccxcv. Remus, et Romolus generantur Marte et Ilia „ $\overline{III}$CCXXIII. a. m. 3208

"Achaz filius Joatham annis xvi „. Raasim rex Damasci uicto Achaz multos de Juda Damascum transtulit. Et Facee filius Romelie rex decem tribuum, que appellabantur Israhel, et regnabat in Samaria, centum uiginti milia percussit de Juda hominum bellatorum, et ducenta mulierum, puerorumque, et puellarum cum infinita preda in Samaria duxit captiua. Rursumque iidem ipsi experimentum habentes fortitudinis sue atque uictorie ueniunt ad Judeam, et Jerusalem, cupiuntque debellare, et non potuerunt: quia auxiliatus est eis Dominus sub occasione misericordie, qua populum libe'raret obsessum, filium suum per prophetam nun- c. 34 a cias de Virgine nasciturum. Tunc Ysayas propheta missus est cum Asub filio suo in occursum Achaz, ut diceret ei, ne timeret, et cor ejus ne formidaret a duabus istis caudis ticionum fumigantium, quos uocet Raasim, et Facee: eo quod in ipsis esset finiendum regnum Syrie, idest Damasci, et regnum Samarie, idest decem tribuum, que alio nomine appellabantur Effraim [2]. a. m. 3224

Item Hieronimus [3] *:*

Legimus, quod regnante Johas, Zacharias filius Barrachie, quem prophetam fuisse dubium non est, sacerdos fuerit templi Domini, cui precepit Achaz, ut altare simile altari Damasci faceret, quod minime fecit. Et Dierum narrat liber, quod Ezechias filius Achaz quesierit Dominum in diebus Zacharie erudiri in timore Domini. Achaz filius Johathan rex impiissimus, qui clausit januas templi, et in ualle Gennon adorauit Baalim, et filium suum ydolis consecrauit: " ab hoc conductus Thegath Falasar rex Assiryorum, et Rasin regem Syrie interfecit, " et habitatores Damasci transtulit Cyrenen „.

" Anno post euersionem Troje *CCCCXVIII sive, ut placet Orosio,* annis CCCCIIII. Olym'- c. 34 " piade autem sexta, que quinto demum anno, quatuor in medio expletis, apud Helydem Grecie " ciuitatem Agone, et ludis exercere solet „[4] Urbi xi kal. Majas, ante sex annos quam decem tribus Israhel a Sennacherib rege Chaldeorum transferrentur [5], " Roma' in Italia condita in Mur., 23 " monte Palatino a Remo, et Romulo geminis auctoribus natis annos xviii filii Rehe Siluie, " que erat filia Numitoris fratris regis Amulii uirgo Vestalis, sed constuprata consualibus ludis. " Sabine rapte anno ab urbe condita tertio Remus rostro pastorali a Fabio Romuli duce occisus " est „. Regnumque Romulus parricidio inbuit, atque raptas Sabinas impiis nuptiis confederatas, maritorum, et parentum cruore dotauit. Romulus itaque interfecto primum auo Numitore, dehinc Remo fratre arriput imperium, urbemque constituit; regnum aui, muros fratris, templum soceri sanguine dedicauit. Sceleratorum manum promissa impunitate collegit. Primus illi campus ad bellum forus fuit, mixta sibi bella ciuilia, et externa nunquam defutura significans. Titum Tacium Sabinorum ducem honestum, postquam in societatem regni assumpsit, occidit [6] $\overline{III}$CCLIII. a. m. 3253

1. bonarum *A B* — 4. Johatam *C* — 5. $\overline{III}$CCXXIII] *in inchiostro rosso C* — 10. idem *C* — 11. cupiatque *A* - es *C* — 12. Jasub *C* — 15. Raasin *C* — 16. Ephraim *B* — 17. Item Hieronimus] *agg. C di mano contemporanea in fin di rigo* — 21. eruditi *A* — 23. Raasin *C* — 24. *C di prima mano:* Cirerem — 25. Orosio *A* — 26. quinta *C* - quattuor *om. A* — 27. civitate *C* - urbem *B C* — 28. Tribuum *C* — 29. filiis *A B* — 30. construpata *C* — 31. tercio *C* — 32. nupciis *B C* — 35. impunitate *C* — 37. $\overline{III}$CCLIII] *in inchiostro rosso A C*

[1] II *Reg.*, XV, 7 sgg.

[2] II *Reg.*, XVI sg. In questo brano R segue Hieronymus, loc. cit.

[3] Sanctus Eusebius Hieronymus, *Translatio homiliarum Origenis in Lucam Hom. V;* Migne, *Patr. lat.*, vol. XXVI, col. 228 sg.; ma da " ab hoc conductus Thegath etc. „ fino a " Cirenen „ R segue Beda.

[4] Paulus Orosius, *op. cit.*, II, 4, § 1 (p. 38).

[5] I *Reg.*, XVIII, 13 sg.; Flavius Iosephus, 'Ιουδ. ἀρχαιολογίας, Β. δεκάτη, 1-4 (vol. II, 319).

[6] Livius, *Hist.*, I, capp. IV-X; Iustinus, *op. cit.*, XLIII, 2, § 1 sg. (ediz. cit., p. 210); Paulus Orosius, *op. cit.*, II, 4, §§ 2-6. Le parole fra virgolette sono di Beda.

c. 35 a " Ezechias filius Achaz annis cccxl. Hujus anno ' sexto Salamanassar, rex Assyriorum " capta Samaria decem tribus Israël transtulit in Assyrios, cujus regnum a primo Jeroboam " steterat annis cccxl „. Tobias tunc cum eis ab eisdem Assyriis ductus est in ciuitate Niniue [1].

Ieronimus:

Niniues Metropolis fuit Assyriorum, quorum reges Phul, et Thegat Phalassar, et Sennacherib decem tribus ceperant [2]. Scriptum est enim, quod Thegat Phalassar rex Assyriorum sub rege Achaz ascenderet in Damascum, et uastauerit eam, et transtulerit habitationes ejus Cirenem et Raasin interfecerit, et quod tetenderit insidias Facee filio Romelie, Oseę filius Elam, et percusserit eum, et interfecerit, et regnauit pro illo annis nouem. Et quod uenerit Salmanassar rex Assyriorum, et obsederit Samariam, que nunc Sebaste uocatur tribus annis, et nono anno regni Oseę ceperit eam, uictamque Oseę in carcerem miserit, et transtulerit Israhel in Assyrios, posuitque mala, et in Hor juxta fluuium Gozam in ciuitatibus, et in montibus Medorum. Septimo anno post mortem Achaz, tempore quo regnare cepit Achaz iam nouem Ezechias erat annorum sed regnante Achaz due et semis tribus sub eo capte sunt:
c. 35 b relique autem tribus sub ' Ezechia qui ei successit in regnum. Omnia hec decem tribus perpessi sunt, eo quod semper contra Judam prebebat auxilium. Fugato Assyrio regnauit Jude Ezechias uir justus. Ezechias enim percussit Philistim usque Gazam, et depopulatus est, et usque ad urbes munitas: quamuis Sennacherib Assyrius prius inter ceteras nationes eos deuastauerit Philisteos. Sennacherib captiuum duxit Israël. Et Nabuchodonosor subuertit Jerusalem. Ezechie uero super dies suos, xi annos ad uitam Deus adjecit [3]. Mortuo Romulo qui xxxviii annos regnauit, per quinos dies Senatores rempublicam rexerunt, atque ita unus expletus est annus. Post quos Numa Pompilius annis xli regnauit, qui Capitolium a fundamentis edificauit, et leges, ac mores primus romanis instituit, annumque in menses primus composuit [4] $\overline{\text{III}}$CCCVIII.

a. m. 3308 " Manasses filius Ezechie annis lv. Hic ob scelera sua catenatus et compeditus in Babiloniam ducitur: sed ob penitentiam, et preces restituitur in regno „. Cuius diebus Isaias propheta secatus in duas partes occubuit [5].

Ieronimus:

Mur., 24 Tradunt Hebrei Isaiam socerum fuisse Ma'nasse filii Ezechie regis Juda [6]. " Romanorum
c. 36 a " ' tertius Tullius Hostilius regnauit annis xxxi qui primus regum romanorum purpura, et fascibus usus est, et adjecto monte Celio urbem ampliauit „, qui fulminis ictu cum domo sua " arsit [7]. His temporibus Bisantium ciuitas a *quodam* Pausania rege Sparthanorum condita que " postea Constantinopolis est appellata „ [8]. Tunc quoque Sibilla claruit MMMCCCXLI.

---

1. cccxxxix *C* — 8. Cirenem et Roresin *B* — 12. Bor *A* — 13-14. tempore quo regnare cepit Achaz iam novem Ezechias erat annorum, sed regnante Achaz *è agg. da A C; om. pure nell'ediz. Mur.* — 17. Ezechia *C* — 17-18. et usque ad terminos eius a turre custodiam etc. *C* — 23. romanos *C* — 24. *C nota marginale:* divisio anni in menses — 26. set *C* — 29. Isaiam *C* - Manesse *A* — 30. xxxii *C* — 33. *C in margine della stessa mano:* Constructione Constantinopolis - $\overline{\text{III}}$CCCX *C*

[1] II *Reg.*, XVII; Flavius Iosephus, *op. cit.*, β. ἐνατή, 257 sg.; β. δεκάτη, 1, sg. (vol. II, p. 311 sgg.).

[2] Sanctus Eusebius Hieronymus, *Comment. in Isaiam prophetam*, lib. V, cap. XIII; Migne, *P. L.*, 24, col. 155: " .... Theglathphalasar, et Salamanasar, et " Sennacherib etc. „. L'ediz. M. ha: " Thegat, Phalassar „.

[3] II *Reg.*, XV, 29 sg., XVI, 7 sg. Cf. Flavius Iosephus, *op. cit.*, β. ἐνατή, 235 e 252 (vol. II, 307 e 310).

[4] Livius, *Hist.*, I, c. 17-21.

[5] II *Reg.*, XX; Flavius Iosephus, *op. cit.*, β. δεκάτη, 37 sgg. (vol. II, 326 sg.).

[6] Sanctus Eusebius Hier., *op. cit.*, lib. V, cap. XXI, Migne, vol. cit., col. 189: " Simulque discimus obedien- " tiam prophetarum, quod vir nobilis (tradunt Hebraei " Isaiam etc.... regis Iuda) non erubuerit nudus etc.... „.

[7] Livius, I, 22 sg.

[8] Paulus Orosius, *op. cit.*, III, 13 2 (ediz. cit., p. 78): " .... Byzantium quondam a Pausania rege spar- " tanorum condita, post *autem a Costantino Christiano " principe in maius acta et* Constantinopolis dicta.... „. Il brano, posto fra virgolette è riprodotto dalla *Hist. Mix.*, cit., lib. I, 9 p. 7., eccetto la parola in corsivo.

" Ammon filius Manasse annis II in ebraica ueritate II annis, in septuaginta legitur re- a. m. 3310
" gnasse XII. Hic a seruis interficitur „ [1]. Histius [2] ciuitas in Ponto condita.
" Josias filius Ammon annis XXXI. Hic mundata Judea et Hierusalem, templo etiam in- a. m. 3341
" nouato, post abjectas idolatrie sordes, Pascha Domino celeberrimum fecit octauo decimo anno
" sui. Et cum Nechaone Egyptiorum rege congressus occiditur in campo Magedo, que nunc
" Maximianipolis uocatur „. " In Hebreo XXXI annum regnasse Josias, in septuaginta inter-
" pretum XXXII legitur. Sed Eusebius inter regnum ejus, et Joachin alium de suo addidit
" annum propter menses bis ternos, quibus Joachaz, et Joachim regnauerunt. Verum quid
" ueritas habeat Ieremias pandit, qui se a tertio decimo anno Josie usque ad annum quartum
" Joachim XIII annos' prophetasse perhibet, cum Nabuchodonosor quarto anno Joachim re- c. 36 b
" gnare cepisset. Nonodecimo autem imperii ejus anno Ierusalem fuisse destructam „ [3].

Ieronimus:

Hieremias cum esset puer cepit a tertio decimo anno Josie regis Juda filii Amos prophetauitque imperio ejus annis XIX [4]. Et postea sub Joachim filio ejus annis XI usque ad quintum mensem, quando a Babilonis capta est Hierusalem, Joachaz uero, et Jechoniam ternos menses, quorum alter in Egyptum, alter cum matre ductus est in Babilone, in supradictis annis computantur, ac per hoc ab exordio prophetie sue, usque ad captiuitatem Hierusalem, in qua et ipse captus est, prophetauit annis XL preter illud tempus, quando ductus est in Egyptum ibique prophetauit in Taphnis. Fuit autem Hieremias de genere Sacerdotum, qui habitabant contra septemtrionem in uico Anathoth, qui tertio miliario distat ab Hierusalem.

" Romanorum quartus Ancus Martius Nume ex filia nepos regnauit annis XXIII qui Auen-
" tinum montem, et Janiculum urbi addidit, et supra mare XVI ab urbe miliario Hostiam con-
" didit. Post quem Tarquinius Priscus annis XXXVII qui circum Rome aedificauit, numerum
" senatorum au'xit, Romanos ludos instuit, muros, et cloacas edificauit, Capitolium extruxit „. c. 37 a
His diebus Arion Methimneus a delphino in thermis transportatus est. Tunc etiam Massilia condita. Tempore Tarquinii Epidaurus est condita, que postea Dirratium est nominata [5].

Ieronimus:

Legimus Niniuen, regnante apud Hebreos Iosia a Saica rege Iudeorum fuisse destructam, que Dei judicio palustribus aquis postea est submersa [6]. Ex quo intelligimus primo tempore ad Jone predicationem acta penitentia sub cura regis Deum timentis ueniam consecutos: postea uero transactis plusquam centum annis in pristinis uitii perseuerantes' Dei in se prouo- Mur., 25
cantes [7] sententiam, quia non erat eis rex, qui sollicite Deum timeret, ut sui cura Dei iustistiam temperaret $\overline{\text{III}}$CCCLII.

" Joachim filius Josie annis XI. Post Josiam regnauit Joachaz filius ejus tribus mensibus, a. m. 3352
" quem Nechaon rex uictum ducens in Egyptum Joachim constituit regem. Huius tertio anno
" Nabuchodonosor capta Ierusalem, et plurimis captiuitatis [8], in quibus erant Danielli Ananias,

2. condita] $\overline{\text{III}}$CCCXLI *agg.* *C* — 5. Egypciorum - Maiedo *C* — 10. peribet *C* — 13. Ieremias *C* - tercio *C* — 15. Ierusalem *C* — 17. Ierusalem *C* — 19. Ieremias *A* - habitabat *C* — 20. milliario *B* - Ierusalem *C* — 21. Marcius *C* — 23. hedificauit *C* — 24. edificauit *C* — 25. Methimeus *C* — 26. Dirracium *C* - *nota marginale di mano contemporanea alla scrittura del cod.:* Quo tempore facta est Massilia et Dyrraccium — 30. acta *C* - uniuersitas *B C* — 32. sentenciam *C* - curam *C* — 35. Nechao *B C* - tercio *C* — 36. Danihel *B C*

[1] II *Reg.*, XXI; Beda, loc. cit.

[2] Probabilmente "Issus„ Ajassa, la città ricordata da Plinio.

[3] II *Reg.*, XXI e XXIII, 29 e 32.

[4] Sanctus Eusebius Hieronymus, *Comment. in Danielem*, lib. V, cap. II; Migne, 25, col. 495 sg.

[5] Livius, I, 32 sgg.; Urlich, *op. cit.*, *Mirabilia urbis Romae*, p. 110, § 29. Arion, di cui Ovidius.... è il famoso suonator di cetra e poeta lirico, che per trarsi in salvo da coloro che volevano ucciderlo si buttò in mare con la cetra e da un delfino, attratto dalla dolcezza del suono, fu trasportato al lido.

[6] Sanctus Eusebius Hieronymus; Migne, 22, col. 460.

[7] Lege *provocasse* (Sassi).

[8] Lege *captivatis* (Sassi); ma Beda ha *captivitatis*.

c. 37 b " Azarias et Misahel, partem uasorum templi in Babiloniam transfert. A quarto ' Joachim anno " scriptu regum [1] Nabuchodonosor computat: quia ex eo non solum Judeis, et Chaldeis, sed et " Assyriis, Egyptiis, Moabitis, aliisque innumeris gentibus cepit regnare Joachim, qui et Jecho- " nias filius Joachim mensibus tribus et diebus x. Hic circumdata a Chaldeis Hierusalem exiit " ad regem Babilonis, et mater ejus, et ductus est in Babilonis cum populo suo anno octauo " regni Nabuchodonosor IIICCCLXIII.

a. m. 3363 " Sedecias, qui et Mathian filius Josie annis xi. Huius anno xi, regis autem Babilonis " nono decimo Jude capta est, in Babiloniam exilio ducta est, et templum Domini combustum " anno ex quo fundari cepit CCCCXXX. Qui autem reliqui fuerunt Judei transfugerunt in " Egyptum, qua post annos v percussa a Chaldeis in Babiloniam sunt, et ipsi transmigrati „ [2].

Ieronimus:

Josias filius Amon rex justus tres habuit filios Joachaz et Joachim, et Sedeciam; Iosie quippe successit in regno filius ejus Joachaz, quem rex Egypti Farao Necho captiuum duxit in Egyptum, ibique mortuus est. Quo statim in captiuitate ducto regnum obtinuit in Ierusa- *c. 38 a* lem Joachim frater ejus. Quarto autem anno Joachim hujus filii Josie ' patris Nabuchodonosor in Babilone suscepit imperium, atque ita factum est, ut annus, qui primus erat Nabuchodonosor in Babilone, quartus esset in Ierusalem regis Joachim. Denique Nabuchodonosor octauo anno regni sui ueniens Ierusalem obsedit eam, et Jechoniam filium Joachim cum matre, et principibus duxit in captiuitatem, qui tribus tantum post interfectionem patris ejus Joachim regnarat mensibus. Interfectus est enim Joachim undecimo anno regni sui in Ierulem. Joachim filius Josie, sub quo etiam Holda mulier prophetauit, ipse est qui alio nomine appellatur Heliachim, et regnauit super Judam et Ierusalem annis undecim cui successit in regnum filius ejus Joachim, cognomento Jechonias, qui tertio mense sui regni die decima captus a ducibus Nabuchodonosor ductus est in Babilonem, et in loco ejus constitutus est Sedecias patruus ejus: cujus anno xi Ierusalem capta, atque subuersa est, ipseque in Babilonem ductus ultra non reuersurus. In his tribus captis atque transductis regnum Juda finitum est. Jechonias non fuit filius, sed nepos Josie. Joachim filius Josie regis crudeliter regnauit, *c. 38 b* ejusque sepultura nec narratur: habente Scriptura sancta, ut omnes reges mor'tuos referat, et sepultos, quasi bene fuit eis in presenti et in futuro bene erit. Hunc autem proprie nar- *Mur., 26* rat mortuum, et non sepul'tum: insepultum quidem, hoc est, a bestiis auibusque lacerandum. Hec est etenim Asini sepultura. Hunc itaque per prophetam Dominus arguit superbie, et quod diuitiarum magnitudine abusus sit in contemptum Domini, nec audierit uocem Dei. Nemo putet eundem in Danielis principio esse Joachim qui in Ezechielis exordio Joachim scribitur: iste enim extremam sillabam Chim habet, ille Chin habet: et ob hanc causam in Euangelio secundum Mattheum una uidetur esse generatio, quia secunda tesseris ire dechas in Joachim desinit filium Ozie, et tertia incipit a Joachim filio Joacham. Primo quidem ueniente Nabuchodonosor super Ierusalem non omnes Judei pariter in captiuitatem ducti sunt; sed pars aliqua, et tertia uasorum sanctorum direpta est. Regem quoque Joachim detentum simul cum Daniehle, et eis qui cum Anania fuerunt in Ierusalem, captiuos in Babiloniam deduxerunt nec non et cum eisdem ciuitatis principibus. Sedeciam antem in Ierusalem constituit regem eis, qui ibidem remanserant. Magnificatur etiam et in hoc, quod fecit *c. 39 a* Joachim rex, quia dum Nabuchodonosor ad expugnandum Ierusalem uenisset, Joachim rex '

---

3. Egypciis *C* — 4. tres et diebus x *A C* — 5. Babilone *C* — 7. Mathiam *B* — 9. fuerant *C* — 14. optinuit *C* — 23. filium *C* - tercio *C* — 24-25. Sedecias *A, è scritto d'altra mano sulla primitiva parola cancellata* — 27. set *C* — 32. diuiciarum *C* — 36. Inoachim *A* - tercio *C* — 38. set *C* - tercio *C* — 40. dedixerunt *A*

[1] Lege *Scriptura Regnum* come leggesi anche in Beda.

[2] II *Reg.*, XXIII, 32 e XXIV; Flavius Iosephus, *op. cit.*, δεκάτη, 97 sg. (vol. II, 337 sgg.). Da " Iosias " filius Amon „ R riferisce da san Girolamo (vedi nota 1, p. sg.) fino ad " explicit quarta etas „.

uidens imminens excidium ciuitatis, et intelligens hoc sine ira Dei esse non posse, uita contempta cum honore proprio ultro se protulit, tradiditque manibus hostium cum aliquantis principibus ciuitatis, ne ciuitas diruentur, nec templum hostili uastationi combureretur. Quod aspiciens Dominus Deus solita pietate commotus, furiosi regis Nabuchodonosor animos mitigauit, atque frenauit, ne aut subjectos occideret, aut ciuitatem dirueret, templumque combureret. Joachim uero prospiciente Domino in Babylonia honoratus est, atque sublimis effectus, filius namque Nabuchodonosor major natu, qui fuit Euuilmerodac, mox ex quo regnare cepit, honorauit eum, et multis dignitatibus decorauit omnibus diebus uite ejus. Sedecias uero, qui in Hierusalem rex fuerat constitutus post Joachim, cum hortante Hieremia propheta ut exiret ad regem Babilonie ibidem postea uenientem exire noluisset; ipse male periit, et omnis interfecta est ejus generatio, et ciuitas uniuersa diruta est, templumque combustum; senes etiam cum juuenibus sine aliqua misericordia furiosorum gladiis interfecti sunt in circuitu templi, et san'cta omnia impiorum manibus perquisita, ac sine more sublata sunt, ut in Babilonem *c. 39 b* transferrentur. Babilon autem fuit metropolis Chaldeorum cujus rex Nabuchodonosor cunctis usque ad Ethiopiam gentibus superatis inter ceteras uastauit Judeam diuque obsessam. Ierusalem undecimo anno cepit Sedecie, quem et ipsum captum duxit Antiochiam, que tunc uocabatur Reblatha, ibique coram patre filiis interfectis oculos Sedecie jussit auferri excecatumque misit in caueam, et in ritu ferarum traxit in Babiloniam [1]. Quando autem a Chaldeis captiuata, et uastata est Ierusalem, tunc mandauit Nabuchodonosor rex principibus suis, ut Iheremiam de carcere extraherent: ibi enim Sedecias, et principes eius illum constituerunt, eductus itaque de carcere beatus Iheremias petiit ab eis tabernaculum testimoni et sancta a Moyse con'scripta testimonia in deserto, et archam, et ea, que in archa habebantur, tabule Mur., 27 legis scilicet, et uas aureum plenum manna, et uirga Aaron, que fronduerat, et candelabrum aureum, et omnia, que fecit Moyses. Hec omnia itaque petiit ab ipsis principibus Hieremias dicens: Si ista omnia a Deo consecrata in Babiloniam du'xeritis contrarium uobis erit, et ca- *c. 40 a* uete ne patiamini sicut priores alienigenac fuerunt per pessi: quia quando archam Domini testamenti depredati sunt, grauissima affecti sunt pena, cum manus Domini uehementissime eos conturbaret et percussi fuissent a Domino nimia plaga doloris. Hec omnia predixit eis sanctus Hieremias. Que audientes principes uniuersi cuncta, que petiit Hieremias, tabernaculum scilicet, et archam, et cetera sacramenta superius dicta eidem tradiderunt, ex jussione uidelicet et mandato regis Nabuchodonosor. Omnia ergo hec sanctus Hieremias oblata secundum mandatum Domini in monte abscondit, atque constituit. Hi uero, qui cum eo ambulauerunt scire uolentes uiam, uel locum non potuerunt: quia eis hoc noscere non permiserat Deus, nec digni fuerunt ut ea aliquando uiderent. Hec quidem Josepus. Sed et alia plura, que illo tempore contigerunt historie illius commemorat per ordinem textus. Sacerdotes etiam, qui captiui sunt ducti ex Ierusalem, abstulerunt ignem sanctum de altari, quem seruare cupientes, absconderunt in spelunca: quem post septuaginta annis hi, qui reuersi sunt de captiuitate, requirentes, inuenerunt ' aquam, et accipientes eam, super holocaustum disperserunt *c. 40 b* statim, ignis accensus est est holocaustum Domino libauerunt. Principes uero Nabuchodonosor regis rogauerunt Hieremiam plurimum, ut ueniret Babiloniam, quo nolente, quid uellet agere permiserunt ei, et cum omni reuerentia cum donis, et muneribus dimiserunt eum. Sedit

---

1. ra *C* — 3. dirimeretur *B* - he *C* - uastacioni *C;* uastatione *B* — 15. superauit *C* — 20. Hieremiam] Hieremias *B* - constituerant *C* — 21. Hieremiam] Hieremias *B* — 22. arcam] arca *B* — 24. peciit *C* - princeps *C* - Ieremyas *C* — 26. paciamini *B C* — 28. contrabaret *A* — 28-29. Hec omnia sanctus Ieremias predixit eis — 29. peciit *C* - Ieremias *C* — 31. hec] *om. B* - Ieremyas *C* - ablata *A* — 35. hystorie *C* — 37. speluncam *C* — 38. aquam crassam *B* - eam] dum (*sic*) *C* - asperserunt *C* — 39. super holocaustum Domino liberauerunt *B manca il resto* — 40. Ieremias *C* — 41. reuerencia *C*

[1] Sanctus Eusebius Hieronymus, *Comment. in Hieremiam prophetam,* lib. IV, cap. XXII; Migne, 24, col. 813 sg. dal *Lib. dei Re,* IV, XXIII, XXIV e XXV; Flavius Iosephus, *op. cit.,* loc. cit.

itaque sanctus Hieremias in medio eorum, qui remanserant in Masphat: quique iterum non desinentes a prauis et illicitis rebus, abominationes prohibitas ceperunt committere Idolis seruientes, et Dominum impie contemnendo. Adjecerunt etiam, ut ipsum Hieremiam pertraherent secum sicut captiuum in Egypto secum deduxerunt, et ibi dicitur esse defunctus lapidibus obrutus [1].

Ieronimus:

Ceteri prophete, ut Ysaias, Oseȩ, Johel, fuerunt ante captiuitatem decem tribuum Israël, siue duarum tribuum Jude, et Beniamin, alii post captiuitatem, ut Danihel Aggeus, et Zacharias [2]. Hieremias uero et Ezechiel imminente captiuitate uaticinium texuerunt; sed alter eorum c. 41 a in terra ' Juda, alter in Babylone. Post exordium enim uaticinationis Hieremie prophete Ierusalem trigesimo quinto ejus anno Ezechiel in Babilone, his, qui cum eo capti fuerant, exorsus est prophetare: quinto uidelicet anno transmigrationis Jechonie. Sophonias uero tempore Josie prophetauit. Hebrei arbitrantur Danihelem, et Ananiam, et Mishaëlem, et Azariam fuisse Eunuchos in Babylonem.

Explicit quarta etas.

Mur., 28

INCIPIT QUINTA ETAS.

" Quinta etas ab exterminio cepit regni Judaici, quod juxta prophetiam Hieremie septua-
a. m. 3377 " ginta annis permansit „ IIICCCLXXVI.

" Anno xiv postquam percussa est ciuitas, qui est uicesimus quintus annus Joachim, cum " quo et Ezechiel captiuatus est: ipse Ezechiel in uisionibus Dei adductus est in terram Israël, " et uidit renouationem ciuitatis, ac templi ceremoniarumque ejus [3]. Romanorum sextus Ser- " uius Tullius regnauit annis xxxiv qui tres montes urbi addidit, Quirinalem, Esquilinum, " Viminalem. Fossas circum muros duxit. Census ciuium Romanorum primus instituit „, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat; tunc inuenta sunt capita Romanorum ciuium octo-
a. m. 3389 c. 41 b ginta quattuor milia [4] IIICCCLXXXIX.

" Anno xvi post euersionem Ierusalem, qui est xxxvii transmigrationis regis Joachim " subleuauit Euuilmerodach rex Babilonis anno, quo regnare ceperat, capud Joachim regis " Jude de carcere, et ponit thronum ejus super thronum regum, qui erant cum eo in Babilone. " Meminit hujus temporis adhuc futuri propheta Hieremias, ita scribens: Ecce ego mittam, et " assumam uniuersas cognationes Babylonis, ait Dominus, et adducam eos super terram istam, " et super habitatores ejus, et super omnes nationes, que in circuitu illius sunt, et interficiam " eos, et ponam eos in stuporem, et in sibilum, et in solitudines sempiternas, et seruient omnes " gentes iste regi Babylonis lxx annis. Cumque impleti fuerint anni lxx, uisitabo super regem " Babylonis, et super gentem illam, ait Dominus, iniquitates eorem, et super terram Chaldeorum, " et ponam illas in solitudines sempiternas [5]. Et alibi scribens ad transmigrationem, quam trans- " duxerat Nabuchodonosor de Hierusalem in Babylonem cum Hiechonia rege: cum ceperint " impleri septuaginta anni in Babylonem visitabo vos, et suscitabo super vos nomen meum in

---

2. abhominationes *C* - comittere *C* — 3. serviendo *B* - contempnendo *B C* - eciam *B C* - Ieremyas *C* — 7. oseȩ *A* — 9. Ieremyas *C* - Iezechiel *C* - imminente *A B* — 11. Iezechiel *C* — 11-12. exorsum *C* — 13. Misahelem *C* — 15. explicit quarta etas *om. C* — 17. propheciam *C* - Ieremyas *C* — 22. qui montes tres urbi etc. *C* — 28. de carcere *om. B* - posuit *B C* - tronum *C* — 30. Babilonis] Aquilonie *B* — 31. ilius *C* — 36. Iechonias *B C*

[1] Sanctus Eusebius Hieronymus, *op. cit.;* Migne, 24, col. 813 sgg. e Flavius Iosephus, *op.* e loc. cit.

[2] Sanctus Eusebius Hieronymus, *Comm. in Isaiam prophetam cit.,* loc. cit.; Migne, 24, col. 21 sg.

[3] Ezechiel, XXXVI.

[4] Livius, I, 47, 48; *Hist. Misc., op. cit.,* I, 12, p. 8.

[5] Hieremias, L, 9 sg.

" bonum, et reducam vos ad locum istum, ait Dominus. Rursus ejusdem temporis jam ' preteriti [c. 42 a] " uerba dierum ita recordantur: Si quis euaserat gladium, in Babylonem ductus seruiuit regi, " et filiis ejus: donec imperaret rex Persarum, et compleretur sermo Domini ex ore Hieremie, " et celebraret terra Sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit Sabbatum usque dum " complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Ciri regis Persarum ad explendum ser- " monem Domini, quem locutus fuerat per os Hieremie *suscitauit Dominus spiritum Ciri regis* " *Persarum,* et cetera. Quibus uerbis ostenditur quia uastata Judea Chaldei, non ut Assyrii in " Samaria, alios misere colonos; sed desertam reliquere terram, donec post annos LXX in eam " rediere Judei. Consentit his Josepus in decimo antiquitatum libro scribens templum, et " Hierusalem, et omnem Judeam LXX annis permansisse desolatam: qui rursus enumerando reges " Babylonis (si tamen ille sic scripsit, et non codex fallit mendosus) centum fere annos ab " euersa Hierusalem usque ad euersionem regni Chaldeorum facit colligi [1]. Scribit enim post " Nabuchodonosor, qui, teste Scriptura Sacra, XXV, post euersam Hieru'salem uixit annos, Euuil- [Mur., c. 29] " merodach filium ejus regnasse annos XIX. Post quem Eglesar filium ejus Laborsordach ' men- [c. 42 b] " sibus nouem. Hoc defuncto ad Balsamar, qui Naboan nuncupatur, transisse imperium, qui " cum jam decem et septem regnauerit annis, captam a Ciro Persarum, et Dario Medorum " rege Assueri filiis Babiloniam [2]. Item Darius autem Astiagis filius qui Babiloniorum dextru- " xit imperium cum Ciro cognato suo agebat annum sexagesimum secundum, cum Babylon " fuisset inuasa, qui tamen alio nomine uocabatur a Grecis, quique Danihelem prophetam sumens " ad se in Mediam duxit, et omni honore eum celebrauit. Hujus Darii Danihel ipse ita memi- " nit. In anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chal- " deorum, ego Danihel, intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad " Hieremiam prophetam ut complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni [3]. Eusebius " in temporum libro XXX annos ab euersione Hierusalem usque ad initium Ciri Persarum, Julius " autem Africanus LXX computauit [4]. Porro Ieronimus in expositione prophete Danihelis ita " dicit: Tradunt Hebrei huiuscemodi fabulam usque ad septuagesimum annum, quo Hieremias " captiuitatem populi Judeorum dixerat esse solvendam, de quo et Zacharias in principio volu- " minis sui loquitur, irritam putans' Dei pollicitationem Balthasar, falsumque promissum, uer- [c. 43 a] " sus in gaudium fecit grande conuiuium insalutans quodammodo spei Judeorum, et uasis templi Dei. Sed statim ultio secuta est. „ [5]. Item Ieronimus: " Sciendum est Balthasar non " esse filium Nabuchodonosor, ut uulgo legentes arbitrantur, testimonium de Danihele profe- " rentes; eo quod ipse dixerat Balthasari pater tuus Nabuchodonosor; sed juxta Berosum qui " Chaldeam scripsit hystoriam, et Josepum, qui Berosum sequitur, post Nabuchodonosor, " qui regnauit annis XLIII successisse in regnum ejus filium, qui uocatnr Euuilmerodach, de " quo scribit et Hieremias, quod in primo anno regni sui leuauerit capud Joachim regis Jude, " et eduxit eum de domo carceris [6]. Refert Josepus quod post mortem Euuilmerodach in " regnum patris successerit filius ejus Neglisar: post quem rursus filius ejus Laborsordoch [7]:

---

3. imperat *C* — 4. Sabbatha, Sabbathum *B* — 6. hos, *A* — 7. Iudei *A* - Chaldea *C* — 8. ea *A* — 13. Nabuhodonosor *C* — 13-14. Euuilmerodach filius eius regnasse annos *om.* *C* — 15. *di prima mano:* transille — 16. regnauerat *C* - capta *C* — 17. filio *C* — 18. Babilon *B C* — 19. *B ha sempre la forma:* Daniel — 20. cum *A* — 23. Ierusalem *C* — 24. inicium *C* — 26. Ieremias *C* — 28-29. reuersus *C* — 29. fecitque *C* - insultans *A C* — 31. Belosum *A* - Uerosum *A* — 35. lauauerit *A* — 36. referth *A*

[1] Flavius Iosephus, *op. cit.*, δεκάτη, 184 (ediz. cit., II, pp. 354-355): " .... καὶ διὰ τοῦτ' ἔρημος ἡ Ἰουδαία " πᾶσα καὶ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ ναὸς διέμεινεν ἔτεσιν ἑβδομή- " κοντα „; da san Girolamo, *op.* e loc. cit. Ma R riproduce il testo bediano, *op. cit.*, vol. cit., p. 107.

[2] Deest uerbum *exequitur,* ut in Bede textu (Sassi).

[3] Beda, loc. cit., Daniel, XI, vol. I e II.

[4] Eusebius, *Chron.,* XXX, cit.; Syncellus (*Africanus*) *Chronograhia* in *Corpus Hist. Byzantinae,* ediz. Dindorf, 1829, cit. da Hieronymus, *Comm. in Danielem,* in Migne, XXV, p. 518.

[5] Sanctus Eusebius Hieronymus, *Comm. in Danielem lib.,* cap. V, vol. II, in Migne, XXV, p. 519. Nel testo di Hier. si ha però: " .... huiusmodi fabulam „. Fin qui R segue Beda.

[6] Idem., *op. cit.,* loc. cit. R parte riproduce, parte sunta fino a " conduntur reliquia „.

[7] Flavius Iosephus, *op. cit.,* δεκάτη, § 231 sg. (ediz.

“ quo mortuo Balthasar [1] filius ejus regnauerit, cui Danihel scripturam misticam in pariete “ legit, et interpretatus est. Quod autem Balthasaris patrem Nabuchodonosor uocat non facit “ errorem scientibus Sancte Scripture consuetudinem: quia patres omnes proaui uocantur. c. 43 b “ Balthasar autem Chaldeus rex eadem nocte, qua Danihel arguit ' eum, interfectus est a Dario “ rege Medorum, et qui Ciri regis Persarum auunculus fuit, et a Ciro Persa, que duo regna “ Ysayas ascensorem bige, cameli, et asini uocat. Darius igitur, quem Artarxersen dicunt Medi, “ successit in regnum annos natus LXII qui Danihelem in Mediam transduxit. Hunc Darium “ quidam Astiagen aliis Astiagis filium putant. Fuit autem Danihel in Susis castro, que me- “ tropolis est regionis Elamitarum, in qua turrem extruxit excelsam quadrato marmore edifi- Mur., 30 “ catam tante pulchritudinis, ut usque in presens noua esse uidea'tur: in ea regum Persarum, “ atque Medorum conduntur reliquie IIICCCCXXIII.

a. m. 3423 “ Persarum primus Cirus regnauit annis XXX. Hic ut impleretur uerbum Domini ex ore “ Hieremie primo sui regni anno, laxata Hebreorum captiuitate, quinquaginta ferme hominum “ milia regredi fecit in Judeam, restituens eis uasa templi Domini aurea, et argentea quinque “ milia CCCC. Qui congregati in Hierusalem mense septimo edificauerunt altare, et a primo “ die mensis ejusdem ceperunt offerre holocaustum Domino; anno autem secundo aduentus c. 44 a “ sui, mense secundo templi fundamenta jecerunt anno incensionis ' juxta Africanum LXXII “ juxta Chronicam Eusebii XXXII. Sed, impedientibus Samaritis, intermissum est opus usque “ ad annum Darii secundum, qui etiam in regno Assueri, et Artaxersis scripserunt accusatio- “ nem aduersus Judeos, et remisit Artaxerses, ne edificaretur Hierusalem [2]. Romanorum se- “ ptimus Tarquinius regnauit annis XXXV qui causa Tarquinii junioris filii sui, qui Lucretiam “ corruperat, regno expulsus est „: iste primum excogitauit uincla, taureas, fustes, lautomias, carceres, compedes, catenas, exilia, atque metalla [3].

Orosius:

u. c. 254 “ Anno post urbem conditam CCLIV [4]. Bruto, expulso regis imperio, consul primum effe- “ ctus est. Eo tempore Cirus rex Persarum uicit Babiloniam, urbem tunc cunctis opulentiorem “ cepit, subuertit atque destruxit, anno conditionis ejus millesimo centesimo sexagesimo quarto. “ Cirus autem rex Persarum proximi temporis successu Scithis bellum intulit, quem Tamiris “ ipsius prouincie regina ita cum suis obtruncauit, atque deleuit, quod de CC militibus persis, “ qui cum eo uenerant, nec nuncius quidem tante cladis in illo bello superfuit. Anno ab c. 44 b “ urbe condita CCXLV Darius Ciro apud Scitas interfecto post aliquantum interuallum ' forte a. m. 3431 “ regnum nepotis adeptus est: nam medius eorum regnauit Cambises Ciri filius IIICCCCXXXI.

---

5. Perse *A; accetto la lezione di B C conforme al testo di Girolamo* — 6. Medis *C* — 8. quidem quidam *C* - Fusis *A* — 13. Ieremias *C* - Hebrorum *A* — 15. Ierusalem *C* — 16. olocaustum *C* — 17. jecerunt *corretto in* ceperunt *C* - incensionis eius *B* — 18. Cronicam *C* - set *C* — 19. Artaxerses *C* — 20. Ierusalem *C* — 22. *C al margine, di mano contemporanea al codice, si legge:* eo quod primo inuenit carceres — 26. opulenciorem *C* — 27. condicionis *B C*

cit., II, p. 364) e II *Reg.*, XXV, 27; *Ieremia*, LII, 31-34; κατὰ 'Απίνος, L, 142-153 (*op. cit.*, vol. VI, p. 210-212. In questo brano conosciamo le idee di Beroso, che servirono a Giuseppe Flavio per correggere alcuni errori commessi nelle 'Ιδουαικῆς ἀρχαιολογίας, δεκάτη, § 231 sg.

[1] Flavius Iosephus, *op. cit.*, loc. cit.: “.... τελευτήσαντος αὐτοῦ (λαβοσοαρχάδου) μεταβαίνει (ἡ βασιλεία) πρὸς βαλτάσαρον τὸν καλούμενον Ναβούνδηλον παρὰ βοβολωνίοις „. Secondo recenti studi però sembra dimostrato che Baldassare (Bel-sar-Ussur) sia stato figlio di Labonide e non di Laborosoarchod; cf. in proposito Brunengo, *L'impero di Babilonia o Ninive dalle origini alla conquista di Ciro descritto secondo i monumenti cuneiformi*, Prato, 1883, vol. II, p. 370 sg. (cap. LIV). R cita però da Hieronymus, *Comm. in Danielem*, cap. V, vol. I sg., in Migne, XXV, p. 518 sg.

[2] Hieronymus, *op. cit.*, in Migne, XXV, 520 sg.; Eusebius e Syncellus (*Africanus*) sono da *B* citati da Hieronymus. Dove R ha *remisit Artaxerses*, Beda legge: *rescripsit.*

[3] Livius, *Hist.*, I, 57-60; Paulus Orosius, *op. cit.*, II, 4, 12 (ediz. cit., p. 39).

[4] “ Corrige *CCXLIV*„, dice giustamente il Sassi. Cf. Paulus Orosius, *op. cit.*, II, 5, 1; 6, 1; 14, 7; 2-6, ediz. cit., p. 40-44.

" Cambises Ciri filius annis viii. Hic deuicta Egypto, cunctam ejus religionem abomi- " natus ceremonias ejus, et templa deposuit[1], Babylonem in Egypto edificauit. Hunc ajunt " ab Hebreis secundum Nabuchodonosor uocari „ : sub quo et Tarquinii temporibus castissima Judit Olofernem peremit. His temporibus Pitagoras philosophus claruit, qui Samo oriundus Crotone deguit, nouissime Metapontum addiit, ibique sepultus est IIICCCCLXVIII.

" Darius *Istaspis filius* annis xxxvi. Inter Darium et Cambisen regnasse duos fratres [a. m. 3468] " magos in libris Chronicorum Eusebii repperimus uerum Hieronymus in expositione Danihelis " scribit „[2], quod interfecto apud Messegetas Cyro, qui xxx annis regnauit in Persis, Cambises successit in regnum: qui expletis octo annis duos Magos fratres habuit successores, quorum quidem unus Sinerdes Magus Panthapten filiam Cambisis duxit uxorem. Occisis quippe a populo magis, qui septem solummodo regnarant mensibus, " idem Darius suscepit imperium: " eadem uero Panthapten nupsit Dario, qui ex ea Xersen filium genuit „ : Anno *autem* secundo Darii *regis filii Istaspis*, 'factus est fermo Domini ad Aggeum Prophetam prius, et eodem [c. 45 a Mur., 31] anno postea ad Zachariam filium Barachie filium Addo. Iste est Addo, qui justa Paralippomenon missus est ad Jeroboam filium Nabath, sub quo altare diruptum est, et manus Regis aruit, rursumque ad preces illius restituta est. Igitur a primo anno Cyri regis, usque ad secundum annum Darii filii Istaspis supputantur anni xl. *Item Hieronymus.* Secundo anno Darii septuagesimum annum desolationis esse completum Hieremias uaticinatus est, Zacharias quoque propheta, cum uisionis sue titulum in secundo anno ejusdem regis undecimo mense Sabath uicesima quarta die preposuisset, adjecit dicens: *Domine exercituum, usquequo non misereberis Hierusalem, et urbium Juda, quibus iratus est*[3]. Iste septuagesimus annus est. " Item quarto Darii regis anno dicit idem propheta: *Cum jejunaretis, et plangeretis per hos* " *septuaginta annos numquid jejunium jejunastis michi?* „. Sed et Esdras extructo tantum altari, et jactis fundamentis templi ad litteras regis Xersis prohibitum opus refert. Tunc intermissum est opus Dei in Jerusalem, et non fiebat usque ad secundum annum Darii Persarum. Prophetauerunt autem Aggeus propheta,' et Zacharias filius Addo prophetantes ad Judeos, [c. 45 b] qui erant in Judea, et Hierusalem in nomine Domini Dei Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, et Josue filius Josedech, et ceperunt edificare templum Dei in Hierusalem, et cum eis prophete Dei adjuuantes eos; Aggeus autem propheta, et Zacharias, et Malachias, Nahum, et Abacuch claruerunt sub Zorobabel principe gentis, et Jesu magno sacerdote[4]. *Jeronimus.* " Sexto Darii anno templi edificatio completur die tertia mensis Adar, qui est " quadragesimus sextus annus [ex quo] sub Ciro fundamenta sunt jacta. Unde in Euangelio " dicunt Judei; *quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc.* Ceperunt autem edificare " anno secundo Darii mense sexto die uicesima quarta, et anno sexto, ut dictum est, mense " duodecimo die tertio compleuerunt: ex quo apparet, opus templi et antea non parua ex " parte peractum; annos autem septuaginta a destructione illius, usque ad perfectam restau-

---

1-2. abhominatus *A, la lezione accettata è conforme ad* Orosius, *II, 8 ediz. cit., p. 44*). — 6. Cambisē regnasce (*sic*) *C* — 7. exposicione *C* — 9. fratres magos *C* — 11. summodo *C* — 12. exarxersen *C* — 13. Eggeum *B C* — 14-15. Paralipomenon *B* — 15. dirruptum *C* — 13. Ieremias *B C* — 21. Indi *C, di prima mano* — 22. *in C di prima mano:* ieunaretis, *poi fu soprascritta la* i — 24. Exersis *A* — 27. udea *C* - Ierusalem *B C* - Dei *om. C* — 28. Ierusalem *B C* — 30. *in A di prima mano:* Natum — 32. eius (*sic*) *A, in B manca* i *correggo secondo la fonte bediana* - iecta *C* — 33. hedificare *C* — 35. undecimo *C* - tercio *B C*

[1] Le parole virgolate sono di Orosius, II, 8, 1-53 (ediz. cit., p. 44).

[2] Hieronymus, *Comm. in Danielem* cit.; Migne, XXV, 520 sgg.; Eusebio, è anche qui citato da Beda dal passo di san Girolamo. Però qui r s'allontana parecchio da Beda per seguire san Girolamo.

[3] Eusebius Hieronymus, *Comm. in Zachariam,* loc. cit.; cf. Zacharia, I, 12, donde è riportato il versetto. r però ha tratto la prima indicazione del versetto dalla nota bedana, che in questo caso cita piuttosto Eusebio, sebbene questi attinga a Girolamo. Beda dice: " secundo anno Darii septuagesimus captiuitatis Hierusa- " lem annis impletur, ut vult Eusebius, testem adhibens " Zachariam prophetam, apud quem secundo Darij anno " loquitur Angelus: Domine exercituum usque quo etc. „.

[4] Esdra, VI, 14, cf. pure Flavius Iosephus, *op. cit.,* β. ἑνδεκάτῃ, §§ 84-86 (ediz. cit., vol. III, pp. 16, 17), a cui attinse Girolamo, che qui *R* copia direttamente.

" randi licentiam esse computandos „[1]. Quo tempore apud Romanos septimus a Romulo Tarquinius Superbus regnabat, habens annum imperii uicesimum septimum, qui post anno VIII
c. 46 a pulsus est a Bruto. Pulsis denique ab urbe regibus, qui imperauerunt annis' CCXLIV. Septem namque fuerunt. " Vix usque ad XV lapidem Roma sub eis tenebat Imperium. Post exactos " reges, *et nomen regie dignitatis,* primum consules a Bruto esse ceperunt, deinde tribuni " plebis, *quasi proprii judices defensoresque populi: inde tribuni militares; hinc quoque quorum* " *primus Largus nomine fuit majoris honoris, quam Consules:* rursum *quoque* consules rem " publicam obtinuerunt per annos CCCCLXIV usque ad Julium Cesarem, qui primus singulare " arripuit imperium Olympiade CLXXXIV „. *Orosius.* Anno ab urbe condita CCLXXV. Olympiade LXXIIII. Xerses Dario patri in regnum successit[2]. IIICCCLXXXIX[3].
Mur., 32 a. m. 3489 " Xerses Darii filius annis XX. Hic Egyptum, que a Dario discesserat, capit, et aduersus " Greciam pugnaturus DCC milia armatorum de regno, et CCC milia de auxiliis, rostratas etiam " naues mille ducentas; onerarias autem tria milia ducentas habuisse narratur. Attamen uictus " patriam refugit „. Demosthenes Lacedemonis tunc apud Xersen exultabat. " *Tunc* Hero-
u. c. 301 " dotus hystoriarum scriptor, et Zeusis pictor agnoscitur „[4]. Anno ab urbe condita CCCI.
c. 46 b Olimpiade XCV potestas consulum decem uiris Rome tradita est[5]. Tunc etiam census' habitus
a. m. 3490 est, et inuenta sunt ciuium Romanorum centum decem et octo milia CCCXXIX. IIICCCCXC.
a. m. 3511 "Artabanus mensibus VIII. Socrates nascitur„ IIIDXI[6].

" Artaxerses, qui et Macrochir idem Longimanus annis XL[7]. Hujus anno septimo prima " die mensis primi Esdra sacerdos et scriba legis *Domini* descendit de Babylonia cum epistolis " regis, et in prima mensis quinti uenit in Hierusalem cum uiris mille DCC. Et inter alia " strenue gesta castigauit filios transmigrationis ab uxoribus alienigenis. Ejusdem anno uice- " simo Neemias pincerna de Susis castro adueniens, murum Hierusalem quinquaginta duobus " diebus restituit, et ducatum genti XII annis prebuit „[8]. Item aliter. Joachim, qui et Hiechonias tempore captiuitatis genuit Salathiel. Salathiel genuit Zorobabel Jechonia quidem, et Salathiel in Babilone defuncti sunt. Zorobabel uero post obitum eorum, permittente Dario rege, egressus est de Babylone cum omnibus, qui cum illo egredi uoluerunt cum magno honore, et gratia, atque Hierusalem sunt reuersi. Non enim omnes simul, sed sicut per tempora captiuitati sunt, sic per tempora de eadem sunt captiuitate reuersi. Primo namque a
c. 47 a Ciro rege Persarum dimissi sunt, cum' mandasset eis dicens: *qui voluerit egredi, et reverti in Hierusalem, que in Judea est, eat, et Dominus ejus sit cum eo*[9]. Hec ergo prima egressio ejus captiuitatis. Altera autem facta est sub Dario rege Medorum. Tertia uero sub Artaxersen. Sed illi, qui primi egressi sunt sub Ciro, pauci erant, et nullus principum cum eis est egressus

---

1. licenciam *B C* - aput *B C* — 2. Tarquinus *C* - octo *C* — 10. LXXIIII *om. A* — 12. eciam *C* — 14. Demonstenes *C* — 14-15. Erodotus *B* - Xeusis *C* — 16. XXV *A B* — 21. Ierusalem *B C* — 23. Ierusalem *B C* — 24-25. Iechonias *B C* — 27. veluerunt *C* — 28. Ierusalem *B C* - set *C* — 30. eggredi *C* — 31. Ierusalem *B C* - vero *C* — 32. Tercio *B C* — 33. set *C* - egressum *C*

[1] R cita san Girolamo, che in questo punto differisce un poco. In fatto però il nostro Cronista copia dalla solita fonte bedana (vol. cit., p. 108), come ho indicato con le solite virgolette.

[2] Tarquinio il Superbo, come dice LIVIUS, I, 60, " regnavit annos quinque et viginti „, non 27, come ha il nostro Cronista. Nel resto del paragrafo, fino ad " Olympiade 184 „ parafrasa Orosio, II, 4, 12-15, e in parte copia da Beda. Il brano che egli cita di Orosio (II, 8, 13 e 9, 1) dice: "....in ipso apparatu concidit " olympiade LXXIIII, hoc est post urbem conditam anno " CCLXXV, quo tempore etc.... Xerses Dario patri in re- " gnum succedens....„ (ediz. cit., p. 45).

[3] Qui R ha un errore di cento anni nel computo.

[4] BEDA, loc. cit., copia da OROSIUS, II, 9, 2 (p. 45), specie da "....septingenta milia....„ a " narratur „.

[5] OROSIUS, II, 13, 2 dice però: "....trecentesimo " anno, hoc est olympiade nonagesima quinta potestas " consulum decemviris tradita....„ (p. 50).

[6] R qui s'allontana dalla Cronologia di Beda e segue l'eusebiana, secondo la traduzione di san Girolamo.

[7] BEDA, loc. cit., riporta in greco il nomignolo di μακρόχειρ dato da Plutarco ad Artaserse I.

[8] ESDRA, VII, 6-7; FLAVIUS IOSEPHUS, *op. cit.,* loc. cit., § 184 sgg.; id. al § 121, dice di Esdra: "....πρῶτος " ἱερεὺς τοῦ λαοῦ καλούμενος Ἔσδρας....„. Beda però cita da san Girolamo, *Comm. in Esd. et Neem.*

[9] ESDRA, I, 3.

propterea uenientes in Judeam, et Hierusalem, ibidem habitantes, ceperunt templum Dei hedificare in Hierusalem. Sed proxime in circuitu gentes, uidentes quod pauci essent, nec principem quempiam habuissent, prohibuerunt eos, neque dimiserunt hedificare et sic remansit opus ceptum templi inconsumatum. Ex parte enim faciebant, iterum prohibiti cessabant per aliquantos menses ita usque ad regnum Darii regis. Et hoc est, quod Judei in templo Domini dicebant: quadraginta et sex annis hedificatum est templum hoc. Ex quo enim ceperunt hedificare templum Domino hi, qui ex captiuitate primo dimissi sunt, usque dum consummatum est, XLVI anni completi sunt[1]. Ergo, ut dictum est, prima dimissio captiuorum ex Perfida sub Cyro facta est rege illorum paucorum, qui sine principe exinde profecti sunt, qui nec dum templum, quod ceperant, explicare potuerunt. Et postea Darius rex commonefactus est a magnifico Zoroba'bel, 'dimisit omnes egredi uolentes, et reuerti in Hierusalem. Eundem *c. 47 b* Mur., c. 33 quippe Zorobabel ad construendum templum Domini, quod est in Hierusalem, unde fuerat depredata, et cum Zorobabel illo in tempore pariter egressus est Jhesus filius Josedech filii Saraje sacerdotis magni, sicut Propheta de eo meminit; Saraja enim summus sacerdos in Hierusalem, quando eadem ciuitas uastata est a Nabuchodonosor, cum aliis principibus Sedecia interfectus est: quo interfecto, filius ejus Josedech captiuus ductus in Babyloniam, ibique hunc Jhesum generans defunctus est. Jhesus autem hic magnus et preclarus in diuino timore fuit. Is egressus cum Zorobabel ibat in Hierusalem, qui dimissi a Dario transeuntes per Babyloniam, inde secum educentes uniuersos, qui ibidem erant Judeos, habentes secum equites, quos eis Darius rex injunxerat ad conducendum eos usque Hierusalem. Hec fuit secunda egressio captiuorum de Babylonia, que per Zerobabel filium Salathiel facta est, una cum Jhesu filio Josedech. Hi ergo sunt, qui et templum Domini edificauerunt, atque consumauerunt. Sub istis prophetauerunt post captiuitatem Hierusalem alio anno sub Dario rege Aggeus, et Zacharias, et Malachias. Post hec tertio egressi de captiuitate hii, qui ibidem residebant in diebus Artaxersis regis. Et cum eis egressus est 'princeps et consiliator, et *c. 48 a* dux Esdra, qui cognominatus est scriba legis Dei. quem etiam Artaxerses rex trasmisit cum magno honore, et eos, qui cum eo egressi sunt. Exiit et cum eis Neemias, qui in patrum laudibus commemoratus est. Hucusque diuina scriptura temporum seriem continet. " Que " uero post hec apud Judeos gesta sunt de libro Machaborum et Josepi atque Africani scriptis " exhibentur, qui deinceps hystoryam uniuersam usque ad romana tempora prosecuti sunt. " Et quidem Africanus in quinto temporum uolumine, hujus temporis ita meminit: " mansit " itaque imperfectum opus usque ad Neemiam et xx annum Artaxersis. Quo tempore re- " gni Persarum centum et quindecim anni fuerant euoluti: capiuitatis autem Jerusalem cen- " tesimus octogesimus et quintus annus erat. Et tunc primum Artaxerses jussit muros extrui " Jerusalem; ex illo tempore, si numerare uelis, septuaginta annorum ebdomadas, usque ad Chri- " stum poteris invenire „[2]. Xerses menses II. Post quem Sogdianus menses VII. *Tunc temporis* " Plato nascitur, Hippocrates medicus insignis habetur „[3]. IIIDXLVIII.

" Darius, cognomento Nothus, annis' XIX. Egyptus recessit a Persis. Reuersis de ca- a. m. 3548 *c. 48 b*

---

1. Ierusalem *B C* — 1-2. *A e C hanno sempre da questo punto in poi la forma* hedificare, hedificatum — 2. Ierusalem *B C* - set *C* — 4. consummatum *A* — 9. *in A la primitiva parola è raschiata* - perfecti *C* — 11. Ierusalem *B C* — 12. Ierusalem *B C* — 13. Ihesus, *scritto per intero* — 14. Seraia *C* — 15. Ierusalem *B C* — 16. Iosedec *C* — 18. Ierusalem *B C* — 20. Ierusalem *B C* — 22. hedificauerunt *C* — 23. Ierusalem *B C* — 24. tercio *B C* - sunt *C* — 22. Artarxersis *C* — 26. Artaxessus *A* — 27. *manca in C* - et *C* — 31. tempore *C* — 33. quindecimum annum *C* — 37. IIIDXLVIII] *om. A però v' è uno spazio vuoto*

[1] Hieronymus, *Com. in Danielem,* cap. IX; Migne, vol. XXV (p. 540 sgg.), n. 678 sgg.

[2] Nell'edizione muratoriana, come nella bedana, le parole da " mansit „ a " poteris invenire „ sono stampate in maiuscolo, ma nei codici sul proposito non vi è alcuna indicazione.

[3] Cf. Esdra, VI, VII e VIII; Flavius Iosephus, *op. cit.,* loc. cit., 364 sgg. (vol. III, p. 73 sgg.); Eusebius Hieronymus, *op. cit.,* loc. cit.

" ptiuitate Judeis non reges, sed pontifices prefuerunt, usque ad Aristobolum, qui cum dignitate pontificis, etiam regale sibi cepit usurpare uocabulum "[1]. IIIDLVI[2].

a. m. 3556 "Artaxerses, qui cognominatus est Minenon, Darii et Parisathidis filius, annis XL sub " hoc rege uidetur historia Ester completa; ipse quippe est, qui ab Hebreis Assuerus, et a " septuaginta interpretibus Artaxerses uocatur. Athenienses XXIV litteris uti ceperunt, cum " antea XVI tantum literas haberent. Carthaginensium tunc inchoatur bellum famosum "[3].
Mur., 34 u. c. 364 *Orosius.* Anno ab urbe condita' CCCLXIIII " Galli Senones, duce Brenno Romam inuadunt, " *urbemque penetrando,* excepto Capitolio, incendunt *nam mille libris auri discessionis pretium*
u. c. 400 " *paciscuntur, et tunc* tribuni militares pro consulibus esse ceperunt "[4]. *Orosius.* Anno ab urbe condita CCCC. Philippus Aminte filius Alexandri pater Macedonum regnum adeptus, XXV tenuit annis[5]. Eodem tempore dilatata est nox usque ad plurimam partem diei, saxa quoque de nubibus ceciderunt. Tunc temporis clarissimus Alexander Magnus ille gurges miseriarum Philippi filius natus est[6]. "Aristotiles Platonis auditor decem et octo etatis annos
c. 49 a " gerebat ".' Ann. IIIDCXIV[7].

a. m. 3594 "Artaxerses, qui et Ochus annis XXVI iste Egyptum suo junxit imperio, Nectanebo rege " in Ethiopia pulso, in quo Egyptiorum regnum destructum est ". Tunc idem Ochus, qui et Artaxerses post transactum in Egypto maximum diuturnumque bellum, plurimos Judeorum in transmigrationem egit, atque in Irchania ad Caspium mare habitare precepit, quos ibi usque in hodiernum diem amplissimis generis sui incrementis consistere, atque ex hinc quandoque erupturos opinio est[8]. Tunc quoque temporis " Demosthenes orator omnium rumore celebratur. " Romani Gallos superant. Plato philosophus moritur, post quem Achademiam Speusippus
u. c. 422 " tenuit ". *Orosius.* Anno ab urbe condita CCCCXXII. Alexander rex Epirotarum Alexandri illius magni auunculus, trajectis in Italiam copiis, cum bellum aduersus romanos pararet, et circa finitimas Rome urbes firmare uires exercitus sui, auxiliaque uel sibi, uel hostibus subtrahere studens, bellis exerceretur acquirere, a Sampnitibus, qui Lucanie genti suffraga-
u. c. 426 bantur, maximo bello in Lucania uictus atque occisus est[9]. Anno ab Urbe condita CCCCXXVI.

---

1. set *C* — 2. IIIDLVI] *om. C* — 4. Hester *B* — 8. *in C manca:* que - *C aggiunge:* cuntosque crucidando sex mensibus uastant. Reliquos autem uniuersos in arce Capitolii confugientes, quos constat uix mille hominum fuisse, obsidione concludunt, eosque fame, peste, desperatione atque formidine terunt, ad postremum uendunt - discensionis *A, mentre Orosio ha:* discessionis — 9. pre *C* — 12. gurgens *B C* — 15. Artarxersis *C* - iunxit *A* — 16. ut *A* - Ethiopiam pulso *C* - giptiorum *A* - quidem *C* — 17. Artarxersis *C* - plurimum *C* — 18. Inuchania — 20. eruptos *A; accetto la lezione di C conforme ad Orosio* - Demonstenes *C* — 24. auxiliatque (*sic*) *A*

[1] Su Dario, *Nothus* (come lo dice IUSTINUS, *Prologi Histor. Philipp. Pompei Trogi,* Prol. 9), o *Codomannus,* che fu vinto da Alessandro il Grande (304), cf. FLAVIUS IOSEPHUS, loc. cit., §§ 305-216. vol. III, 56 sg. Lo stesso Giuseppe Flavio, di Aristobulo (*op. cit.,* β. τρισκαιδεκάτη, p. 301 vol. III, 198) ci dà la notizia che Beda ha tratto da san Girolamo nel commento del v. 22 del cap. XII di Neemia.

[2] Piglio la data da Beda, la fonte principale del nostro Cronista.

[3] I codici hanno *Minenon,* mentre Beda ha: *Mnenon,* ch'è il nomignolo dato ad Artaserse da Plutarco. È abbastanza noto il Δαρείου καὶ παρυσάτιδος γίγνονται παῖδες δύο.... di SENOFONTE, *Anabasi I,* ma Beda trae la notizia da san Girolamo. Relativamente all'*Assuerus* o *Asuerus,* cf. il *Libro di Hester,* cap. I e II.

[4] La fonte principale di questo paragrafo, come già ho indicato con le solite virgolette, è Beda (*op. cit.,* p. 108), ma R vi ha aggiunto alcuni particolari, tratti da OROSIUS, cap. II, 19, 5 sgg., e III, 1, 1, ediz. cit., pp. 60, 61, 63 e 64. Così l'indicazione dell'anno è tratta dal lib. III, 1, 1, e "....nam mille libris auri discessionis pretium paciscuntur ", dal lib. II, 19, 8. Al medesimo paragrafo, eccetto " sex mensibus uastant " ch'è il " sex mensibus vastauerunt " del Beda, appartiene la lunga variante del cod. *C,* riportata alla l. 8 nelle varianti.

[5] OROSIUS, III, 12, 1 (ediz. cit., p. 74).

[6] ID., III, 4 1 e 2 (ediz. cit., p. 71). La dizione di Orosio differisce un po' da quella di R. " Tunc etiam " nox usque ad plurimam diei partem tendi visa est et " saxea de nubibus grando descendens veris terram lapidibus verberauit. Quibus diebus etiam Alexander " Magnus, vere ille gurges miseriarum atque atrocissimus " turbo totius orientis, est natus ".

[7] Do l'anno del m. secondo Beda.

[8] Da " Tunc etiam Ochus etc. " il brano è copiato da OROSIUS, III, 7, 6 e 7 (ediz. cit., pp. 71 e 72).

[9] OROSIUS, III, 11 (p. 74) di cui R riporta tutto intero il paragrafo. Il testo orosiano dice però: "....sui " ausiliaque uel sibi adquirere uel hostibus subtrahere " studens belli exerceretur, a Samnitibus etc.... ".

Caudinas furculas satis celebres,' et famosas insignis Romanorum fecit infamia: nam Sam- c. 49 b
pnite Romanum exercitum apud Caudinas furculas turpiter captum sub hasta missum nudum
abire ceperunt [1]. Posteriore uero anno Romani ob ulciscendam injuriam, uictis Sampnitibus
seruitioque subjectis, jugum imposuerunt, quos non post multum temporis propter fide',
ruptique federis pertinaciam ingenti prelio uictos, stratosque confecerunt, atque contriuerunt:
ita ruinas ipsas urbium diruentes, ut hodie si Samnium in ipso Sampnio requiratur, nec
inueniri facile possit [2]. Anno ab urbe condita CCCCXXVI. Alexander patri Philippo,
successit in regnum [3]. ĪIIDCXVIII.

" Arses Ochi filius annis IV. Judeorum pontifex maximus Jaddus clarus habetur, cujus a. m. 3618
" frater Manasses templum in monte Gariz construit. Speusippus moritur, cui succedit Ze-
" nocrates. Quarto Ochi anno Alexander Philippi, et Olimpiadis filius uicesimus etatis annum
" gerens regnare incipit „ [4] ĪIIDCXXIV.

" Darius Arsani filius annis VI [5]. Alexander autem aduersus Illicos, et Thracas feliciter a. m. 3624
" dimicans, subuersis Thebis, in Persis arma corripuit, et apud Granicum flumen regis ducibus
" oppressis, urbem Sardos capit, idemque capta Tyro, Judeam' inuadit, a qua fauoraliter c. 50 a
" exceptus, Deo uictimas immolat, et' pontificem templi Jaddum honoribus plurimis prose- Mur., 35
" quitur. Andromacho custode locorum dimisso. Septimo regni sui anno Alexandriam in
" Egypto condidit „. Cum Dario rege Persarum ter dimicauit, et in his tribus preliis, toti-
demque annis quinquies decies centena milium hominum cesa referuntur. Nec mora Baby-
loniam optinuit, interfecto Dario, in quo Medorum, atque Persarum regnum destructum est,
quod steterat annos CCXXXI. Quo etiam tempore Latini a Romanis perdomiti sunt [6] ĪIIDCXXXIX.

" Alexander post mortem Darii annos V regnauit, nam antea VII „. *Orosius.* His autem a. m. 3629 [7]
post mortem Darii regno Persarum adepto Scythis bellum intulit, atque contriuit. Hyrcanos
quoque, et Mardos [8] subegit ubi etiam Alexandris [9] siue Minothea Amazonum regina excita,
suspiciende ab eo sobolis gratia uenit ad eum cum CCC mulieribus. Post hec Parthos deleuit
prope modum antequam uicit. Inde Drancas, Euergias, Parapamenos [10], Adaspios, ceterosque
populos, qui in radice Caucasi montis morabantur, subegit. Urbem ibi Alexandriam super
amnem Tanaim constituit. Nec minor ejus in suos crudelitas, quam in hostes rabies fuit [11].
Deinde' Indiam petiit, ut Oceano ultimoque oriente finiret imperium. Nisan urbem adiit, c. 50 b
Dedalos montes, regnaque Cleofilis regine expugnauit, que cum se dedisset, concubitu regnum
redimit [12]. Cum Poro fortissimo rege Indorum cruentissime dimicauit, quo occiso regnum ejus

---

1. Claudinas *C* - insignis *B C* — 2. Gaudinas *B C* — 4. seruicioque *B C* — 5. pertinantiam *C* — 6. sisanium *C* — 8. ĪIIDCXVIII *om. C* — 10. *B C hanno* Gazizi, *come Beda, ma la lezione di A* Gariz *è conforme ai testi biblici* (*Ioh., IV, 5*), *vedi nota 4 accetto la lezione di B e C conforme a Beda* — 13. Tracas *C; Beda* Traces — 14. aput *C* — 15. Ciro *C* - fabuoraliter *C* — 16. Deo] duo *C* — 19. feruntur *B* — 23. Sithis *A* — 25. Pardos *C* — 26. Parmenos *A* - Adaspias — 29. peciit *B C* — 31. Iudeorum *A*

[1] Orosius, III, 15, 2 e 6 (p. 81). Fino a "fecit "infamia „ R copia alla lettera, nel resto sunta, mutando anche il *praeceperunt* orosiano in *ceperunt.*

[2] R parafrasa Orosius, III, 15, 7-9 (pp. 81 e 82).

[3] Orosius, III, 16, 1.

[4] Flavius Iosephus, *Ant. Iudaicae* (così per brevità citerò l'opera di Giuseppe), XIII, pp. 253 e 256 (vol. III, 189 e 190). L'"Arses„ bediano risponde all'"Ἄρσακος di Giuseppe Flavio. Per la lezione *Gariz,* che ho accettato dal cod. *A,* contro la lezione di *B* e *C,* conforme a Beda, cf. il § 256 del libro citato dello stesso Flavio:.... "καὶ Γαριζεῖν.......... Μανασσῆν τὸν Ἰάδδου "τοῦ ἀρχιερέως ἀδελφόν, ὡς καὶ πρότερον δεδηλώκαμεν. συνέβη "δὲ τὸν ναὸν τοῦτον ἔρημον γενέσθαι μετ' ἔτη διακόσια...„.

[5] Beda: "Arsani „; evidentemente qui si tratta ancora dell'"Ἄρσακος di Giuseppe Flavio.

[6] Cf. Flavius Iosephus, *op. cit.,* XI, 305, 313 sgg. (vol. III, pp. 56, 58 sg.). Idem, κατὰ Ἀπίωνος, II, 37 (vol. VI, p. 193); Orosius, *op. cit.,* III, 16, 17 e 18 (ediz. cit., p. 82 sgg.).

[7] Anche qui seguo Beda, perchè R computa con eccesso di dieci anni.

[8] Orosius, III, 18, 5 (p. 85) ha "Mandos „, ma evidentemente qui R accetta la lezione di Beda: "Ale-"xander Hircanos et *Mardos* capit... „.

[9] Idem, ha "Halestris „.

[10] Il testo orosiano, che R segue qui mutando qualche caso e sopprimendo qualche parola, dice: "....inde Dran-"gas, Euergetas, Parimas, Parapemenos, Adaspios...„.

[11] Fino a questo punto R segue Orosius, III, 18, 5-7; nel resto, il cap. 19 del medesimo libro.

[12] Orosius, III, 19, 1 (p. 86).

substinuit[1]. Inde Arestas, Catenos, Presidas, et Gangaridas, nec non Confides[2] laboriosis bellis subegit. Peragrata perdomitaque Alexander India; ad amnem Egyssenem peruenit[3], per hunc in Oceanum diuehitur; ibi Gesonas, Sibosque oppressit. Hinc Mandros, Subagras[4] nauigat, que gentes cum armatis octuaginta milibus peditum, et sexaginta milibus militum[5] illum excipiunt: cruentissimo igitur commisso prelio et fusis hostius copiis, Alexander exercitum ad urbem deduxit, et cum murum primus ascendisset, solus introrsus desiliuit, quem cum undique hostes circum dedissent, muri obice posteriora tutatum, contrarios eo usque sustinuit, donec ad periculum ejus, et clamorem hostium, perfractis muris, exercitus omnis irrumperet. Inde conscensis nauibus, cum Oceani litora peragraret ad urbem, cui Ambira rex preerat, *c. 51 a* peruenit, ipsamque urbem expugnauit, et cepit[6]. Post quasi' circum actus, et de Oceano Indum flumen ingressus Babyloniam rediit, ubi eam exterritarum totius orbis prouinciarum legati expectabant[7]. Rumores ejus quippe totum orbem peragrarant, quod Dii concessissent ei totius orbis uictoriam, quod ipse hac arte composuit. Cum igitur quasi uoti causa, una cum suis templum Ammonis, quod apud Alexandriam fuerat adisset secreto uocauit ad se illius ora Dei pontificem, promittens, ac tribuens ei dona plurima auri, atque argenti, ut occultatus apud Dii Ammonis statuam, quasi ipse Deus ore suo cunctis audientibus responsa daret Alexandro, sicut ipse in ejus ore uerba posuerat, et eum ubique, et in omnibus uictorem nunciaret: quod dum fecisset, fama hec terras ac mare perterruit. Unde ex omni gente, ac Mur., c. 36 natione ad eum legati concurren'tes ueniebant, expetentes, ut eis sine bello dominaretur; Alexander autem apud Babyloniam ministri insidiis ueneni " haustus interiit anno uite sue XXXII, " regni uero suo XII „. *Ieronimus.* Alexander ab Illyrico, et mare Adriatico usque ad Indicum Oceanum, et Gangen fluuium non tam preliis, quam uictoriis precurrit, et sex annis Europe partem, et omnem sibi Asiam subjugauit, quod non fuit Alexandri fortitudinis, sed Domini *c. 51 b* uoluntatis: cui postea quattuor duces ejus regni successores' extiterunt, uidelicet, Ptolomeus, Philippus, Seleucus Nicanor, Antigonus. " Qui apud Danielem per quattuor hyrci cornua, " qui arietem contereret designantur „. Mortuo itaque Alexandro tricesimo secundo etatis sue anno, hi quattuor duces regnum diuiserunt[8]. Et " Ptolomeus Lagis filius tenuit Egyptum[9]; " Philippus, qui et Arideus frater Alexandri Macedoniam; Seleucus Nicanor Syriam, et Ba" byloniam, et omnia regna orientis[10]; Antigonus Asie regnauit „, sed non inquid in fortitudine ejus, qui nullus eorum magnitudini Alexandri potuit equari IIIDCLXIX.

a. m. 3629 " Egypto regnauit primus Ptolomeus Lagi filius annis XL Appius Claudius Cecus Rome " clarus habetur, qui aquam Claudiam induxit, et uiam Appiam strauit. Ptolomeus Hieroso" lyma, et Judea in ditionem suam dolo redactis, plurimos captiuorum in Egyptum transtulit. " Judeorum pontifex maximus Onias Iaddi filius clarus habetur. Et tertio decimo Ptolomei " anno Syrie, et Babilon, et superioribus locis regnare incipit Seleucus Nicanor. A quo tem" pore Machabeorum hebrea hystorya grecorum supputat regnum, a quo et Hedisseni sua

---

1. optinuit *C* - Confidas *C* — 2. Egosenen *C* — 3. Genosas *C* — 4. sesaginta *C* — 9. consensis, *A; ma Orosio* conscensis - perogeret, *A; accetto la lezione di B* e *C conforme a quella di Orosio* — 11. tocius *B C* — 13. tocius *B C* — 14. *A di prima mano:* adissus — 15. oraculi Pontificem *B C* — 16. aput *B C* - dare *C* — 20. austu *B, ma Beda ha lezione di B* e *C* — 22. precucurrit *C* — 25. Scelencus *C* — 32-33. Ierusolima *C* — 33. dicionem *B C* — 34. tercio *B C* — 36. supputant *C* - Edisseni *B;* Edisceni *C*

[1] Orosius, III, 19, 3 dice: " cum Poro fortissimo " Indorum rege cruentissimum bellum gessit: in quo " Alexander cum ipso Poro singulariter congressus oc" cisoque deiectus equo concursu satellitum praesentiam " mortis evasit „.

[2] Idem., III, 19, 4-5: " .... inde *Adrestas Catthenos* " Praesidas et Gangaridas caesis eorum .... cum ad *Co" fides* ventum esset .... „.

[3] Idem., § 6 (p. 86): " .... ad amnem *Agesinem* per" git .... „.

[4] Il Sasso errò dicendo che qui Orosio legga: *Mallos et Oscydracas.* Cf. Zangemeister, *Praefatio,* p. XII, (III, 18, 5).

[5] Idem., *eum,* invece di *cum;* " equitum „.

[6] Idem., III, 19, 6-11 (p. 86).

[7] Idem,. III, 20, 1 e 2.

[8] Hieronymus, *Comm. in Danielem,* cap. XIV, 703; Migne, XXV, 558 sg.; Daniel, VIII, 8.

[9] *Macedonas Philippus,* dice Beda, loc. cit., p. 109; Hieronymus, loc. cit.

[10] Manca: *Seleucus Nicanor.*

" tempora computant. Seleucus Antiochiam, Seleuciam, Laodiciam, Appiam, Edessam, Boroeam, et Pellam urbes' condidit " [1]. Anno scilicet ab urbe condita CCCCLXIV. Eo *c. 52 a* u. c. 464 tempore a Tarentinis bellum ingens Romanis exortum est: qui cum injuriam legatis Romanorum fecissent, Pirrum Epiri regem contra Romanos in auxilium poposcerunt [2]. His itaque cum totis uiribus Epiri, Thessalie, et Macedonie, elefantis etiam uiginti Italiam uenit, et ter cum Romanis cruentissime dimicauit [3]. Quinto demum anno, ex quo uenerat, ab Italia uictus aufugiit, et multo post apud Argos Achaje florentissimam urbem saxo ictus occubuit [4]. " Iudeorum pontifex maximus religiosissimus, ac piissimus Symon Onie clarus habetur. Post " quem Eleazarus frater ejus suscepit templi ministerium: filio ejus Onia paruulo admodum " derelicto. Seleucus in eas urbes, quas extruxerat, Judeos transfert; Judeis ciuium et mu- " nicipalem ordinem cum Grecis equali honore concedens ". Eo tempore condite a Romanis ciuitates Ariminus in Gallia, et Beneuentum in Sampnio. Tunc etiam a Romanis Chrotona inuaditur [5]. Sallentinis in Apulia bellum indictum est a Romanis, et Brundisini cum ciuitate capti sunt. *Ieronimus.* Post Alexandrum Ptolomeus Lagi filius primus regnauit in Egypto uir prudentissimus, et fortissimus, atque ditissimus, et' tante potentie, ut Pirrum regem Epirota- *c. 52 b* rum expulsum restitueret in regnum, Cjprum quoque optineret, ac Fenicem: et' deuicto De- Mur., c. 37 metrio filio Antjgnoni Seleuco partem regni sui, que Antigono fuerat ablata, restitueret, Cariam quoque optineret, et multas insulas, urbesque, ac regiones, de quibus non est hujus temporibus scribere [6].

Orosius:

Anno ab urbe condita CCCCLXXVII, cum clarum urbis Rome nomem esset, census est a. u. 477 (?) habitus. Tunc inuenta sunt ciuium capita ducenta nonaginta duo milia cccxxxiv eo tempore argentus nummus primum in urbe figuratus est [7]. Tunc etiam Attilius Regulus consul missus in Africam post uictoriam trium ducum Carthaginensium aput fluuium Bagrada serpentem mire magnitudinis occidit, cujus corium cxx pedum longitudinem habuit, Romamque delatum aliquandiu cunctis miraculo fuit [8]. IIIDCCVII [9].

" Ptolomeus Filadelfus anni xxxviii " [10] Iste quidem secundus rex Egypti Ptolomei supe- a. m. 3707 rioris filius " Judeos, qui in Egypto erant, liberos esse permisit ", et uasa Eleazaro pontifici in Jerusalem uotiua promittens, diuinas Scripturas ex hebreo in grecam linguam cum omni studio transferre curauit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit, quam sibi ex omni' genere *c. 53 a* literature composuerat: cujus bibliothece prefuit Demetrius Phalereus [11]. Idem apud Grecos orator et filosofus Ptolomeus, " tanteque potentie fuisse narratur, ut Ptolomeus patrem uin- " ceret ". Narrant enim historie, habuisse eum peditum centum millia, " equitum uiginti milia,

1. Seleuchus *A B C* — 2. Bellam *A* — 4. Pirum *A* - Epyri *B C* — 5. Epyri *B C* - elephantis *B C* — 16. expulsusn (*sic*) *A* — 16-17. Demetrio *A* — 18. obtineret *B* - huius *in C aggiunto posteriormente* — 23. Atilius *C* — 27. Filiadelfus *A* — 30. quas *C* — 31. composuerunt *C* - Phalerus *A; accetto la lezione di B C più conforme al* Φαλερεύς *di Flavio; vedi nota 9* — 32. filosophus *C* - potencis *C* — 32-33. *C di prima mano:* vincere

[1] Orosius, III, 23, 6 sg. (p. 92 sgg.) è la fonte qui seguita da Beda, che muta il *Nicator* in *Nicanor*.

[2] Orosius, IV, 1 e 2 (p. 100 sg).

[3] Orosius, IV, 1, 6.

[4] Orosius, IV, 2, 7 (p. 103).

[5] *Hist. Misc.*, lib. II, 22 (p. 36).

[6] Cf. Flavius Iosephus, *op. cit.*, *B* δωδεκάτη, 2 sg.; κατὰ 'Απιώνος' β πρότερος, 183; δευτερος, 37; Hieronymus, *Comm. in Danielem*, cap. XI, n. 703 e 704; Migne, vol. cit., p. 559.

[7] La indicazione d'Orosio qui è errata: la fonte donde R trasse siffatte notizie è la *Hist. Misc.*, lib. II, 23 (p. 36 cit.).

[8] Orosius, IV, 8, 6-15 (p. 113, 114). R dai paragrafi cit. riporta qualche frase o parola; così, ad es. Orosio al § 15 dice: "....corium autem eius (serpentis) " Romam deuictum — quod fuisse centum uiginti pedum " spatio ferunt — aliquamdiu cunctis miraculo fuit ". Questa frase si trova pure, con qualche variante nell'*Hist. Misc.*, lib. II, 28 (p. 41).

[9] R segna per Tolomeo II (Philadelphus) l'anno finale del regno; Beda l'intero periodo del regno: 3669-3707.

[10] Dopo questo periodo in Beda segue: " Sostratus " etc. ". R del cap. bediano qui ha riportato pochi brani, mutandone l'ordine.

[11] Cf. Flavius Iosephus, δοδεκάτη, 11, 12 sgg.

" elefantos, quos primus adduxit de Ethiopia, cccc „ [1], naues longas, quas nunc liburnas uocant, mille quingentas, alias autem ad cibaria deportanda militum, mille, auri quoque et argenti grande pondus: ita ut de Egypto per singulos annos quatordecim milia octingenta talenta auri, et frumenti artabas, que mensura tres modios et tertiam modii partem habet; quinquies et decies centena milia. " Sostratus Guidius farum in Alexandriam construxit Aratus " philosophus agnoscitur „. IIIDCCXXXIII.

a. m. 3733 " Ptolomeus Euergetes frater superioris regis anni xxvii qui inde Euergetes ab Egyptiis " est uocatus, quia capta Syria, et Cilicia, et prope modum uniuersa Asia, inter innumera ar- " genti pondera, ac uasa pretiosa, que cepit, etiam Deos eorum, quos Cambises capta Egypto " in Persas portauerat, retulit. Judeorum pontifex Onias Symonis Justi filius clarus habetur, c. 53 b " cujus item filius Symon non minori gloria' fulget „ [2]. Tunc etiam Quintus Ennius poeta Tarenti nascitur, qui post Romae deguit contentus unius ancille ministerio [3]. *Ieronimus.* Primum Syrie, ut diximus, regnauit Seleucus, cognomento Nicanor; secundus Antiochus, qui appellatus est Sother, tertius et ipse Antiochus, qui uocabatur Theos, idest Deus. Iste aduersum Ptolomeum Phyladelphum, qui secundus imperat Egyptiis, gessit bella plurima et totis Babylonis uiribus dimicauit. Volens itaque Ptolomeus post multos annos molestum inire certamen, filiam suam nomine Beronicen Antiocho uxorem dedit, qui de priore uxore, nomine Laodoce habebat duos filios, Seleucum, qui cognominatus est Callinicus, et alterum Antiochum: Mur., 38 deduxitque eam usque' Pelusium, et infinita auri argentique milia dotis nomine dedit; unde et Phenophores, idest dotalis est appellatus. Antiochus autem Beronicen, que inter patrem, ac uirum junxit amicitias consortem regni habere dicens, et Laodocen in concubine locum: post multum temporis amore superatus, Laodocen cum liberis suis regjam induxit, que metuens ambiguum uiri animum, ne Beronicen reduceret, uirum per ministros ueneno interfecit. c. 54 a Filium suum Seleucum' Gallinicum in loco patris regem constituit. Beronice autem reuersa est in terram suam. Et mortuo Ptolomeo Philadelfo patre ejus in Egypto, frater illius, et ipse Ptolomeus cognomento Euergens tertius successit in regnum. Qui cum magno exercitu ueniens, ingressus est prouinciam Seleucii, cognomento Galljcini qui cum matre Laodocen regnabat in Syria, et abusus est eis, et optinuit in tantum, ut Syriam caperet, et Ciljciam, superioresque partes trans Euphratem, et prope modum uniuersam Asiam. Cumque audisset in Egypto seditionem moueri, diripiens regnum Seleucii, quadraginta milia talentorum argenti tulit, et uasa pretiosa, simulacraque duo milia quingenta; in quibus erant et illa, que Cambises capta Egypto in Persas portauerat. Denique gens Egyptiorum idolatrie dedita, quia post multos annos Deos eorum retulerat Euergertineum appellauit. Et Syriam quidem ipse optinuit. Ciljciam autem amico suo Antjocho gubernandam tradidit: et Antippo alteri duci prouincias trans Euphratem [4]. IIIDCCL.

a. m. 3750 " Ptolomeus Phylopator filius Euergetis annis xvii Antiochus rex Syrie uicto Philopatore " Judeam sibi sociat. Judeorum pontifex maximus Onias filius Symonis insignis habetur: atque c. 54 b " Lace'demoniorum rex Darius [5] legatos mittit „. Hujus tempore pontificis Iesus filius Syradact Sapientie librum componens, quem uocant Parameton etiam Symeonis in eo fecit

---

4. talenti *A* - terciam *C* — 5. quinques *A* - contraxit *B* — 9. preciosa *B C* - *C om.* que - eciam *C* — 11. postea *A B* — 14. tercius *B C* — 14-15. adversus *C* — 15. Filadelfus *B C* — 16. finire *dice san Girolamo* — 20. Phenophores *A*; Phernophores *C*; φορνοφόρος *dice san Girolamo; vedi nota 4* — 21. amicizia *B C* - Laddocens *A* — 26. Evergetis *C* - tercius *B C* — 29. Eufraten *B C* — 30. sedicione *C* — 32. Egypciorum *C* - ydolatrie *B C* — 34. Xantippo *C* — 35. *C manca:* trans — 36. Philopater *B C* — 37. atquem *C* — 39. sapiencie *B C*

(p. 67 sg.) § 12 " Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, ὅς ἦν ἐπὶ τῶν " βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως,.... „. *R* cita da san Girolamo; o meglio dalla *Hist. Misc.*, loc. cit. (p. 42) per una parte, da san Girolamo per il resto.

[1] Beda segue: " et caetera his similia „.

[2] Flavius Iosephus, κατά 'Απιώνος, II, 48.

[3] *Hist. Misc.*, lib. II, 34 (p. 47).

[4] Hieronymus, *op. cit.*, V, 704-706; Migne, vol. cit., 560-561.

[5] Flavius Iosephus, XII, 130, 154 e 225. Il testo di Giuseppe non ha *Darius*, come Beda, ma "Αρειος: " .... πρὸς ὅν ὁ λακεδαιμονίων βασιλεὺς "Αρειος.... „.

mentionem *Jeronimus*. Post fugam et mortem Seleucii Gallicini [1], duo filii ejus Seleucus
cognomento Ceraunos, et Antiochus, qui appellatus est Magnus prouocati spe uictorie, et in
ultione parentis, exercitu congregato aduersus Ptolomeum Phylopatorem arma corripiunt.
Cumque Seleucus major frater tertio anno imperii occisus esset in Frigia, per dolum Ni-
canoris et Eupatoris exercitus, qui erat in Syria, Antiochus frater ejus magnus uenit de
Babylone in Syriam, que eo tempore tenebatur a Ptolomeo Philopatore filio Euergetis, qui
quartus regnabat in Egypto. Cumque pugnasset aduersus ducem ejus, immo proditione Theo-
doti optinuisset Syriam, que per successionem jam a regibus Egypti tenebatur, in tantam
audaciam contempta luxuria Phylopatoris, et magicis artibus, quibus inseruire dicebatur; ut
ultro Egyptiis bellum conaretur inferre. Ptolomeus cognomento Phylopator, amissa Syria pro-
ditioni Theodoti, congregauit multitudinem plurimam multo majorem, quam prius, properans
cum exercitu magno, et opibus' nimiis contra Ptolomeum Phylopatorem. Quo mortuo Antio- *c. 55 a*
chus mouit exercitum aduersus filium ejusdem Ptolomei, qui tunc IIII annorum erat, et uoca-
batur Ptolomeus Epyphanis [2].

Orosius: Mur., 39

Anno ab Urbe condita DXXXIIII Annibal Penorum imperator, uicesimum annum agens u. c. 534
etatis [3], Saguntum florentissimum Ispanie ciuitatem amicam tunc populi Romani, ob odium
Romanorum [4] bello impetitam obsidione cunctam et fame excruciatam [5], octauo demum mense
deleuit. Hic jam dudum Amilcari patri jurauerat, cum adhuc nouem esset annorum, se ut
primum posset aduersus Romanos pugnaturum, et cum eis nunquam pacem acturum [6]. Inde
Pireneos montes transgressus, inter ferocissimas Gallorum gentes, ferro uiam aperuit et nono
die a Pireneo ad Alpes peruenit, ubi montanos Gallos repellere obnitentes superat, atque
inuias rupes igni ferroque rescindit [7]; quinto demum die cum maximo labore ad plana Italie [8]
uenit. Fuisse in exercitu ejus centum milia peditum, equitum uero uiginti milia, elefantos
XXXVII definiunt [9]. Scipio tunc consul magni Scipionis pater [10], Annibali cum Romanis primus
occurrit, et commisso prelio apud Ticinum [11], omnis pene romanus exercitus cesus est [12]. Pu-
gnatum deinde, eodem consule, apud flumen Trinium, et Romani superati.' Alio quoque bello *c. 55 b*
apud eundem fluuium uicti sunt. Quarto bello ad flumen Sarnum, in quo oculum amisit.
Quinto bello apud Trasimenum lacum. Sexto apud Cannas Apulie uicum: in quo quadraginta
IIII milia Romanorum interfecta sunt [13], Varro consul cum L equitibus Venusium fugiit. Anno
ab Urbe condita DXL [14] Annibal in testimonium uictorie sue tres modios annulorum aureorum u. c. 540
Cartaginem misit, quos ex manibus interfectorum equitum Romanorum, senatorumque detraxe-

---

1. mencionem *B C* - Seleucus *A* - Seleuchus *B C* — 3. ulcione *B C* — 4. Seleuchus *A B C* - tercio *C* — 7. prodicione *B C* — 9. magicis rtibus (*sic*) *A* — 10. ammissa *B C* — 10-11. prodicioni — 11. maiore *C* — 13. quattuor *B C* — 17. Hispanie *B* - amica *C* - ab odio (*sic*) *A* — 18. inpetitam *C* - obsidione.... excruciatam *om. B* - mense] morte *C* — 20. numquam *B C* - aucturum *C* — 22. ubi dum *C*, *così ha* Orosius, *IV, 14, 4* — 26. occutrit (*sic*) *C* - aput *B C* — 27. Trinium] Trebiam *corretto in A di mano del secolo XVII* - superati sunt *B C* — 29. transumennum *C*, *così ha pure Orosio* — 30. Varo *A B* — 31. suę *A*

[1] *Callicini,* dice Hieronymus.

[2] Anche qui R parte riproduce alla lettera, parte copia da Hieronymus, *op. cit.*, V, 706 e 707, Migne, vol. cit., pp. 561, 562.

[3] Orosius, IV, 14, 1, manca: "vicesimum annum "agens etatis".

[4] *Ob odium Romanorum* è aggiunto da R.

[5] R qui ha omesso: "omniaque fortiter contempla-"tione fidei, quam Romani devoverant, digna indignaque "tolerantem".

[6] R parte sunta, parte parafrasa i §§ 2 e 3.

[7] R omette "quadriduum commoratus" (Orosius, IV, 14, 4).

[8] *Italie* è aggiunto da R.

[9] Orosius, IV, 14, 5 dice: "....centum milibus "peditum et viginti milibus equitum definiunt".

[10] In Orosio manca "magni Scipionis pater".

[11] Qui R omette quasi un intero periodo del § 6.

[12] Da questo punto in poi R sunta il § 7 del cap. XIV e tutto intero il cap. XV.

[13] R sunta dall'ultimo paragrafo del cap. XV e riproduce un'intera frase del § 2 del cap. XVI.

[14] L'anno qui non è stato segnato nel § 1 di Orosio, dal quale R copia di peso tutto il § 5 del cap. XVI.

rat. Eo tempore bella quinque Roma susceperat, unum in Macedonia contra Philippum potentissimum Macedonie regem, alterum in Hispania contra Asdruualem Annibalis fratrem, tertium in Sardinia contra Sardos, quartum Annibalis quo Italia premebatur, quintum Sicilie, ubi Claudius Marcellus Syracusam oppulentissimam urbem Sicilie secunda oppugnatione uix cepit[1]. u. c. 543 Anno ab Urbe condita DXLIII in Campania Capua est a Quinto Fuluio proconsule: principes Capuanorum ueneno sibi, ante quam subderentur, mortem consciuerunt; senatum omnem Capue, etiam prohibente senatu Romano, Fuluius suppliciis[2] necauit. In Ispania ab Asdrubale, Scipionis fratribus interfectis, Roma ab Annibale[3] admodum pressa jam pene ciuibus desperatis c. 56 a Scipio adolescens an'nos natus XXIV ultro se optulit ac ultionem patris, et patrui animo intendens in Hispaniam uenit, et Cartaginem nouam cepit; dehinc cum Asdrubale pugnauit, et uicit; et LXXX ciuitates aut deditione, aut bello in potestatem redegit[4]. Uniuersa quippe Yspania usque in Oeeanum in prouinciam redacta, Romam uenit consulque creatus in Africam transiit et acerrimo prelio Hannonem Penorum ducem interfecit; exercitum omnem Africe partim cede, partim captiuitate disperdidit[5]. Asdrubal autem frater Annibalis a Cartaginensibus consultus, ut fratris copiis jungeretur, cum magna secum auxilia Ispanorum, Gallorumque deduceret, ab exercitu Romano, ignorante Annibale, preuentus cum exercitu suo Mur., c. 40 interfectus est[6].' Annibali capud fratris sui ante castra projectum est. Quo uiso et clade Penorum cognita[7], redire in Africam jussus, ut fesse Cartagini et jam pene contrite Africe subueniret, coactus, flens reliquit Italiam annis, quibus eam optinuit XVII. Commissoque prelio cum Scipione apud Cartaginem, suis omnibus cesis, inter tumultus Annibal elapsus uix euasit in Bithiniam fugiens, ibique postea cum a Romanis reposceretur, ueneno sese necauit[8]. c. 56 b Scipio denique jam tunc cognomento Africanus' post famosissimam Annibalis uictoriam triumphans, urbem ingressus est, quem Terentius, qui postea comicus fuit, ex nobilibus Cartaginensium captiuis pilleatus quod insigne indulte sibi libertatis fuit, triumphantem post currum secutus est[9] IIIDCCLXXIV.

a. m. 3774 " Ptolomeus Epyphanes regnauit annis XXIV. Secundus liber Machabeorum apud Judeos " hujus temporis gesta continet "[10].

Ieronimus.

Pugnantibus autem contra se Antiocho Magno et ducibus Ptolomei, posita in medio Judea[11], in contraria studia scindebantur, aliis Antiocho, aliis Ptolomeo fauentibus. Denique et Onias Sacerdos, assumptis Judeorum plurimis, fugiit in Egiptum, et a Ptolomeo honorifice susceptus est. Accepit eam regionem, que Eliopoleos uocabatur, et concedente rege templum

---

2. Asdruualum An. Annibalis (*sic*) *A* - tercium *B C* — 8. Anniuale *C; om. A:* Scipionis fratribus interfectis, Roma ab Asdrubale, *v'è aggiunto in nota marginale del secolo XVII* — 9. ulcionem *B C* — 10. ueuenit (*sic*) *C* - Asdruale *C* — 11. dedicione *C* — 13. Annonem *C* — 14. Asdruale *C* — 15. Hispanorum *B C* — 17. caput *B C come Orosio* — 19. anno *A* - Commistoque *C* — 21. Bityniam *B C* — 23. famosissimam de Annibale *C* — 23. Terencius *B C* - pileatus *A B* — 26. Ptolemeus *A* — 32. uocabatur concedente *in C* - tenplum *A*

[1] Da " Eo tempore " fin qui, R sunta i capp. XIV, XV e XVI del lib. IV.

[2] La lezione dei codici è sbagliata; *A*, dice *Fluuius Sulpicius;* la ho corretta secondo Orosius, IV, 17, 12.

[3] Qui è impossibile restituire la lezione sbagliata dei codici. Orosius, IV, 17, 13 dice: " Interfectis in " Hispania Scipionibus cum, omnibus incusso pavore " cunctantibus, Scipio se admodum adulescens ultro ob- " tulisset etc.... ". *Ultionem.... patris et patrui animo intendens....* è preso dal cap. XVIII, § 1.

[4] Orosius, IV, 18, 2: " .... quadraginta civitates " in deditionem accepit, viginti et sex expugnavit ".

[5] Orosius, IV, 18, 17.

[6] Orosius, 18, 9.

[7] Fin qui da Orosius, IV, 18, 15, nel resto del periodo dal medesimo libro, cap. 19, 1.

[8] Orosius, IV, 20, 29.

[9] Orosius, IV, 19, 6, copiato interamente da R.

[10] Flavius Iosephus, XII, 130, 154; Syncellus, *Chronographia* in *Hist. Byzantinae*, ediz. Dindorf, 1829, all'an. 1830 di Abramo: " ἐπὶ τούτου ἐπράχθη τὰ κατὰ τὴν " πρώτην τῶν Μακκαβαίων βίβλον παρὰ Ἰουδαίοις ἱστορού- " μενα " riprodotte in " Chronicon canonum ", Eusebii Pamphili, ediz. di Angelo Mai e Giov. Zohrab Milano, 1848, p. 355. Beda però trasse la citaz. da san Girolamo.

[11] Hieronymus, *op. cit.*, V, 708 (Migne, vol. cit., p. 562) dice: " in medio Iudaea posita in contraria stu- " dia scindebatur ".

extruxit in Egypto simile templo Judeorum, et quod permansit usque ad tempus Vespasiani annis CCL. Ipsa autem urbs ad solum usque desolata est. Antiochus uero Judeam tenuit. Sub occasione igitur Onie pontificis infinita examina Judeorum Egyptum confugerunt. Eo tempore Cirene eorum multitudine repleta est[1]. Tunc Vulcani Insula, que antea non fuerat, repente mari edita cum miraculo omnium ad nunc usque manet[2]. IIIDCCCIX.

" Ptolomeus Phylometor annis XXXV Aristobolus ' natione Judeus peripateticus philosophus a. m. 3809 c. 57 a
" agnoscitur, qui ad Phylometorem Ptolomeum explanationum in Moysen commentarios scri- " psit[3]. Antiochus Epyhanes, qui post Seleucum cognomento Phylopatorem annis XI regnauit " in Syria, Judeorum legem impugnans, omniaque sordibus ydolorum compleus in templo " Jouis Olimpii simulacrum ponit. Sed et in Samaria super uerticem montis Garizi, Jouis " peregrini delubrum hedificauit, ipsis Samaritanis, ut id faceret, precantibus. Verum Ma- " thathyas sacerdos leges patrias uindicauit, aduersus Antiochi duces arma corripiens. Quo " mortuo ducatum Judeorum suscepit filius ejus Judas Machabeus anno CXLVI, regni Greco- " rum, Olimpiade CLV. Qui mox Antiochi duces de Judea expellens, et templum ab idolo- " rum imaginibus emundans, patrias leges post triennium suis ciuibus reddidit. Unde post " secessum Onie sacerdotis in Egyptum, de quo supra diximus, et mortem Alchimi qui effu- " gato Onia pontificatum indignus inuadere temptabat, omnium fauore Judeorum, Machabeo " sacerdotum decernitur, quod post mortem ejus Jonathas frater illius sortitus XVIII annos " summa ministrauit industria „ [4].

Ieronimus: Mur., 41

Rex autem Syrie impudens facie, et intelligens propositiones fuit Antiochus' Epiphanes c. 57 b
filius Seleucii, qui et Philopator appellatus est. Hic cum obses fuisset Rome, et nesciente senatu per dolum cepisset imperium, contra Ptolomeum Phylometorem dimicauit, et contra Egyptios et contra eos, qui res nouas in Perside moliebantur, ad extremum contra Judeos dimicans, capta Judea, ingressus est Hierusolymam et in templo Dei simulacrum Jouis Olimpi statuit. Et ad filios Isrhael erexit magnificentiam suam, ita ut de sanctis plurimos ydolatrie subiiceret et conculcaret pedibus suis, atque ita factum est ut Meridiem et Orientem, idest Egyptum, et Persidam suo retineret imperio: et erectus est contra Deum, et sanctos illius persecutus, tulerit juge sacrificium, quod mane offerebatur et uespere. Legitur in Machabeorum libris et Iosepi hystoria, quod centesimo et quadragesimo anno a Seleuco, qui primus regnauit in Asia post Alexandrum, ingressus Antiochus Hierusolymam, uniuersa uastauit: reuersusque anno tertio in templo posuit statuam Jouis et usque ad Judam Machabeum, idest usque ad centesimum quadragesimum octauum annum per annos uastationis Hierusalem VI contaminationis autem templi III, post quos templum purgatum est[5].

Orosius:

Anno ab Urbe ' condita DCVI Cartago deleta est a Publio Scipione anno DCC postquam u. c. 606 c. 58 a
condita est; multitudo omnis captiuorum uenundata est: fuisse enim uirorum uiginti milia,

---

4. Vulgani *A* - quę *A* - ante *C, come Hist. Misc.; vedi nota 2* — 6. Aristobo *A* — 9. Syriam *C* - inpugnans *C* — 11-12. Mathathie *C* — 12. patris *A* — 17. tentabat *B, come Beda* — 18. sacerdocium *C;* sacerdotium *B* — 21. proposiciones *B C* — 24. im *C* — 25. Olimpii *B C* — 26. magnificenciam *B C* — 27. subiceret *A* — 29. persecutos *C* — 31. uniuersam *C* — 32. tercio *B C* — 33. uastacionis *C* - Ierusalem *B C* — 35. Orosius *om. B C*

[1] Hieronymus, loc. cit.; Migne, vol. cit., pp. 562, 563.

[2] *Hist. Misc.*, lib. IV, 5 (p. 75): In Sicilia tunc Vulcani insula, quae ante non fuerat, repente mari est edita (cum miraculo omnium ad nunc manet).

[3] Ἀριστόβουλος ἰουδαῖος περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, ὃς πτολεμαίῳ τῷ φιλομήτορι ἐξηγήσεις τῆς Μωϋσέως γραφῆς ἀνέθηκεν. *Chron. pasch.*, 178 *c* in *Chronicon canonum* cit., p. 355; ma R in tutta questa parte copiò Beda, loc. cit.

[4] Flavius Iosephus, XII, 12, 235 sg.; *Chron. pasch.*, p. 177 sg.; Syncellus, cit., da san Girolamo insieme ai "*Maccabei* „.

[5] Hieronymus, *Comm. in Danielem*, capp. VIII, V, 674, 675; Migne, XXV, 536, 537.

mulierum autem uiginti milia ferunt. Ipsa uero ciuitas xvii diebus continuis arsit[1]. Ipso quoque anno Corinthum urbem toto tunc orbe longe omnium opulentissimam Mummius consul ferro flammisque diripuit[2]. Tunc Rome quidem celeberrimi tres simul triumphi fuerunt; Africani ex Africa ante cujus currum ductus est Asdruual; Metelli ex Macedonia, cujus currum precessit Audariscus, qui et Pseudo-Philippus; Mummi ex Corintho, ante quem signa enea et tabule picte et alia urbis insigna sunt prelata[3].

Quo tempore potentissimus rex Sicilie Jero Romam uenit ad ludos, et ducenta milia modiorum tritici populo dono dedit. Tunc etiam apud Brundisium Pacuuius claruit tragaediarum scriptor[4]. IIIDCCCXXXVIII.

a. m. 3838 " Ptolomeus Euergenes annis xxix Jonathas dux Judeorum, et pontifex cum Romanis et " Spartiatis amicitias facit: quo a Triphone interfecto, in sacerdotium frater ejus Symon as-

c. 58b " sumitur ' anno regni Euergetis septimo, quod octo annis strenuissime gerens filio Johanni " reliquid. Hic aduersus Hyrcanos bellum gerens, Hyrcani nomen accepit et a Romanis jus " amicitie postulans, decreto senatus inter amicos appellatus est. Samariam, que nostro tem- " pore *Sebaste* uocatur, obsidione captam solo coequauit; quam postea Herodes instaurans " *Sebasten* in honore augusti appellari uoluit „ [5].

Orosius:

u. c. 627 Anno ab Urbe condita DCXXVII Cartago in Africa a Romanis restitui jussa xxii de-

Mur., 42 mum anno, quo fuerat euersa, deductis ' ciuium Romanorum familiis, qui eam incolerent[6].

u. c. 633 Anno ab Urbe condita DCXXXIII Martius Portius Cato, et Quintus Martius consules Narbonam in potestatem Reipublice redigerunt[7].

u. c. 635 Anno ab Urbe condita DCXXXV Publio Scipione Nasica et Lucio Calpurnio Bestia consulibus Jugurte Numidarum regi bellum, consensu populi Romani, senatus indixit[8]. IIIDCCCLV.

a. m. 3855 " Ptolomeus Physicon, qui et Sother annis xvii. Cicero Arpini nascitur matre Heluia pa- " tre equestris ordinis ex Regio Vulscorum genere. Hyrcano in pontificatu, quod ipse xxvi " annis tenuit Aristobolus succedit annum unum: qui rex pariter, et pontifex primus apud " Judeos diadematis sumpsit insigne post ccccLxxxiv annos captiuitatis Babylonie. Post

c. 59a " quem regnauit Janneus, co'gnomento Alexander annis xxvii qui Pontificatum quoque admi- " nistrans, crudelissime ciuibus prefuit „[9]. IIIDCCCLXV.

a. m. 3865 " Ptolomeus, qui et Alexander, annis x Syrio in Romam ditionem cessit, capto Philippo " et Gabino; expulsus de regno Ptolomeus Fisicon per matrem Cleopatram, in Cyprum se " cedit „[10]. IIIDCCCLXX.

---

1. triginta millia *B C* — 2. Corintum *B C* — 5. excorintho *A;* exchorinto *B* — 6. insignia *B C* — 11. amicicias amicicie *B C* - Trifone *B C* - sacerdocium *C* — 12. anni *A* — 15. capta (*sic*) *A* — 19. Orosius, *V, 12, 1, dice:* quam — 20. Marcius Porcius *B C* - Marcius *B C* — 22. Capurnio *A* — 24. Ptolemeus *A* — 28-29. amministrans *C* — 30. Ptolemeus *A* - dicionem *B C* - phippo (*sic*) *A* — 31. Ptolemeus *A* - Ciprum *B C*

[1] Orosius, IV, 23, 1, 3, 5 (p. 139) però dice: " nam " fuisse mulierum xxv milia, virorum xxx milia memo- " riae traditum est „.

[2] Orosius, V, 3, 1 (p. 145) attribuisce questa impresa a Gn. Cornelio Lentulo e L. Mummio consoli, così anche la *Hist. Misc.*, lib. IV, 18 (p. 83).

[3] r parrebbe riassumesse i due ultimi capitoli del libro IV e primi del libro V di Orosio; ma in verità, mutando qualche parola, copia la *Hist. Misc.*, lib. IV, 14 (p. 84).

[4] r trasse le due notizie dalla *Hist. Misc.:* la prima dal lib. III, 1 (p. 49), la seconda dal lib. IV, 22 (p. 92).

[5] Flavius Iosephus, *op. cit.*, XII, 130, 154; XV, 296 ecc.; ma Beda, che r copia, attinge a Hieronymus, loc. cit. Secondo Flavio, Tolomeo Evergete è il terzo nella serie dei Tolomei, non il sesto come dice Beda.

[6] Orosius, V, 12, 1 (p. 158). r omette però: " re- " stituta et repleta est, magno ante prodigio praecedente „.

[7] r sunta *Hist. Misc.*, lib. IV, 29 (pp. 100-101).

[8] Orosius, V, 15, 1; ma r potrebbe anche aver copiato dalla *Hist. Misc.*, lib. IV, 30 (p. 101), che in questo punto riproduce *O.*

[9] Flavius Iosephus, *Ptolomaeus Pſyscon*, XII, 235 ecc. Cf. più specialmente Eusebius, *op. cit.*, p. 149, anni 1911 e 1912, donde Beda copia qui alla lettera, introducendo però la notizia relativa a Cicerone, riprodotta poi nella *Hist. Misc.*, lib. IV, 33 (p. 104).

[10] Eusebius, anno 1617, ediz. cit., p. 149.

" Ptolomeus, qui a matre fuerat ejectus, annis XIII regressus de fuga regnum optinuit, " quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris ciues pepulerant. Silla " Athenienses uastat "[1]. a. m. 3870

Orosius:

Anno ab Urbe condita DCLXI primum Rome bellum ciuile exortum est, nondum finito sociali bello. Eodem anno Mithridati cum bellum exortum est, quod per triginta annos tractum est, consulatu Ciceronis, et Antonii. His quoque temporibus plura Pompejus homo romanorum moderatissimum per orbem faciebat insignia[2]. IIIDCCCCIII. u. c. 661

" Ptolomeus Dionisius annis XXX. Huius ab anno quinto Alexandra uxor Alexandri pontificis post mortem ejus regnauit Judeis annis nouem. Ex quo tempore Judeos rerum confusio et uarie clades oppresserunt. Post cujus mortem Aristobolus et Hircanus filius ejus contra se de imperio dimicantes occasionem prebuere Romanis, ut Judeam inuaderent. Pompejus itaque Hierusolimam ueniens, capta urbe et templo reserato, usque ad Sancta-Sanctorum accedit, Aristobolum secum uinctum adducit, pontificatum confirmat Hyrcano. Deinde Antipatrum Herodis Ascalonite fiiium procuratorem Palestine facit: mansitque in Pontificatu Hyrcanus annis XXXIV. Pompeius captis Hierusolimis Judeos tributarios facit. Uirgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul a Mantua nascitur, Pompejo, et Crasso consulibus, deinde Cremone studiis eruditur "[3]. a. m. 3904; c. 59 b

Orosius:

Anno ab Urbe condita DCLXXXVIIII Marco Tullio Cicerone, et Gajo Antonio consulibus Mitridates rex Ponti, postquam cum Romanis per XX annis bellum gesserat, plurimis a Pompejo bellis attritus ad hoc coactus est, ut apud Bosphorum uxores ac filias et se ipsum ueneno necaret anno uite sue LXXII regni autem anno LX. Deinde uero Pompejus Syriam agressus Tyrios primum Arabasque perdomuit[4]; hinc ad Judeos, quibus Aristobolus, expulso fratre Hyrcano, primus ex sacerdote rex preerat ad Hierusolymam urbem ueniens[5] a patribus est in urbe susceptus: sed a plebe muro templi, quod non solum natura[6], uerum ingenti fossa munitum erat, repulsus, expugnationem ejus intendit, et tribus mensibus sine requie expugnatum tandem uix cepit[7]. Judeorum ibi XIII milia cesa narrantur, ceteram multitudinem in fidem accepit[8]. Et cum aliquantos principes Judeorum securi percussisset, Hyrcanum sacerdotio restituit: Aristobolum captiuum Romam duxit. Hoc bellum Orientis cum XXII regibus sese gessisse ipse Pompejus pro concione narrauit. Interea conjuratio Catiline aduersus patriam per eosdem dies in urbe habita, ac prodita, in Etruria uero[9] extincta est, occiso ibi Catilina: Rome conscii conjurationis occisi sunt[10]. Eo tempore Metellus de Creta triumphauit. Pompejus de bello Piratico, et Mitridatico. Nulla huic unquam pompa similis fuit: u. c. 689; Mur., 43; c. 60 a

6. siciliali (*sic*) *A* - Mitridaticum *B C* — 8. IIICCCIII *C* — 9. Ptolemeus *A* — 16. Yrcanus *A* - Pompeius *B C* — 17. aud *B C* — 18. dehinc *C* — 21. triginta annos *C* — 22. attritus atque *C* — 23. uitę suę *A* — 24. Tiros *B C* — 25. Ierusolimis] Ierusolimam *B C* — 26. set *C* — 29-30. sacerdocio *C* — 31. gessisse ipse *om. A* - contione *C* - Cateline *A* — 32. Hetruria *B*

[1] EUSEBIUS, a. 9 di Tolomeo, ediz. cit., p. 150.

[2] OROSIUS, V, 19, 1 sgg. R sbaglia l'anno di Roma, che per Orosio è il 662. È ad avvertire che R pospone qualche frase in principio e sunta il resto.

[3] EUSEBIUS, *op. cit.*, anni 1930 sgg., ediz. cit., pp. 150 e 151 è la fonte di BEDA.

[4] OROSIUS, VI, 6, 1 (p. 197 sgg.). Manca: "....adgressus, Ituraeos primum arabasque perdomuit urbemque eorum, quam Petram nominant, cepit; hinc etc...."

[5] Manca in R ".... eorum Gabinium cum exercitu mittit, ipse continuo subsecutus et a ".

[6] Manca: "loci ".

[7] Da "repulsus " fino a "vix cepit " R sunta Orosio, § 3 del libro e capitolo citato. Anche nei brani seguenti R sunta.

[8] Orosius: "in fidem venit ".

[9] Manca: "civili bello ".

[10] OROSIUS, VI, 6, 4 e 5.

ducti sunt ante currum ejus filii Mitridatis regis, et Aristobolum rex Judeorum: prelata est ingens pecunia: aurum quoque et argentum infinitum [1].

u. c. 693 Anno ab Urbe condita DCXCIII Gajo Julio Cesari, qui postea solus imperauit, IIII sunt prouincie cum legionibus XII consuli in quinquennium date: Gallia Transalpina et Cisalpina et Illiricus, nec non et Gallia Comata, cujus hystoriam Suetonius Tranquillus plenissime ex- c. 60 b plicauit. Orosius quoque hystoriarum egregius scriptor sagacissimo ordine composuit ' qualiter Cesar multis, et grauissimis preliis Germanos, et Gallos cepit, Britannus quoque, quibus ante eum nec nomen quidem Romanorum cognitum fuerat obsidibus acceptis, stipendiarios fecit, et qualiter postea apud Duracium cum Pompeo dimicauit, a quo uictus Cesar in Thessalia iterum grauissimo et cruentissimo bello cum eo dimicauit, in quo Pompejus uictus in Alexandriam fugiit [2].

u. c. 697 Anno ab Urbe condita DCXCVII Crassus consul effectus est, homo inexplicabilis cupiditatis, qui propter pecunie auaritiam, quam undecumque poterat maxime a suis exigebat, apud Charras in Parthia insidiis circumuentus est, et occisus [3]. Iste quoque audita Hierusolymis templi opulentia, quam Pompejus olim intactam reliquerat, Hierusolymam adiit, templum peruadit opibus spoliat; illum uidelicet templum, quod Zorobabel filius Satathiel de tribu Juda, postquam de captiuitate Babilonis reuersus est, hedificauit. Porro Zorobabel genuit Abiudh, Abiuth genuit Eliachim, Eliachim genuit Azor, et sic deorsum perducit Matheus flexibiles easdem generationes, usque quo ueniat ad Jacob et Joseph sancte et beate Uirginis Marie uirum, que de Spiritu Sancto concepit, ac genuit Dominum in corpore uenientem. In c. 61 a quarum generationum ordine post Zorobabel usque ' ad Dominice Incarnationis aduentum nullum tam preclarum tamque eminentem legimus, sicut Mathathiam, et filios ejus: sed populus sub cura, et ordine sacerdotum fuit. Ipse autem Mathathias et regali, et sacerdotali genere ueniebat, qui multas tribulationes et contumelias pro lege Dei substinuit et multas Mur., c. 44 pugnas et certamina habuit ipse, ac filii ejus pro' legitimis uel sanctis Domini mandatis et institutionibus diuinis; et iterum filii ex ipsis sacerdotes post parentes suos pro timore Dei et legitimis ejus principes populi effecti, et summi sacerdotis honore perfuncti sunt: nullus tamen eorum regiam optinuit dignitatem usque ad aduentum ueri regis et Saluatoris nostri Iesu Christi, de quo prophete omnes dudum jam prophetauerant. Erodes autem rex ipsius ex alienigenis originem ducens indigne et dolose sibi regnum usurpauit. Hec itaque ideo diximus, quia omni rei tempus, et tempora sub celo. Tempus circumcisionis patrum sub Abraham, tempus legis ordinationis sub Moysen, tempus pugne sub Iesu Naue, tempus Judicum usque ad Samuhelem hominem Dei, tempus regum a Dauid usque ad captiuitatem Babylonis; completo tempore regali regem certissimum amplius Judei non habuerunt, sed sub sacerdo- c. 61 b tum cura, ut dictum est,' consilio, et ordinatione uixerunt, usque dum celestis rex unigenitus Dei Deus aduenit, qui nouam regenerationem, et potentiam uerbo, et exemplo docuit, et osten- a. m. 3905 dit, quod est nouitatis uite tempus, et patientie [4]. IIIDCCCCV.

" Cleopatra soror Ptolomei annis II. Orto siquidam bello ciuili inter Cesarem, et Pom-" pejum, *postquam nouem annis Cesar omnem Galliam domuit atque Britanniam, Pompejus a* " *Cesare in Tessalia* uictus Alexandriam petiit, ibique ab ipso, a quo sperabat auxilia, Ptolo-" meo percussus interiit. Mox Cesar Alexandriam uenit. Ipse quoque Ptolomeus insidias ei

5. Sitonius *C* — 7. Britanos *C* — 9. aput Dirracium cum Pompeio *B C* — 13. auariciam *C* — 14-15. Ierusolimis, Ierusolimam *B C* — 18. Abiuth *B C* - perducit Matheus *om. A* — 19. ac *C* — 21. ordinem *C* — 24. *in C di prima mano:* legem - sustinuit *A* — 26. institucionibus *B C* - prefuncti *C* — 29. impsius *C* — 35. celestis *om. A* — 36. potencia *C* — 37. paciencie *B C* — 38. Cleopatre soror Ptolomei *C* — 40. pecIit *C* — 40-41. Ptolomei *A* — 41. Ptolomei *A*

[1] Orosius, VI, 4, 2 sg.; VI, 5, 6.

[2] Idem., VI, 7, 1-12. La conoscenza di Svetonio R la trae da Orosio, VI, 6, 2; del quale dà un giudizio ch'era molto comune nel Medioevo.

[3] Idem., VI, 13, 1-5, che R parafrasa.

[4] R qui ricorre alle solite fonti, parafrasando. In Beda manca tutto questo tratto.

" parare uoluit, unde bello ei illato uictus in illo periit „. Sed ne Cesar de his triumpharet, Cato sese apud Uticam occidit. Juba rex pretio dato, percussori jugulum prebuit. Petrejus eodem se gladio perfodit. Scipio ipse semet jugulauit. Similiter et Tatius Torquatus. Magni Pompei nepotes, filiamque Pompejam, et cum his Faustum, et Sillam, et Afranium, et Petrejum Cesar jussit occidi [1]: Cesar Alexandria potitus, regnum Cleopatre dedit [2], cum qua stupri consuetudinem habuerat [3]. Cujus tertio anno regni ipse primus Romanorum singulare optinuit imperium, a quo Cesares Romanorum principes sunt appellati: Inde IIII triumphis ' *c. 62 a* urbem ingressus, *cum quo et Cleopatra regio comitatu est urbem ingressa. Ibique Cesar* disposito Reipublice statu, continuo in Ispanias contra Pompejos filios Pompei profectus, XVII die qua egressus ab urbe fuerat, Saguntum peruenit: statimque aduersus Pompejos duos, et Labienum, atque Attium [4] Varum multa bella, et uaria forte gessit: ultimum bellum apud Mundam flumen gestum est, ubi tantis uiribus dimicatum, tantaque cedes acta, ut Cesar quoque ueteranis etiam suis cedere non erubescentibus preuenire [5] mortem cogitaret [6], cum subito in fugam Pompejorum cessit exercitus [7]. Titus Labienus, et Actius Varus in acie cesi sunt, Gneus Pompejus cum centesimo equite aufugiit; frater ejus Sextus Pompejus uictus [8], fugiensque interfectus est. Munda ciuitas cum immensa hominum cede Cesare oppugnante uix capta est [9]. Quattuor annis ex quo ab urbe bellum gesturus aufugerat, hoc bellum ciuile indesinenter toto orbe intonuit. Cesar igitur bellis ciuilibus per IIII annos toto orbe compositis Romam reddiit, et insolentius agere cepit: honores enim,' qui ante a populo dabantur, Mur., 45 ipse ex sua uoluntate prestabat, et nec ad se uenienti assurgebat,' aliaque non regia, sed *c. 62 b* prope tyrannica faciebat. Tunc itaque in eum conjuratum est a sexaginta, uel amplius senatoribus equitibusque romanis; et cum die quadam inter ceteros senatus ad Curiam uenisset, uiginti tribus plagis occisus est. Uir, quo nullus unquam in bello magis enituit. Ejus siquidem ducatu undecies centum nonaginta duo milia hostium cesa sunt. Nam quantum bellis ciuilibus fuderit noluit annotare. Collatis signis quinquagies dimicauit. Nullus eo quippe celerius scripsit, nemo uelocius legit. Quaternas epistolas simul dictabat: tante fuit bonitatis, ut quos armis uicerat, clementia magis uicerit [10].

Item Orosius:

Cesar Romam *post ingentem uictoriam* rediit. Ubi dum Reipublice statum contra exempla majorum instaurat, auctoribus Bruto, et Cassio, conscio etiam plurimo senatu, in curia uiginti tribus uulneribus confossus interiit. In qua conjuratione fuisse amplius quam LX conscios ferunt: duo Brucii et Gajus, et Cassius aliique socii strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. Diu *quippe* deliberatum est, utrum Capitolium cum auctoribus cedis oporteret incendi. Corpus igitur ejus raptum, *et* populus dolore stimulatus in foro fragmentis tribunalium, ac subselliorum cremauit [11]. Uictor ' ciuilis belli a ciuibus Cesar propter clementiam occiditur. *c. 63 a* Ac propter hoc certum erat, quia Cesar indigne peremptus plures postea habuit ultores [12].

---

2. precio *B C* — 3. Tocius *C* — 5. Alexandriam *C* — 6. tercio *B C* — 9. contra Pompei filios profectum *C* — 11. Attilium *A B C* — 13. eciam *C* — 14. fugiam *A* - Lapienus *A B C* — 16. immensa *B C* — 19. insolencius *C* — 20. set *C* — 21. fatiebat *C* - conjuramentum *C* — 23. unquam *B C* — 27. clemencia, clemenciam *B C* — 29. dura (*sic*) *A* — 30. Brutu *A* - eciam *B C* — 32-33. se cesserunt *A C* — 35. clementiam] *C agg.:* belli - clemencia] clemenciam *B C*

[1] Orosius, VI, 16, 4 e 5 (p. 217).

[2] Id., VI, 16, 2 (p. 217).

[3] La frase: *cum qua stupri consuetudinem habuerat* è presa dall'*Hist. Misc.*, lib. VI, 38, (p. 158).

[4] *Attium Varum*, dice Orosius, VI, 16, 6. Le parole in corsivo sono di R.

[5] Orosius, che qui R copia, aggiunge: " cum caedi " cogique aciem suam cerneret „.

[6] Orosius " .... praevenire morte futurum victi " dedecus cogitaris „.

[7] Id., IV, 16, 6 e 7. Del § 8 *R* salta un periodo.

[8] Manca in R " .... contracta celeriter non parva " Lusitanorum manu cum Caesonio congressus est.... „.

[9] Id., VI, 16, 8 e 9.

[10] R parte sunta, parte copia la *Hist. Misc.*, VI, 41 (pp. 160-161).

[11] Orosius, VI, 17, 1-3 (p. 219) copiati quasi alla lettera, eccetto le parole in corsivo.

[12] Id., VI, 17, 5-6.

Orosius:

u. c. 710 Anno ab Urbe condita DCCX interfecto Julio Cesare, Octauianus adolescens natus an-
nos XVII patre Octauio Senatore genitus, maternum genus ab Enea per Juliam familiam sor-
titus, Cesaris nepos, quem ille testamenti heredem reliquerat, idemque, qui postea Augustus
est dictus, et rerum potitus Romam uenit, et Consul indolem suam bellis ciuilibus uouit, ut
occisi sanguinem auunculi uindicaret [2]. Nam bella quinque ciuilia gessit. Mutinense aduer-
sus Marcum Antonium. Philippense aduersus Brutumet Cassium. *Perusinam* aduersus Lu-
cium Antonium. *Siculum* aduersus Sextum Pompejum Gnei Pompei filium. *Actiaticum ad-
uersus Marcum Antonium* [3]. Antonium namque, qui Asiam et Orientem tenebat, repudiata
sorore Cesari Octauiani, Cleopatram duxit uxorem, per quam cupiebat in urbe regnare: hic
itaque, Cleopatra cogente, ingens bellum ciuile commouit: qui uictus a Cesare nauali pugna
famosissima apud Actium (qui locus in Cypro est), fugit in Egyptum; et desperatis omnibus,
c. 63 b cum omnes ad Cesarem Octauianum transirent, ipse se interemit [4]. Cleopatra' exornata, di-
uersis ornamentis ad Cesarem uenit, sperans illum, quemadmodum ceteros sua specie illicere.
Sed illa se intra pudicitiam coarctans, ad ejus concupiscentiam minime inflexit, eam mox cu-
stodiri mandauit. Que custodia elapsa in pretioso sepulchro juxta Antonium se collocans,
sibi aspidem admisit, et ueneno extincta est. Egyptus per Ottauianum imperio Romano ad-
Mur., 46 juncta est [5]. Octauianus itaque ciuilibus bellis toto orbe confectis, Romam rediit' duodecimo
anno, quo consul fuerat; atque ex eo rempublicam per quadraginta et IIII annos solus opti-
nuit. A quo tempore quidam primum annum Augusti monarchie supputant. Denique cum
de Oriente cum maximis opibus, et pecuniarum abundantia uictor reuersus est, urbemque
triplici triumpho ingressus, tunc primum Augustus, eo quod rempublicam auxerit, consaluta-
tus est: atque ex tunc summam potestatem quam Greci monarchiam uocant adeptus est [6]. Nullo
quippe unquam tempore ante Cesarem romana res tam effloruit: nam exceptis ciuilibus bellis,
in quibus inuictus fuit, Romano adjecit imperio Egyptum, Syriam, atque Lybiam, Musulanos
quoque, et Getulos, Hyspaniam, Aquitaniam, Retiam, Dalmatiam, sepe ante uictam, sed nunc
c. 64 a pe'nitus subactam, Guandalicos, et Talassos, omnesque Ponti maritimas ciuitates, Bosphorum
quoque, et Ponti Cappadociam, Rodum, Siciliamque, Armeniam, et Parthiam, atque Galatiam,
Scithi, et Indi, quibus ante Romanorum nomen incognitum fuerat, munera, et legatos ad
eum miserunt, refuderuntque in Cesarem Alexandri Magni gloriam [7]. Norici, Illirici, Pannonii,
Moesii, Thraces, Daci, Sarmate, plurimique, et maximi Germanie populi ultra Renum, Danu-
biumque superati ab eo, uel pressi sunt. Susipetes, Theteros [8], Chattos, Marcomannos, Cheru-
scos. Seueuos [9] et Sigambros aspero bello perdomuit [10]. Toto igitur orbe Urbi subacto, Cesar
Augustus ouans urbem ingressus omnia superiora populi Romani debita donanda, licterarum
etiam monimentis abolitis censuit. Domini appellationem ut homo declinauit. In ipsis diebus
fons olei largissimus de taberna meritoria per totam diem fluxit. Hora quoque circiter tertia
repente liquido, ac puro serenoque die circulus ad speciem celestis arcus orbem solis adiit [11].

---

3. Abena *A* - Iulia *C* — 5. Consule *C* - ciuibus *A* — 6. sanguine *C* — 8. Atiaticum *B C*; *Orosius:* Actiacum — 12. solus *A* — 13. Cleopatra *C* — 15. set *C* - pudiciciam *B C* - coarctans *C* — 16. precioso *B C* — 21. habundancia *C* — 24. romanam rem *C* - quam ecceptis *C* - ciuibus *C* — 26. Equitaniam *A* - Rnciam *C* - Dalmaticam *C* — 27. Bossorum *C* — 28. Capadociam *C* — 29. Sithi *B C* — 30. Illirici (*sic*) *C*; *Orosio:* Illyrici — 31. Pampannonii (*sic*) *C* — 31. Traces *B C* - Semarte *C* — 32. Suscipetes *C*; *Orosio:* Ursipetes — 33. *C di prima mano* ubactos, *fu espunta la* s — 35. appellacione *B C* — 36. totum *C* - tercia *B C*

[1] Gli anni li pongo secondo Orosius, VI, 20 e 21, (p. 226-229).

[2] Orosius, VI, 18, 1, però non è riprodotto letteralmente. R qui ha copiato molte frasi dalla *Hist. Misc.*, VIII, 1 (p. 62).

[3] Idem, VI, 18, 2 e 3 suntati.

[4] Parafrasa il cap. XIX, § 4-7 del libro VI di Orosio.

[5] Idem, VI, 18, 16-18 (p. 225).

[6] Idem., VI, 20, 1-2.

[7] Idem., VI, 20-21 in sunto.

[8] Idem., VI, 21, 14-15 *Tencteros* (pp. 226-229).

[9] Idem, *Suebos.*

[10] Idem, VI, 21, 12-17.

[11] Orosius, VI, 20, 5, dice: ambiit.

Beda:

" Octauianus Cesar Augustus regnauit annis lvi et mensibus sex, a quo Augusti appel- a. m. 3966 " lati reges Romanorum. Quorum xv uiuente Cleopatra, xli postea uixit annos. Undecimo " Augusti anno' deficiente Judea pontificum principatu, Herodes nil ad eum pertinens, utpote c. 64 b " Antipatri Ascalonite, et matris Cipridis Arabice filius a Romanis Judeorum suscepit princi- " patum, quem tenuit annos xxvi [1] qui ne ignobiles forte, et a Judeorum semine argueretur " extraneus, combussit libros omnes, quibus nobilitas gentis Judee in templo seruabatur ascri- " pta: ut deficientibus probamentis, et ipse ad hanc pertinere putaretur. Insuper etiam ut " suam sobolem regio illorum generi commisceret, projecta Doside femina hierosolymitana, " quam priuatus acceperat uxorem, et nato ex ea filio Antipatro, sociat sibi Mariamnem filiam " Alexandri, neptem Aristoboli fratris Hyrcani, qui ante eum rex et summus sacerdos erat " Judeorum. Hec quinque ei filios genuit, quorum duos Alexandrum et Aristobolum ipse ne- " cauit in Samaria. Nec mora, post etiam matrem illorum, qua nil carius nouerat, simili sce- " lere peremit [2]. E quibus Aristobolus Herodem ex Vero'nice [3] susceperat filium, quem in acti- Mur., c. 47 " bus Apostolorum ab angelo percussum legimus [4]. Hactenus qui uocabantur Lagide in Egypto " regnauerunt annos ducentos nonaginta quinque „ [5].

SEXTA ETAS [6].

Sexta Etas ab aduentu Domini inchoatur, cum Dei uerbum caro factum est, transactis ab exordio' mundi juxta Hebreos, annis $\overline{\text{III}}$DCCCCLII, secundum septuaginta uero interpretes c. 65 a anni $\overline{\text{V}}$DVIII. Juxta Eusebium annis $\overline{\text{V}}$CXCIX. " Anno Cesaris augusti xlii. A morte uero " Cleopatre, et Antonii, quando et Egyptus in prouinciam uersa est, anno XXVII Olimpiadis " quidem CXCIII [7]. Ab urbe autem condita anno DCCLII idest anno eo, quo, compressis per " orbem terre gentium motibus, firmissimam uerissimamque pacem ordinatione Dei Cesar com- " posuit, nasci dignatus est in terris Ihesus Christus filius Dei, suoque sextam mundi etatem " consecrauit aduentu „ [8]. In cujus ortu audientibus hominibus exultantes Angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Eodem quoque anno tunc primum idem Cesar census singularum ubique prouinciarum et censeri omnes homines iussit.

---

2. *in A manca l'anno;* XLVI — 3. Quorum uiuente Cleopatra xv postea uixit xli *C* — 4. nihil *B* — 7. Iudeę *A* — 8. proba mentis *A* — 9. rege *B* - Ierusolimitana *B C* — 10. Mariamen *A* — 14. Aristobulos *C aggiunto sopra la linea* — 15. Actenus *A* — 16. annis *C* — 19. Mundi *iniziale ornata C* - Ebreos *C* — 23. gencium *B C* — 24. *C aggiunge:* dominus — 27. omnes] omnies *C* - homines *om. C*

[1] xxxvi, dice Beda. Cf. per il brano, a cominciare da " Herodes „, Eusebius, *Chr. post.* cit. all'anno d'Abramo 1984, ediz. Mai, p. 364: " Ἡρώδης Ἀντιπάτρου τοῦ " ἀσκαλωνίτου καὶ μετρὸς κύπριδος ἀραβίσσης οὐδὲν αὐτοῦ " προσήκουσαν τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐγχει- " ρίζεται .... „.

[2] Flavius Iosephus, *op. cit.*, XIV, 158 sgg., 300, 467 sgg. (pp. 251 sg., 276, 306 del vol. III). Beda però attinge a San Girolamo, loc. cit.

[3] *Beronice,* dice Beda; Ἀριστόβουλος δὲ βερενίκην. Flavius Iosephus, *Bell. Iud.*, I, 552 sg (ediz. cit., vol. V, p. 115).

[4] Manca: " Tertio inter Augustum et Antonium " orto bello, quod Antonius, qui Asiam et Orientem te- " nebat, repudiata sorore Augusti, Cleopatram duxisset " uxorem. Antonius et Cleopatra victi; semet interfi- " ciunt. A quo tempore quidam primum annum Augu- " sti monarchiae supputant „. Ma r per questa parte segue direttamente Orosio, sebbene citi Beda.

[5] Beda, *op. cit.*, ediz. cit., p. 110. Si noti che questa è la prima volta in cui r citi la fonte donde ha tratto quasi tutta la parte schematica delle prime pagine del " Chronicon „. Da " Lagide „ a " xcv „ cf. Eusebius, *op. cit.*, ediz. Mai., p. 365,

[6] Nei codici *A B C* manca questa rubrica speciale; la pongo per ragione di euritmia.

[8] CXCIIII, dice Beda, loc. cit.

[8] Beda è la fonte di r in questo luogo, ma Beda a sua volta trae da Orosius, VI, 22, 5: " ....eo anno " quo fermissimam verissimamque pacem ordinationi Dei " Caesar composuit, natus est Christus, cuius adventui " pax ista famulata est.... „ (p. 231).

Tunc igitur natus est Christus romano censui statim ascriptus, ut natus est[1]. Anno imperii augusti XLVII "Herodes morbo intercutaneis eque[2] et scatentibus toto corpore uulneribus, "miserabiliter et digne moritur[3]; pro quo substitutus ab Augusto filius ejus Archelaus regnauit "annis nouem, idest usque ad ipsius Augusti finem. Tunc enim non ferentibus ultra, sed ac- c. 65 b "cusantibus apud Augustum ferocitatem ejus Judeis, in Biennam Gallie urbem' relegatur[4] et "ad comminuendam Judaici regni potentiam, insolentiamque domandam, quattuor fratres ejus "pro eo sunt Tetrarche creati, Herodes Antipater Lisias et Philippus. Quorum Philippus et "Herodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiam uiuente Archelao, Tetrarche fuerant ordinati".

Cesar autem tanto amore etiam apud Barbaros fuit, ut reges nonnulli in honorem ejus conderent ciuitates, quas Cesareas uocarent: sicuti in Mauritania a rege Juva et in Palestina, que nunc urbes clarissime sunt. Et multi reges ex regnis suis uenerunt, ut ei obsequerentur. Hic denique turbas, bella, simulatione execratus est: et nisi justis de causis numquam genti cuiquam bellum induxit. Dicebat enim: imperatori bono quicquam minus quam temeritatem congruere; satisque celeriter fieri, quicquid commode geritur. Diligebat preterea Virgilium, Flaccumque poetas. Erga cives clementissime uersabatur. In amicis liberalissimus extitit, quorum precipui ob taciturnitatem et modestiam erant Agrippe. Rarus quidem ad percipiendas inimicitias, ad retinendas amicitias constantissimus, liberalibus studiis, presertim elo- c. 66 a quientie in tantum incumbens, ut nullus' pene laberetur dies, quo non legeret, scriberet, uel Mur., 48 declamaret. Auxit, ornauitque Romam edificiis' multis, isto glorians dicto: *Urbem lateritiam reperi, marmoream relinquo*[5]. Fuit mitis, gratus, ciuilis animi, sed lepidi, toto corpore pulcher sed oculis magis, quam acies clarissimorum syderum modo, et tamquam solis radiorum uibrabat: nec tamen tantus uir uitiis caruit; fuit enim paululum impaciens leuiter iracundus, occulte inuidens, palam factiosus. Porro dominandi supra quam estimari potest cupidissimus, studiosus alee lusor. Cumque esset cibi, ac uini multum aliquotiens alacer sompni abstinens, seruiebat tamen libidini usque ad probrum uulgaris fame. Cumque esset luxurie seruiens, erat tamen ejusdem uitii seuerissimus ultor. Anno LXX[X]VII uite sue ingressus Nolam morbo interiit, cunctis uulgo clamantibus: *Utinam aut non nascerctur aut non moreretur.* Neque enim facile ullus eo, aut in bellis felicior fuit, aut in pace moderacior. Quadraginta quattuor annis, quibus solus gessit imperium, ciuilissime uixit. In cunctis liberalissimus, in amicos fidelissimus, quos tantis euexit honoribus, ut suo pene equaret fastigio, sub hoc polle- c. 66 b bant sapientes insignes, Uirgilius, Salustius, Libius, Ortensius, Oratius, Athe'nodorus, Tharseus, et Sicius Alexandrinus. Imperauit autem Cesar Augustus annis LVI duodecim cum Antonio, quadraginta IIII solus. Qui certe numquam Reipublice ad se potentiam traxisset, aut tamdiu ea potiretur, nisi magnis nature et studiorum bonis abundasset[6] Rempublicam beatissimam Tyberio successori reliquid, qui priuignus ei, mox gener, postremo adoptione filius fuerat; satisque prudens in armis, satisque; fortunatus ante sumptum imperium sub Augusto fuit, ut non immerito Reipublice dominatus ei committeretur $\overline{\text{III}}$DCCCCLXVII.

4-5. accusantibus *C* — 6. potenciam *B C* — 10. eciam *B C* — 13. numquam *C* — 14. indixit *C* — 15. comode *C* — 16. in amicis *B* — 18. inimicias *B C* — 18-19. eloquencie *C* — 20. declinaret *C* - matericiam *B C* — 21. repperit *C* — 22. set *C* - tanquam *C* — 23. viciis *B C* - impancens *A* — 24. facciosus *A B* — 25. ale eluxor *A* - alacer *B* — 27. vicii *C* — 28. moritur *A* — 29. moderatior *B C* — 32. Hortensius *B* - Ordicius (*sic*) *A* — 35. habundasset *C* — 38. inmerito *C*

[1] Orosius, VI, 22, 5-6; B al solito salta alcuni periodi.

[2] *Morbo intercutis aque,* scrive Beda.

[3] 'Ηρώδης ὕδρωπι συσχεθεὶς σκώληκας ἀπὸ τοῦ στόματος (σώματος) ἐξέβρασεν, καὶ οὕτω δεινῶς ὀδυρόμενος τέθνηκεν' in Eusebius, *op. cit.,* ediz. cit., p. 368.

[4] *Idem,* loc. cit. 'Αρχέλαος 'Ιουδαίων βασιλεὺς μετὰ θ' ἔτη τῆς ἀρχῆς εἰς βίενναν πόλιν Γαλατίας (Γαλλίας) ὑπὸ Ρωμαίων 'εξορίζεται.

[5] Svetonius Tranquillus (ediz. Ludovicus Rott., Lipsia 1886) *Divus Augustus,* p. 50, 51, dice: "....ut "iure sit gloriatus, marmoream se relinquere quam la"tericiam accepisset", ma Sesto Aurelio Vittore, cf. no"ta sg., ci dà le parole nello stesso modo come son riferite da R, ed anche, in alcuni tratti, da Paulus Diaconus, M. G. H. Auct., II, 120-121.

[6] Sextus Aurelius Victor, *Epitome* (*De vita et moribus imperatorum Romanorum excerpta ex libris etc.*)

Orosius:

Anno ab Urbe condita DCCLXVII Tyberius Caesar "privignus Augusti, idest Libie uxoris "sue filius „[1] imperium adeptus est, mansitque in eo annis xxiii. "Huic inerat scientia lictera-"rum multa, eloquia clara „. Hic per semetipsum bella nulla gessit, sed per legatos quidem aliqua grauia: nisi quod aliquantis in locis precogniti ab eo cito gentium rumores comprimebantur[2]. Ipse autem[3] plurima imperii sui parte cum magna, et graui modestia reipublice prefuit, adeo ut quibusdam presidibus augenda prouinciis tributa suadentibus scripserit: boni pastori esse tondere pecus, non decoriare[4]. u. c. 767

Beda:

Hic quosdam reges ad se per blandi'tiam euocatus nunquam remisit. In quibus Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in prouincie formam redegit et maximam ciuitatem appellari nomine suo jussit, que Cesarea dicitur, cum Mazacha antea diceretur[5]. "Hujus "anno xii Pylatus Judee procurator ab eodem dirigitur. Herodes Tetrarcha, qui Judeorum "principatum tenet annis xxiv in honorem Tyberii, et matris ejus Libie, Tyberiadem con-"didit et Libiadem „[6]. IIIDCCCCLXXXII[7]. a. m. 3909 c. 67 a

"Anno imperii Tyberii xv. Dominus noster Jesus Christus post baptismum quod pre-"dicauit Joannes, mundo regnum celorum predi'cando cepit annunciare, peractis a principio "mundi secundum Hebreos annis, ut Eusebius in Chronicis suis signat, quattuor milibus an-"notando quod xvi. Tyberii anno principium fuerit lxxi Jobelei secundum Hebreos. Quare "autem nostra supputatio unde xx minus ponendos estimauerit annos, qui superiora libelli "huius legerit, facile inueniet. Juxta uero Chronicam eandem, quam ipse Eusebius de *utra-"que* edictione[8], ut sibi uidebatur, composuit sunt anni quinque milia ducenti xxviii „. IIIDCCCCLXXXVI. a. m. 3982 Mur., 49

"Anno octauo decimo imperii Tyberii Cesaris Dominus noster Jesus Christus Cruci "assisus, mundum sua passione redemit, et predicaturi per Judee regiones Apostoli, Jacobum' "fratrem domini Hierusolymis ordinant episcopum, ordinant et septem diacones. Et lapidato "Stephano ecclesia per regiones Judee, et Samarie dispergitur. Agrippa cognomento Hero-"des filius Aristoboli, filii Herodis, accusator Herodis Tetrarche Romam profectus, a Tyberio "in uincula conjicitur[10]: ubi plurimos sibi asciuit ad amicitiam et maxime Germanici filium "Gajum „. Hactenus Beda. a. m. 3984[9] c. 67 b

Orosius:

Anno septimo decimo "imperii Tyberii „, cum dominus noster Jesus Christus uoluntarie

---

3. sciencia *B C* - tumores *C* — 8. esset *C* — 10. blandiciam *C* — 10-11. Nicolaus *C* — 13. Iudeę *A* — 17. Johannes *B C* — 17-18. a principio mundi *om. A B, accetto la lezione di C conforme a Beda* — 21. huius *om. A* — 22. edicione *C* — 23. IIIDCCCCLXXXVI *om. A; Beda ha:* 3984 — 24. Tyberii *om. C* — 25. Judee *A* — 26. Jerusolimis *B C* — 28. Tetrarche *om. C* — 29. conicitur *A* - amiciciam *B C*

cap. I. (*Scriptores Hist. Romanae latini veteres, Heidelbergae,* 1743) vol. II, p. 144. In Sesto Aurelio non si trovano però le citazioni di Virgilio ed Orazio, Sallustio etc., sebbene R ne copii tutta la pagina a cominciare da "Cesar autem tanto amore „. Paulus Diaconus, loc. cit. ha: "*Virgilium Flacumque poetas* „.

[1] Do fra virgolette quelle parole che non si trovano in Orosius, VII, 4, 1-2 (p. 239) e che R trasse da Beda: loc. cit.

[2] Manca il § 3 del libro e capitolo citato di Orosio.

[3] Manca "Tiberius „.

[4] Orosius, VII, 4, 1-4. R muta il "deglubere „ in "decoriare „.

[5] Hieronymus, *Comm. in Ezechielem VII,* cap. XXVII, nr. 311, in Migne, XXV, col. 253.

[6] 'Ηρώδης ἔκτισεν τιβεριάδα εἰς ὄνομα τιβερίου καίσαρος. Syncellus, p. 319 cit. in *Eusebius Chron. post.*, ediz. Mai, p. 369 alla lettera *h:* "Herodes Tiberiadem et Liviadem condit „.

[7] Beda ha: 3981.

[8] Eusebius, *op. cit.*, ediz. cit., p. 372. Beda dice: "de vera editione „.

[9] La data posta da R è sbagliata (3986), accetto quella data da Beda.

[10] Eusebius, *op. cit.*, ediz. cit., p. 379, lettere *a e; Chron. Pasch.*, cit. dal Mai, p. 229: "'Αγρίππας υἱὸς

se quidem tradidit passioni, sed impie a Judeis apprehensus et patibulo affixus est maximo terremotu per orbem facto, saxa in montibus scissa, magnarumque urbium plurime partes plus solita concussione ceciderunt. Ad horam quoque diei sextam sol in totum obscuratus est, tetraque nox obducta terris est[1]: usque adeo autem neque lunam lumini solis, neque nubes obstitisse manifestum est, ut XIV eadem die luna[2] tota celi regione interjecta, longissime a conspectu solis aufuisse referatur[3]. Ac postquam passus est Dominus Christus a mortuis resurrexit, et discipulos suos ad predicandum misit, Pilatus preses Palestine prouincie ad Tyberium imperatorem retulit de passione Christi et resurrectione, consequentibusque uirtutibus, *c. 68 a* que per se ipsum facte fuerant, uel per discipulos suos fiebant in no'mine ejus, et de eo quod certatim crescente plurimorum fide deus crederetur. Tyberius cum suffragio magni fauoris retulit ad senatum ut Christus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, cur non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusauit, edictoque constituit, exterminandos esse urbe Christianos; precipue cum et Seianus[4] prefectus Tyberii suscipiende religioni obstinatissime contradiceret. Tyberius tamen edicto accusatoribus Christianorum mortem cominatus est. Sicque[5] paulatim immutata est illa Tyberii Cesaris laudatissima modestia in penam contradictoris senatus[6] atque ex mansuetissimo principe, seuissima bestia exarsit. Nam plurimos senatorum proscripsit, et ad mortem coegit[7], horum uix duos incolumes reliquid ceteros diuersis causis necauit. Viginti sibi patricios uiros consilii causa elegerat; Seianum prefectum suum[8] contradictorem, et filios suos, ac nepotes interfecit. Sicque factum est, ut qui spreuerant Christo rege saluari, Mur., c. 50 rege Cesa're punirentur[9]. Judeorum plerosque exilio relegauit. Eius imperii anno XXIII in u. c. 790 a. C. 38 Campania mortuus est; anno dominice incarnationis XXXVIII.

Gajus cognomento Callicula filius Drusi priuigni Augusti et ipsius Tyberii nepos sceleratissimus, imperii summam adeptus est. Hic ingressus uiam suam nil umquam strenue gessit. Stupra sororibus intulit: ex una etiam natam filiam cognouit. Cum apud cunctos ingenti auaritia, libidine, et crudelitate seuiret, interfectus est in palatio, anno etatis sue tricesimo nono, imperii autem anno tertio mense x, die nono[10]. " Hic que Erodem Agrippam " amicum suum uinculis liberatum, regem Judee facit, qui manet in regno annis VII idest " usque ad annum quartum Claudii. Quo ab angelo percusso, successit in regnum filius ejus " Agrippa et usque ad exterminium Judeorum annis XXVI perseuerat. Herodes Tetrarcha, " et ipse Gaji amicitiam petens, cogente Herodiade Romam uenit: sed accusatus ab Agrippa, " etiam Tetrarchiam perdidit, fugiensque in Ispaniam cum Herodiade, merore periit. Pilatus " autem, qui sententiam dampnationis in Christum dixerat, tantis irrogante Gajo angoribus " coarctatus est, ut sua se manu perimeret: Matheus in Judea predicans, eo tempore Euan- " gelium scripsit „[11].

---

1. set *C* - affixuxus *C* - maxime *B C* — 6. aufuisse] *C agg.:* et stellas tunc divinis horis fulsisse *come in Orosio, B* abfuisse — 8. virtutibus *om. A* — 14 e 19. Sclanus *A B C* — 14-15. Tiberius *A* — 18. reliquit *B C* — 20. spū erant *A per* spreuerant — 22. XXXIX *C* — 23. Collicula *A* — 24. nil unquam *B C* — 26. avaricia *B C* — 27. tercio *B C* — 31. amiciciam *B C* - *prima di* etiam Romam venit: sed accusatus ab Agrippa *om. C* — 32. ea *A* — 34. coartatus *C. Cf. nota 4.*

" Ἡρώδου τοῦ βασιλέως κατήγορος Ἡρώδον τοῦ τετράρχον " ἀφικόμηνος ἐν Ῥώμῃ, δεσμεῖται ὑπὸ τιβερίου „.

[1] Orosius, VII, 4, 13-14, aggiunge: " sicut dictum " est „.

Impiaque aeternam timuerunt saecula noctem.

[2] Idem, *lunam.*

[3] Idem, VII, 4, 13-15.

[4] Idem, VII, 4, 5-6, *Seianus.*

[5] Idem, loc. cit., § 7, *Itaque.*

[6] R omette: " nam regi, quaecumque voluntate fa- " ciebat, voluptas erat „.

[7] R pospone: " viginti sibi patricios viros consilii " causa legerat „.

[8] Orosius, VII, 4, 5-8, nel resto R sunta.

[9] Idem, VII, 4, 10.

[10] Idem, VII, 5, cap. suntato; in molti punti però *R* riproduce piuttosto le stesse parole dell'*Hist. Misc.*, lib. VII, (p. 183).

[11] Evidentemente Beda, da cui R copia, ebbe presente Orosio, come si desume dal brano seguente (VII, 5, 8): " Pilatus autem *praeses,* qui sententiam dampnationis " in Christum dixerat,...... tantis inrogante Gaio an- " goribus coarctatus est, ut sua transverberans ma- " nu.... „.

Orosius:

Anno urbis condite DCCXCI [1] tertius ab Augusto Gajus Callicula regnare cepit mansit- u. c. 790 que in eo annis non ple'nis IIII, homo omnium ante se flagitiosissimus, et qui uere dignus c. 69 a Romanis blasfemantibus, et Judeis persecutoribus punitor adhibitus uideretur. Hic, ut breuiter magnitudinem crudelitatis exprimam, exclamasse fertur: utinam populus Romanus unam cervicem haberet. Sepe etiam de conditione temporum suorum conquestus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur [2]. Hic siquidem magno et incredibili apparatu profectus querere hostem, *quem tunc Romanum iamdudum sopitis omnibus non habebat* [3], viribus ociosis Germaniam, Galliamque percurrens, in ora Oceani ad prospectum Britannie restitit. Cumque ibi Minocjnobellinum Britannorum regis filium, qui a patre pulsus, cum paucis oberrabat, in deditionem recepisset, deficiente belli materia, Romam rediit. Isdem autem diebus Judei, qui jam tunc ob passionem Christi, meritis ubique cladibus exagitabantur [4], legatum ad Caesarem miserunt. Sed Callicula [5] omnibus infestissimus, spreta eorum legatione [6], templum Hierusolymis omnesque Judeorum sacras edes profanis sacrificiis Gentilium, ac statuit repleri simulacrisque imperauit, et se ibi ut Deum coli precepit. Pilatus autem preses, qui sententiam dampnationis' in Christum dixerat, postquam plurimas seditiones in Hierusolymis excepit c. 69 b ac fecit, tantis, irrogante Gajo, angoribus coarctatus est, ut sua se transuerberans manu, malorum compendium mortis celeritate quefierit. Gaius Callicula libidinibus suis, etiam illud sceleris adjecit, ut sorores suas simul [7] stupro pollueret, deinde exilio dampnauit [8]. Qui postquam omnes simul exules jussit occidi; ipse autem a suis proditoribus occisus est. Duo libelli in secretis' ejus reperti sunt: quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis ad- Mur., 51 scriptum erat: ambo lectissimorum uirorum utriusque ordinis, senatorii et equestris, nomina et notas continebant, morti destinatorum. Inuenta est et ingens archa uariorum uenenorum, quibus mox Claudio Cesare jubente demersis, infecta maria traduntur, non sine magno piscium exitio: quos enecatos per proxima litora passim estus ejecit [9]. Quanta uero hominum multitudo morti preparata euasit, ex multitudine interfectorum piscium notum fuit [10].

Anno dominice incarnationis XXXXIX. a. C, 49

Claudius patruus Callicule imperauit annis XIII mensibus VII, diebus XXVIII. Petrus Apo- Simon Petrus stolus cum prius Antiochenam fundasset ecclesiam, Ro'mam pergit *in exordio regni Claudii,* c. 70 a "ibique XXV annis cathedram tenet episcopalem, idest usque ad ultimum Neronis annum [11]. " *Exinde Christiani Rome esse ceperunt.* Marcus Euangelista quod Rome scripserat euangelium, " Egipto, Petro mittente, predicat. Quarto Cla[u]dii anno fames grauissima, cujus Lucas meminit, facta est. Eodem anno ipse Britanniam adiens quam neque ante Julium Cesarem, neque

---

2. tercius *B C* — 5. nā *C* — 6. condicione *B C* — 8. positis *C* — 9. hora *C* - Ocena *A* - Brittanie *C* — 10. Bellino *C* - Brittanorum *C* — 11. dedicionem *B C* - Hisdem *B* — 14. Jerusolimis *B C* - omnisque *C* - prophanis *B C* — 15-16. sentenciam *B C* — 16. sediciones *B C* — 21. equorum *A* — 21-22. adscriptus *B C, seguo la lezione di A, conforme ad Orosio* — 22. *C di prima mano:* senatori — 25. exicio *B C* - littora *C* — 27. anno incarnationis domini *C* — 29. antiocenam *A* - fundavit *C* — 31. evangelium *C* - *in A C manca:* evangelium — 32. Claudii *A B C* — 33. Brittanniam *B C* - *B aggiunge:* transvectusque in insulam

[1] Pongo nel margine la data di Orosio.

[2] Copiato alla lettera da Orosius, VII, 5, 1 e 2.

[3] Le parole sottolineate sono aggiunte da R ad Orosius, loc. cit., § 5.

[4] R omette quasi tutta la fine del § 6.

[5] R omette dal § 7: "cum omnibus hominibus tum "praecipue Iudaeis.... ".

[6] R salta alcuni periodi dal § 8.

[7] *Primum,* dice Orosius, VII, 14, 9.

[8] Idem, *damnaret.*

[9] Idem, VII, 5. 1-10.

[10] Idem, § 11: ".... ut quanta multitudo hominum "preparatam mortem evaserit, ex multitudine interfec"torum piscium disceretur omnibusque notesceret.... ".

[11] Questa narrazione che R trae da Beda, è improntata al *De Viris inlustribus di* san Girolamo (ex recensione Guillelmi Herdinghi, Lipsia, 1879, p. 7. Dal frammento Laurenziano, conservato nella bibl. Cap. di Verona, anche il Duchesne, *Liber Pontificalis,* I, p. 119, nota 1, riporta il periodo sg.: " Simon Petrus.... post "episcopatum Antiochensis ecclesiae.... secundo Claudi "anno.... Romam pergit: ibique vigintiquinque annis "cathedram sacerdotalem tenuit usque ad ultimum Ne"ronis annum, idest quartum decimum ".

" post eum quisquam attingere ausus fuerat, sine ullo prelio ac sanguine intra paucissimos dies " plurimam insule partem in deditionem recepit; Orcadas etiam insulas Romano adjecit impe- " rio, ac sexto quam profectus erat mense, Romam rediit. Nono regni sui anno Judeos tu- " multuantes Roma expulit, quod et Lucas refert. Sequenti anno fames magna Romam cor- " ripit ". Sub hoc enim sapientes erant Apollonius ex Tianensibus Italie Pithagoricus philosophus; ita ut hunc ipse quoque Phithagora, Philostratus, et alii acrioris ingenii fuisse describant [1].

Orosius:

u. c. 795 Anno ab Urbe condita DCCXCV Tyberius Claudius ab Augusto quartus Regnum adeptus est mansitque in eo annos XIV. Exordio regni ejus Petrus apostolus Domini nostri Jesu c. 70 b Christi, Romam uenit et salutarem cunctis credentibus fidem, fideli uerbo docuit', potentissimisque uirtutibus approbauit [2]. Quinto anno ejusdem Tyberii principatus, inter Theram et Thesariam, insula de profundo emicuit XXX stadiorum spatio extenta [3]. Anno ejus septimo sub procuratore Judee Cumano in Hierusolymis tanta sedidio in diebus azymorum exorta est, ut in portarum exitu populo coarctato, triginta milia Judeorum [4] prostrata, et confusione [5] suffocata referantur. Tyberius autem manifestis ueneni signis mortuus est anno uitae sue XLIV [6].

a. C. 44 Anno dominice incarnationis XLIV.

" Nero Callicula Gaji nepos annis XIII mensibus VII diebus XXVIII " [7]. Hic autem auunculo suo simillimus, Romanum imperium et deformauit, et minuit. Inusitate luxurie sumptuumque, ut qui exemplo Gaji Callicule frigidis et calidis lauaretur unguentis, hamis aureis aureisque retibus piscaretur, que a blattinis funibus extrahebantur. Infinitam senatus partem interfecit. Bonis omnibus hostis fuit. Tantoque se dedecori prostituit, ut cantaret et saltaret Mur., 52 in cena citharetico habitu, uel tragico. Parricidia multa commisit, fra'tre, uxore, matre, ac Seneca magistro interfectis, urbem Romam incendit. In re militari nichil omnino ausus. c. 71 a Britanniam pene amisit et duo' nobilissima sub eo oppida illic [8] atque euersa sunt. Armeniam Parthi substulerunt legionesque romanas sub jugo miserunt. Due tamen prouincie sub eo facte, Pontus Polemoniacus, concedente rege Polimene, et alpes Coctie rege defuncto. Post hec romane urbi execrabilis, ab omnibus destitutus, simul et a senatu hostis judicatus; cumque quereretur ad penam, que pena talis erat, ut nudus per publicum ductus, furca capiti ejus inserta, uirgis usque ad mortem cederetur, et ita precipitaretur saxo ligatus in flumine, e palatio fugiit, et in suburbano liberti sui, quod est inter Salariam, et Numentanam uiam, ad quartum urbis miliarium, sese interfecit; anno etatis sue XXXI imperii XIV atque in eo omnis Augusti familia comsumpta est [9].

---

2. indictionem *A;* dedicione *C* - Orchados *B C* — 4-5. currupit *C* — 5. Pitagoribus *C* — 6. ipso *C* — 10. mansitque *A B, accetto la lezione di C conforme ad Orosio* — 13. spatio *B C* — 14. Judeȩ *A* - Jerusolimis *C* - sedicio *B C* — 17. Anno.... XLIV *om. C* — 18. Gagii *A* - XIII *C* - autem *om. C* — 20. Gagii *A* — 23. chitaharetico — 25. Brittaniam *B C* — 26. Parthy *C* — 29. quȩ *A*

[1] *Mendosa est haec periodus,* dice il Sassi. — Cf. EUSEBIUS, *op. cit.*, ediz. cit., p. 379 lettera *d:* " Apolleus tyaneus et Ephrates philosophi cognoscebantur ", e la nota 1.

[2] OROSIUS, VII, 6, 1 e 2 (p. 243). R copia alla lettera.

[3] IDEM, VII, 6, 13. *Therasiam.*

[4] IDEM, VII, 6, 14, aggiunge: " caede ".

[5] IDEM, *conpressione* invece di *confusione.*

[6] IDEM, VII, 6, 18.

[7] BEDA, VII, 7 e 1 (p. 245) dice: " *annos XIV* etc.... "; vedi più giù OROSIUS, VII, 7, 1: " mansitque in eo annis non plenis quattuordecim ".

[8] EUTROPIUS, vedi nota seguente, dice: " capta ".

[9] EUTROPIUS, *op. cit.*, lib. VII, cap. XIV pp. 124-125. La notizia della morte di Seneca R la trae da HIERONYMUS, *De viris inlustribus,* cit. cap. XII, ediz. cit., p. 18, mentre ad EUTROPIUS, VII, 15 (p. 50) appartiene pure la prima parte del periodo che da *Post hec Romane urb.* (*Per haec Romano orbi execrabilis,* secondo l'ediz. del Droysen) etc. và fino a " urbis miliarium interfecit "; il resto: " atque in eo omnis Caesarum familia consumpta est " è di OROSIUS, VII, 8, 13 (p. 247).

Beda:

" Hujus secundo anno Festus Judee procurator successit Felici, a quo Paulus Romam a. m. 4021 " uinctus mittitur: et biennio in libera manens custodia, post hec ad predicandum mittitur: " nec dum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant hystorie. Jacobus frater " Domini cum xxx annis Hierosolimitanam rexisset ecclesiam, septimo Neronis anno lapidatur " a Judeis, uindicantibus in illo, quod Paulum interficere nequiuerunt. Festo magistratui Judee " suc'cedit Albinus. Albino Florus: cujus luxuriam et auaritiam ceteraque flagitia non fe- c. 71 b " rentes Judei contra Romanos rebellauerunt. *Ad* [1] quos Uespasianus magister militie trans- " missus est, plurimas urbes Judeę cepit.

" Primus Nero super omnia scelera sua Christianos persequitur, quorum eximios Petrum " cruce, Paulum gladio occidit „ [2]. Sub hoc pollebant Rome poete Lucanus et Ouidius, satyrici Juuenalis et Persius, Senecaque tragicus, Musonius atque Plutarchus philosophi [3].

Orosius:

Anno ab urbe DCCCVIII Nero Cesar ab Augusto quintus principatum adeptus est man- u. c. 808 sitque in eo annis non plenis XIV. Gaji Calicule auunculi sui erga uitia ac scelera sectator, immo transgressor, petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudelitatem, nullo non scelere exercuit; siquidem petulantia percitus omnia pene Ytalie Grecieque theatra perlustrans, assumpto etiam uarii uestitus dedecore, scenicos [4] citharistas, tragicos, et aurigas, sepe sibi superasse uisus est. Libidinibus porro tantis exagitatus est, ut ne a matre quidem, uel sorore, ullaue consanguinitatis reuerentia abstinuisse referatur, uirum in uxorem duxerit, ipse a uiro uxor acceptus sit: c. 72 a luxurie uero tam effre'nate fuit, ut retibus aureis piscaretur, que purpureis funibus extrahebantur, frigidis, et calidis láuaretur unguentis. Qui etiam numquam minus mille carrucis confecisse iter traditur. Denique urbis Rome incendium uoluptati sue spectaculum fecit; per sex dies, septemque noctes ciuitas ardens regios pauit aspectus; horrea quadro extructa lapide magneque ueterum insule, quas discurrens flamma adire non poterat, magnis machinis quondam ad externa bella preparatis labefacte atque inflammate sunt, ad monumentorum bustorumque diuersoria infelice plebe compulsa. Quod ipse ex altissima illa Mecenatica turri prospectans letusque flamme ut ajebat pulchritudine, tragico habitu Iliadem decantabat. Auaritie autem tam prerupte extitit, ut post hoc incendium urbis, quam se Augustus ex latericia marmoream reddidisse jactauerat, neminem [5] [ad] reliquias rerum suarum adire permiserit; cuncta [enim] que flamme quoquo modo super fuerant, ipse abstulit. Centies centena milia sestertiorum auri, et argenti annuas [6] ad expensas a senatu conferri sibi imperauit; plurimos senatorum, nulla existente causa, bonis priuavit: negotiatorum omnium sub uno die, 'tormentis quoque adhibitis, omnem censum penitus abstersit. Crudelitatis autem c. 72 b rabie ita efferatus est, ut plurimam senatus partem interfecerit. Equestrem ordinem penitus [7]

---

5. *in A manca:* Hierosolimitanam — 6. quo *C* — 7. avariciam *C* - flagicia *C* — 10. Primus *in C manca:* — 11-12. *in C manca:* et Ovidius satirici Iuvenalis - *C aggiunge:* satiricus et Statius Ursulus cornutus quoque — 12. *in C manca:* que tragicus - Mussonius *B* — 15. Gagii *A C* - Gallicule *B* — 16. petulanciam *B C* - avariciam *C* — 17. pertitus *A C* - teatra *C* — 18. eciam *B C* - scenicas *C* — 19. uissus *A* — 22. extraebatur *C* - nunquam *B C* — 23. carnicis *C* — 26. extrema *C* - OROSIUS, labefactatae - inflamate *C* — 27. infelici *A* — 28. Macenatica *C* - flamine *A* - agebat *C* - Iliadam *A* — 29. Avaricie *B C* — 31. flamine *C* - quomodo *A C; accetto la lezione di B conforme ad Orosio* - cencies *B C* — 32. sesterciorum *C* — 33. privavit *B C* - negociatorum *B C, Orosio:* sextertium

[1] *Adversum* dice Beda.

[2] Anche questo brano di Beda è tratto per intero dal *De viris inlustribus* di san Girolamo, cap. II, ediz. cit., pp. 7 e 8.

[3] *Hist. Misc.*, VIII, 6 (p. 189).

[4] OROSIUS, VII, 7, 2 (pp. 246-247), che R copia, dice: " cerycas „ " .... tragoedos „.

[5] Manca *ad*, usato da OROSIUS, VII, 7, 7.

[6] OROSIUS, VII, 7, 8: " .... centena milia sextertium " annua .... „.

[7] IDEM, III, 7, 9: " paene „.

destituerit; matrem, fratrem, sororem, omnes cognatos, et propinquos ceteros fine hesitatione prostrauit[1], suumque magistrum Senecam ueneno necauit[2].

Prima persecutio in Ecclesia[3].

Iste primus Rome Christianos suppliciis et mortibus affecit, ac per omnes orbis prouincias pari persecutione excruciari edicto imperauit: ipsosque extyrpare conatus, beatissimos Christi apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit[4].

Hieronymus:

Paulus siquidem ipse eodem anno, quo Dominus passus est, interfecto Stephano diaconorum maximo, ad Deum conuersus, Christum predicare cepit. Et post annos tres a conuersione sua uenit Hierusolymam uidere Petrum, mansitque cum eo diebus XV ut ejus auctoritate fultus, libere posset uerbum Dei ecclesiis predicare. Deinde post annos XIV assumpto Barnaba, et Tito, iterum uenit Hierusolymam, deferens secum euangelium suum, quod intitulatur secundum Lucam, ut cum apostolis, maximeque cum Petro apostolorum principe suam conferret auctoritatem; sicque illorum auctoritate roboratus euangelium suum ecclesiis Dei
c. 73 a per totum' Illyricum Italiamque Gallias quoque et usque Hyspanias disseminauit. Sed priusquam in Hyspanias iret, Romam a Festo preside ductus est secundo imperii Neronis anno. Duodecimo autem ejusdem Neronis anno, secundo Romam uenit. Petrus uero apostolorum princeps filius Joannis, postquam apostoli singulas ad predicandum sortiti sunt regiones, hic Antiochenam fundauit ecclesiam, ibique episcopus ordinatus sedit annos VII. Dehinc successore sibi in Antiochia ordinato, romanam Ecclesiam suo decorauit episcopatu. In qua per XXV annos, et menses tres, a quarto uidelicet Claudii anno, usque ad ultimum Neronis annum residens, scripsit duas epistolas, que Canonice nominantur, et euangelium Marci; quia Marcus discipulus ejus fuit, et filius de baptismo. Euangeliorum quoque libri, quorum alius hebraicis, alius grecis, alius litteris latinis compositi fuerint, ejus tamen sunt testimonio comprobati. Constituitque duos episcopos sibi adjutores, Linum, et Cletum[5], cum quibus ceteros episcopos ordinabat. Hic Marcum episcopum ordinans in Alexandriam misit, Apollinarem uero Rauennam. At uero Clementem successorem sibi constituit[6]. Quem cum in cathedram
c. 73 b collocaret, hoc ei decretum imposuit dicens: Trado tibi potestatem a Domino' michi traditam ligandi, atque solvendi. Ligabis quod oportet, solves quod expedit, tamquam qui ad liquidum ecclesie regulas noveris: et tu in curis seculi deditus minime reperiaris. Tibi autem crimen impietatis est, studia, et sollicitudines suscipere secolares: ad hoc enim solum uocatus es, ut opportune, et sine intermissione doceas uerbum Dei[7]. Et hinc ante pascha Domini quadra-

---

3. persecucio *C* — 5. *C aggiunge:* totius - ipsumque *C* — 8. ipso *C* — 10. Jerusolimam *B C* — 14. *in B manca:* sicque illorum auctoritate — 15. totam *C* - Set *B C* — 22. residit *B* — 23. discipulus *invece di* filius *B* — 24. fuerant *B* — 26. apolenarem *C* — 28. mihi *B C* — 29. tanquam *B C* — 31. sollicitudinis *A* — 32. oportune *B C*

---

[1] Orosius, VII, 7, 1-9 *ad litteram.*

[2] Cf. p. 48, nota 9.

[3] Beda pone la 1ª persecuzione nel punto dove dice: *Primus Nero* etc., riprodotto da R nella pagina precedente.

[4] Orosius, loc. cit., § 10.

[5] Eusebius (*Hist. Eccles.*) non accenna affatto a *Cletus;* di *Linus,* dice: " τῆς δὲ Ῥωμαίων ἐκκλησίας μετὰ τὴν " Παύλου καὶ Πέτρου μαρτυρίαν πρῶτος κληροῦται τὴν ἐπισ- " κοπὴν Λῖνος „. III, 2, 11, ediz. Dindorf, Lipsia 1871, vol. IV, p. 84.

[6] Eusebius, non parla di Marco e di Apollinare; di Clemente, III, 4, 9 (vol. IV, p. 87) dice: " ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης τῆς Ῥωμαίων καὶ αὐτὸς ἐκκλησίας τρίτος ἐπίσκοπος καταστὰς Παύλου συνεργὸς καὶ συναθλητὴς γεγονέναι πρὸς αὐτοῦ μαρτυρεῖται „.

[7] Rufinus, *Praef. ad Recogn. Clem.* (Patrologia graeca I, p. 1207): dice: " Cuius rei hanc accepimus esse ra- " tionem quod Linus et Cletus fuerunt quidem ante Cle- " mentem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, " videlicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero " apostolatus impleret officium „. La stessa tradizione si vede accolta anche in Duchesne, *Liber Pontificalis,* I, 3, 118 e 119, e specialmente nella nota 9, donde ho ri-

gesimale jejunium ecclesiis tradidit. Et ante natalem Domini tres ebdomadas, et quartam imperfectam ab omni christiano populo instituit uenerari in commemorationem primi, et secundi aduentus Domini nostri Jesu Christi, et ordinationes celebrauit per mensem decembris, quique uno die cum beato Paulo magistro gentium martyrio coronatur, post passionem Domini anno XXXVIII. Marcus autem obiit Alexandrie VIII Neronis anno[1].

Orosius:

Nero postquam Galbam in Hyspania imperatorem creatum ab exercitu cognouit, totus animo ac spe concidit. Cumque incredibilia perturbande, immo subruende reipublice mala moliretur, hostis a senatu pronunciatus et ignominiosissime *a palatio*[2] fugiens ad quartum ab urbe lapidem sese interfecit, atque in eo omnis Cesarum familia consumpta est[3].

Hieronymus:

At uero beatus Clemens Spiritu' Sancto plenus, metuens, ne hec apostolica ordinatio po- *C. 71 a Clem. n. episcopus*
steris temporibus transiret in uitium, dum quidem hereditarium munus putantes, munus de Dei cogitarent electione, Linum, et Cletum priores sibi in episcopatu ante se coegit pontificari. Et sic Clemens primus est per Petri electionem, tertius uero per gradum. Linus itaque natione tuscus, patre Herculano sedit annis XI. Hic ex precepto beati Petri constituit, ut mulier in ecclesiam, non nisi uelato capite introiret[4].

Anno ab incarnatione Domini LXXI. Anno ab urbe condita DCCCXXIIII. Galba apud a. C. 71 u. c. 824
Hyspanias usurpauit imperium, uir antiquissime nobilitatis[5]. Nam priuata ejus uita insignis fuerat militaribus et ciuilibus rebus: sepe consul sepe proconsul: frequenter dux grauissimis bellis[6]. Qui mox ut Neronis mortem comperiens, Romam uenit, cumque omnes auaritia, segnitieque offenderet[7], et qui bonis initiis ad seueritatem propensior rueret[8]: insidiis Othonis in foro Rome jugulatus est, imperii sui mense septimo, anno uero etatis sue LXXIII[9]. Quo occiso simul cum Pisone nobili industrioque adoloscente, quem sibi in filium atque in regnum adoptauerat, Otho Rome, Vitellius in Germania, Vespasianus in Syria imperia rapuerunt[10]. Igitur Otho materno' genere nobilior, quam paterno, neutro tamen obscuro, in priuata uita *C. 71 b*
mollis et Neronis familiaris[11], cum inter tumultus cedesque inuasisset imperium, bellum ciuile contra Vitellium molitus, cum tribus primum leuibus preliis, hoc est uno ad Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum, quem Castoris uocant, contra Vitellianos duces congressus

2. inperfectam *C* - comemoratione *C* — 4. gencium martirio coronantur *C* — 5. Marchus *B C* — 11. Jeronimus *C* — 13. vicium *B C* - quidam *C* - minus *B C* — 16. Erculano *B C* — 18. anno ab domini *C* — 19. Hispanias *B* — 21. *C di prima mano:* comperiens, *aggiustato in* comperit - avaricia *B C* — 22. segnicieque *C* - iniciis *C* - ottonis *BC* — 23. LXXXIIII (*sic*) *C* — 25. Vitellus *C* — 26. Otto *A* — 29. Placenciam *C* - Castores *C*

prodotto la citazione di Rufino. Secondo il *Liber Pontificalis,* loc. cit., le parole di Pietro sarebbero state: "Sicut mihi gubernandi tradita est a domino meo Iesu "Christo potestas ligandi solvendique, ita et ego tibi "committo ut ordinans dispositores diversarum causa"rum, per quos actus ecclesiasticus profligetur, et tu mi"nime in curis saeculi deditus repperiaris; sed solum"modo ad orationem et praedicare populo vacare stude ". Si noti che questo tratto non si trova punto in San Girolamo.

[1] HIERONYMUS, I, 272 sg. (MIGNE, XXX etc., IDEM: *De viris inlustribus*, cit. cap. V, VI, VII, XV, ediz. cit., p. 10 sg.

[2] *A palatio* è aggiunto da R. Cf. p. 48, nota 9.

[3] OROSIUS, VII, 7, 13 (p. 247).

[4] HIERONYMUS, *De viris inlustribus*, cit.

[5] R parafrasa qui EUTROPIUS, *op. cit.,* VII, 16, che dice: "Huic Servius Galba successit, antiquissimae no"bilitatis senator, cum septuagesimum et tertium an"num ageret aetatis, ab Hispanis et Gallis imperator "electus, mox ab universo exercitu libenter acceptus ". Il resto è copiato alla lettera, come indicherò.

[6] EUTROPIUS, VII, 16 (p. 126, ediz. cit.). Cf. pure *Hist. Misc.,* VIII, 7 (p. 190).

[7] Da "qui mox " fino ad "offenderet " R copia da OROSIUS, VII, 8, 1 (p. 247).

[8] EUTROPIUS, loc. cit.: "....nisi ad severitatem pro"pensior videretur ".

[9] IDEM, loc. cit.

[10] OROSIUS, VIII, 2 e 3 (pp. 247 e 248).

[11] EUTROPIUS VII, 17 (p. 126).

uictor extitisset, quarto apud Bebriacum prelio, cum animaduertisset suos uinci, quamuis ingentes copias ad bellum haberet, sponte sese interfecit [1]; petentibus militibus, ne tam cito de belli desperaret euentu. Obiit autem xxxviii etatis sue anno, imperii uero mense tertio. Vitellius familia honorata magis, quam nobili ortus; nam pater ejus non admodum clare natus: tres tamen ordinarios gesserat consulatus [2], uictor Romam ueniens imperio potitus est. Ubi cum multa crudeliter ac nequiter ageret, graui seuitia notabilis, incredibili etiam ingluuie, ac uoracitatis appetitu: quippe de die in diem, sepe quarto uel quinto feratur epulatus [3]. Notissima certe memorie cena in mandata est, in qua super ceteros sumptus duo milia piscium, et septem milia auium apposita traduntur [4] postquam de Vespasiano comperit, primum de- *c. 75 a* ponere molitus est imperium, postea' a quibusdam animatus, Sabinum Vespasiani fratrem nichil dum [5] mali suspicantem, cum ceteris Flauianis in Capitolium compulit, succensoque templo et mixta simul flamma ruinaque omnes in unum pariter interitum ac tumulum dedit. Post deficiente in Vespesiani nomen exercitu suo destitutus, appropinquantibusque jam hostibus, trepidus cum se in quandam proximam palatio cellulam contruxisset, turpissime inde protractus, per uiam sacram nudus duceretur, passim fimum in os ejus conjectantibus, in forum deductus, octauo, quo [6] regnum presumpserat, mense, apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum crebis compunctionibus excarnificatus, ac deinde [7] unco tractus et in Tiberim mersus, etiam communi caruit sepultura [8].

a. C. 72 u. c. 825 Anno dominice incarnationis LXXII et anno ab urbe condita DCCCXXV. Vespasianus huic successit [9]. " Hic apud Judeam Palestine imperator ab exercitu appellatus et bellum " Tito filio commendans, *ipse* Romam per Alexandriam *imperator* proficiscitur, qui secundo " imperii ejus anno Judee regnum subuertit templumque solo strauit, post annos prime hedi- *c. 75 b* " ficationis MLXXXVIIII. Consumatumque hoc bellum annis iv duobus, aliis postea. Ve- " spasianus *autem obscure quidem natus, sed optimis comparatus, priuata uita illustris,* qui " inter alia magnorum opera, in priuata adhuc uita in Germaniam, ac deinde in Britanniam " a Claudio missus, tricies et bis cum hoste *conflixit:* duas ualidissimas gentes, uiginti oppida, " insulam Vectam Britannie proximam romano adjecit imperio " [10].

Orosius:

Judei post passionem Christi destituti in totum gratia Dei, cum omnibus undique malis circumuenirentur, quibusdam in monte Carmelo seducti sortibus, que portenderent exortos a Judea duces rerum potituros fore [11], in rebellionem exarserunt extinctisque romanis presidiis legatum Syrie suppetias ferentem, rapta [12] aquila, et cesis copiis, fugauerunt. Ad hos Vespasianus a Nerone missus Titum filium suum majorem inter legatos habuit; nam multas et ualidas legiones secum in Syriam trajecit. Itaque cum Judeos, multis eorum oppidis captis, in

---

1. Periacum *A*, Beriacum *C; accetto la lezione di B, benchè Orosio abbia* Bedriacum. *Qui s'accenna al castello del Mantovano, presso il fiume Olio* — 3. xxxviiii *C* - tercio *B C* — 5. consolatus *C* — 6. sevicia *B C* — 7. voratitatis *C* - fertur *C* — 8. notissima certe coena memorie etc. *C* — 12. interitu ac tumula *A C, seguo la lezione di B, conforme ad Orosio* — 14. quadam *C* - contulisset *A B, la lezione di C è quasi conforme al* contrusisset *di Orosio* — 15. *in C di prima mano:* hos, *l'* h *fu espunta* — 16. eductus *B* - Germonias *A;* scolas *C* — 18. eciam *B C* — 22-23. edificationis *B C* — 23. iii *A* — 24. set *C* — 25. Brittaniam *B C* — 26. conflexit *A* — 27. Brittanie *B C* — 30. circumueniretur *A* — 31. rebelliorem *C* — 32. suppecias *B C* - rupta *A B C; cf. nota 12*

[1] Orosius, VII, 8, 6 (p. 248).

[2] Eutropius, VII, 18 (p. 128).

[3] In questo brano R accomoda alcune parole di Orosius, VII, 8, 7 e di Eutropius, loc. cit. Dal primo trae fino ad " ac nequiter ageret "; dal secondo da " gravi " sevitia " fino ad " epulatus ".

[4] Eutropius, loc. cit.

[5] Orosius, VII, 8, 7 dice: *tum.*

[6] Idem: *quam.*

[7] Idem: *inde.*

[8] Copiato alla lettera da Orosius, VII, 8, § 7, 8 e 9 (p. 248).

[9] Eutropius, VII, 19.

[10] Beda aggiunge: " Colossus habens altitudinis pe- " des cvii ".

[11] Orosius, VII, 9, 2; R omette: " praedictumque " ad se trahentes ".

[12] Idem, *rapta.*

urbe Hierosolymorum precipue ob diem festum congregatos, obsidione clausisset, cognita Neronis morte, portatu plurimorum regum et ducum maxime Josephi Judeorum ducis sententia, qui captus, cum in uincula coniiceretur constantissime dixerat[1]: continuo se ab eodem imperatore' soluendum, imperium adeptus, relicto in castris ad procurationem obsidionis filio *c. 70 a* Tito, per Alexandriam profectus est Romam; sed cognita interfectione Vitellii, paulisper Alexandrie substitit. Titus uero magna ac diuturna obsidione Judeos premens, machinis cunctisque bellicis molibus, non sine multorum[2] sanguine, tandem muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnandam interioris templi munitionem quam reclusa multitudo magnorum ac locupletum[3] tuebatur, majore ui et mora opus fuit. Quod tamen postquam in potestatem redactum opere atque antiquitate suspexit, diu deliberauit utrum tanquam incitamentum hostium incenderet, an in testimonium[4] reseruaret. Sed ecclesia Dei jam per totum orbem uberrime germinante, hoc tanquam effectum et uacuum nullique usui bono commodum arbitrio Dei auferendum fuit. Itaque Titus imperator ab exercitu pronunciatur[5], templum in Hierusolymis incendit: accidit quod a die conditionis primo usque ad diem euersionis annis MCII[6]. Muros urbis uniuersos solo adequauit. DC milia Judeorum eo bello interfecta, Cornelius et Suetonius referunt; Josephus uero Judeus, qui ei tunc bello prefuit et apud Vespasianum propter predictum imperium, ueniam gratiamque meruerat,' scribit: undecies centena milia gladio et *c. 70 b* fame perisse, reliquias uero Judeorum diuersis actas conditionibus, toto orbe *uenditas*[7] *atque* dispersas: quorum numerus ad nonaginta milia hominum fuisse narratur. Vespasianus, et Titus imperatores magnificum agentes de Judeis triumphum, urbem ingressi sunt, *anno ab urbe condita DCCCXXV*[8]. Pulchrum et ignotum antea cunctis mortalibus inter CCCXX *a. c. 825* triumphos, qui a conditione urbis usque in id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit[9]. Qui continuo omnibus bellis, ac tumultibus domi forisque compressis, pacem totius orbis censuerunt[10]. Jure enim idem honos ultioni passionis Domini impensus est, qui etiam natiuitati fuerat attributus[11]. Vespasianus itaque Rome se in imperio moderatissime gessit. Pecunie autem non adeo auidus fuit, ut alicui eam injuste auferret: et quamuis eam cum omni diligentia et prouisione colligeret; studiosissime tamen largiebatur, precipue indigentibus. Nec facile ante eum cujusdam[12] principis major, est libertas[13] comperta, uel justior; qui tam placidissime lenitatis fuit, ut majestatis quoque contra se reos non facile punierit[14]; offensarum, et inimicitiarum causidicis, et philosophis in se dicta leuiter tulit, diligens coercitor fuit discipline militaris[15]. Non solum autem' Judeam, uerum etiam Palestinam, Achajam, Liciam, Rhodum, *c. 77 a* Bizantum, Samum, Thraciam quoque, Ciliciam, Commagene romano subegit imperio[16]; filios autem suos ita cognitos habuit, ut, cum multe contra eum conjurationes fierent, quas patefactas ingenti dissimulatione contempsit, in senatu dixerit, aut filios suos successores, aut ne-

---

1. Ierosolimorum *B C* — 5. set *C* — 8. Set *C* - municionem *B C* — 10. tamquam *C* — 11. Set *C* — 12. tamquam *C* - conmodum *B C* — 13. Ierusolimis *B C* — 17. gratiam *C* — 18. condicionibus *B C* — 19. naratur *C* — 22. condicione *B C* — 23-24. consuerunt *A* — 24. ulcioni *C* - eciam *B C* — 26. aludens *invece di* avidus *A* - diligencia *B C* — 29-30. inimiciciarum *C* — 31. Syriam *B* - Rodum *B C* — 32. Traciam *C* — 34. senatum dixit *C*

[1] *R* omette: "sunt, Svetonius refert".

[2] Orosius, loc. cit.: "non sine multo suorum sanguine".

[3] Idem, § 4: "multitudo sacerdotum ac principum".

[4] Idem, § 5: "....testimonium victoriae reseruaret".

[5] Idem, § 6: "pronunciatus".

[6] Idem: "....incendit ac diruit, quod a die conditionis primae usque ad diem eversionis ultimae manserat annis mille centum et duobus".

[7] Idem, § 7.

[8] Idem, § 8.

[9] In seguito R omette: "patrem et filium uno triumphali curru vectos gloriosissimam ab his, qui Patrem et Filium offenderant, victoriam reportasse".

[10] Anche qui R salta due righi: "....totius orbis *pronuntiaverunt* et Ianum geminum obseratis cohiberi claustris sexto demum ipsi post urbem conditam *censuerunt*".

[11] Fin qui copiato da Orosius, VII, 9, 2-9 (pp. 249 e 250).

[12] Eutropius, VII, 19 (p. 130) dice: *cuiusquam.*

[13] Idem, *liberalitas.*

[14] Fin qui Eutropius, loc. cit.; R però ha mutato qualche parola, seguendo molto da vicino la *Hist. Misc.*, IX, 5 (196).

[15] Idem, VII, 20 (p. 130).

[16] Idem, VII, 19 (p. 130); R parte copia, parte compendia.

minem. Post hec cum senatui populo, postremo cunctis amabilis ac jocundus esset, profluuio uentris extinctus est in uilla propria, circa Sabinos, annos agens etatis LXIX principatus sui anno nono die octauo[1]. Beda scribit illum regnasse annis XI, mensis XI, dies XXII[2].

a. C. 81 u. c. 828 Anno dominice incarnationis LXXXI et anno ab urbe condita DCCCXXVIII. Titus Vespasiani filius, segregatis a numero principum Othone et Vitellio, ab Augusto octauus, biennio et duobus mensibus post patrem regnauit[3], qui et Vespasianus est dictus, "uir omnium uirtutum genere mirabilis, adeo ut amor et delicie humani generis diceretur"[4]. Fuit quippe eloquentissimus[5] bellicosissimus, moderatissimus. In oppugnatione Hierusolymorum sub patre militans, duodecim propugnatores, duodecim sagittariorum ictibus occidit[6]; suos c. 77b omnes in tantum dilexit, ut nullum omnino interficeret[7]. Conuictos' aduersus se conjurationis dimisit, et in eodem familiaritate illos habuit, qua prius habuerat[8]. Tante fuit largitatis, ut cum nulli quicquam negaret, et ab amicis propter hoc reprehenderetur, respondisse fertur: nullum debere ab Imperatore tristem discedere. Hic cum quadam die recordatus in cena fuisset, nulli se illo die quicquam prestitisse, dixit: Amici, hodie diem perdidi. Iste Rome amphiteatrum edificauit, et quinque milia ferarum in ejus dedicatione occidit[9]. Post hec in eadem uilla, qua et pater ejus, morbo mortuus est; tantus autem, eo mortuo, luctus publicus Linus papa fuit, ut omnes doluerint tamquam in propria orbitate[10]. Hujus autem imperii anno secundo, Cletus papa decedente Lino papa, Cletus natione romanus, ex patre Emiliano pontificalem cathedram gubernandam suscepit, seditque annos IX mensem unum. Hic ordinauit XXV Titulos in urbe Roma, et hic martirio coronatus est et sepultus juxta corpus beati Petri in Vaticano, ubi et Linus[11].

a. C. 83 u. c. 830 Anni Domini LXXXIII. Anno ab urbe condita DCCCXXX. Domitianus frater Titi junior, ab Augusto nonus[12], Neroni, aut Callicule similior quam patri, aut fratri, toto successit in regnum[13]. Hic paulatim per XV annos, quibus regnauit, per omnes scelerum gradus excreuit. c. 78a Primis namque annis moderatus imperio fuit, mox ad ingentia uitia prorupit, libidinis, iracundie, crudelitatis, auaritie. Tantum in se odia concitauit, ut merito patris nomen, et fratris aboleret[14]. Superbia quoque effera in eo execrabilis fuit. Consobrinos suos interfecit[15], nobilissimos ex senatu inuidie simul ac prede causa alios palam interfecit, alios in exilium transmisit, ibique trucidari imperauit. Libidinis intemperantia quicquid cogitari potest fecit. Plurimas urbis edes, destructis populi Romani rebus, extruxit. Bellum aduersus Germanos et Dacos gessit, pari reipublice pernicie, cum in urbe ipse senatum populumque laniaret et foris male circumactum exercitum assidua hostes cede conficerent[16]. Domitianus tamen prauissima elatus jactantia, sub nomine superatorum hostium, de extinctis in preliis Romanorum legionibus triumphauit. His in tantam suberbiam prolapsus fuit, ut Dominum sese ac Deum uocari, scribi, colique jusserit[17].

---

3. octaua *C* — 4. Anno Domini *C* — 5. Ottone *C* - Bitellio *C* — 6-7. omni *C* — 11. *C dopo* qua *aggiunge:* et — 12. feratur *B* — 15. anphiteatrum *C* - 17. tanquam *C* — 18. Emelliano *C* — 19. mense I *C* — 22. anno ab incarnatione Domini *C* - Domicianus *B C* — 24. regno *B* — 25. inperio *C* - ingencia uicia *B C* — 26. hodio *C* — 29. intemperancia *B C* — 30. adversus romanos *B* — 31. plurimumque *C per* populumque — 32. Domicianus autem *C* — 34. Is *B C*

[1] Eutropius, VII, 20. R però non segue Eutropio ordinatamente nell'esposizione, sebbene lo copii.

[2] Beda, *op. cit.*, p. 110.

[3] Orosius, VII, 9, 13 (p. 251).

[4] Beda, *op. cit.*, p. 111; ma Beda copia Eutropius, VII, 21 (p. 132).

[5] Eutropius: "facundissimus".

[6] Idem, loc. cit.: "....sagittarum ictibus confixit",

[7] *R* parafrasa, Orosio e Eutropio.

[8] Idem: "....ut in eadem familiaritate, qua antea, habuerit".

[9] Idem, VII, 21.

[10] Idem, VII, 22 (p. 134), qui R muta qualche parola.

[11] *Lib. Pont.*, ediz. Duchesne, I, 122: "....Cletus natione Romanus.... ex patre Emiliano.... seditque annos XII, m. I, d. XI.... Martyrio coronatur. Hic XXV presbiteros ordinatos in urbe Roma.... sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticanum....".

[12] Orosius, VII, 10, 1 (p. 251).

[13] Idem, loc. cit.; Eutropius, VII, 23 (p. 134).

[14] Eutropius, loc. cit. R omette in séguito alcuni periodi.

[15] Idem, loc. cit.

[16] Orosius, VII, 10, 2 e 3, quasi alla lettera.

[17] Fino a "triumphavit" R ha copiato alla lettera, nel resto ha parafrasato i §§ 4 e 5 di Orosio.

Secunda persecutio in Ecclesia.

“ Hic secundus post Neronem Christianos persequitur, sub quo Johannes apostolus in “ Pathmos insulam exilio relegatus est [1], et Flauia Domitilla in insulam Pontianam ob fidei “ testimonium exiliatur „. Qui et ipsum Johannem apostolum in feruentis olei dolium jussit mergi,' a quo omnino illesus exiuit. Domitianus quoque acerbitate tormentorum, et cruentis- *c. 78 b* sime questionis, exquiri genus Dauid inter Judeos, atque interfici precepit. Cumque Domitianus exitiabilis ob scelera uniuersis exosus esset, suorum conjuratione in palatio interfectus est, anno etatis sue xxx imperii uero xv mense v cujus cadauer populari sandapila per uispelliones exportatum, atque ignominiosissime sepultum est [2]. Cujus imperii anno octauo post Cletum Clemens natione romanus, ex patre Faustino pontificalem cathedram gubernauit, se- *Clemens papa* ditque annos ix menses duos. Hic constituit canonem super eucharistia decantari, et ut Episcopus electione cleri, et laude plebis constitueretur. Hic sub Trajano deportatus exilio trans Ellespontum, marinis fluctibus pro Christi nomine immersus est [3].

Anni Domini LXXXVIII et anno ab urbe condita DCCCXLVI quamuis Euthropius (a. C. 88 u. c. 846) quingentesimum hunc annum esse scripserit [4]: Nerua in priuata uita moderatus et strenuus, nobilitatis medie, senex admodum, imperator decimus ab Augusto creatus est. Equissimum se et utillimum reipublice prebuit: qui diuina prouisione consulens Trajanum sibi adoptauit in regnum. Nerua siquidem primo edicto 'suo cunctos exules reuocauit [5]. “ Unde et Joannes *c. 79 a* “ apostolus hac indulgentia liberatus ad Ephesum rediit [6]. Et quia concussam se absente per “ hereticos uidit ecclesie fidem, confestim hanc descriptam in Euangelio suo uerbi Dei eterni- “ tatem stabiliuit „. Nerua confectus morbo diem obiit, post annum et iiii menses imperii sui: etatis uero sue anno lxxxi [7].

Anni Domini LXXXXVIIII et anno ab urbe condita DCCCLI. Trajanus genere hispa- (a. C. 98 u. c. 851) nus, cognomento Ulpius Crinitus [8], cujusdem Consulis filius, undecimus ab Augusto apud Agrippinam Gallie urbem, insignia sumpsit imperii [9]. Qui rem publicam ita administrauit, ut omnibus principibus merito preferatur, inusitate ciuilitatis et fortitudinis Romani enim imperii, quod ab Augusto defensum magis fuerat, quam nobiliter ampliatum; fines longe lateque diffudit [10]. Germaniam trans Renum in pristinum statum reduxit [11]. Daciam, et multas trans Danubium gentes subegit. Parthos recepit. Albanis regem dedit. Carduenos, et Marcomannos occupauit. Regiones trans Euphratem, et Tigrin sitas, prouincias fecit. Armeniam, Assiriam, Mesopotamiam, Seleuciam et Ethesifontem et Babyloniam uicit ac tenuit. Persidis regem statuit. Et usque ad Indie fines, 'et mare rubrum accessit. Arabiam postea in pro- *c. 79 b* uincie formam redegit. In mari rubro classem constituit, ut Indie fines deuastaret. Gloria militari, ciuilitate et moderatione ceteros superauit [12].

---

1. Persecucio *C* — 3. religatus *B C* - Poncianam *C* — 5. Domicianus *C* — 6-7. Domicianus *C* — 9. exorsus *C* — 11. eucharistiam *A* — 13. Helespontum *B* — 14. LXXXXVIII (*sic*) *C* — 18. Iohannes *B C* — 19. indulgencia *C* — 22. LXXI *C* — 23. anno ab incarnatione Domini *C* — 25. amministravit *A* — 27. post Augustum *C* — 29. Corduedos *A B C;* Marcomedos Eutropius, *VIII, 3* — 30. Eufraten *B C* — 31. Eleuciam *A* - Thesiphontem *B*, Eutropius, *VIII, 3, dice* Ctesiphontem, *e così ripete* Orosius, *VII, 12, 2*

[1] Beda attinge ad Orosius, VII, 10, 5 (p. 252).

[2] Orosius, VII, 10, 6 (p. 252). Eutropius, VII, 23 (p. cit.) fine.

[3] *Lib. Pont.*, ediz. cit., I, 123. Il martirio di Clemente papa sarebbe avvenuto sotto Traiano III. Questa notizia è tratta qui dal *De viris inlustribus, xv* di Hieronymus (ediz. cit., p. 19). Sulla tradizione del martirio di Clemente, cf. Duchesne, *op. cit.*, loc. cit., nota 9.

[4] Orosius, VII, 11, 1 (p. 253).

[5] R al solito, narra copiando Beda, Orosio nel loc. cit. e Eutropio VIII, 1 (p. 136).

[6] Orosius, VII, 11, 2.

[7] R copia direttamente da Orosio alcune parole, mentre per la data della morte e per gli anni attinge ad Eutropio.

[8] Il “ cognomento Ulpius Crinitus „ è di Eutropius, VIII, 2 (p. 136).

[9] Orosius, VII, 12, 12 (p. 252). È da avvertire però che Orosio dà l'anno 847.

[10] Eutropius, VIII, 2 cit.

[11] Orosius, VII, 12, 2.

[12] Fonte principale di tutta questa narrazione è Eutropius, VIII, 2-4.

" Tertia persecutio in Ecclesia ".

In persequendis sane Christianis errore deceptus, tertius a Nerone Trajanus, cum passim repertos cogi ad sacrificandum ydolis, ac [1] interfici precepisset, Plinii secundi, qui inter judices persecutor datus erat [2], relatu admonitus, eos homines [3] nichil contrarium romanis legibus facere, rescriptis illico temperauit edictis [4]. Hic ipse " Plinius tunc orator et hystoricus in- " signis habebatur, cujus plurima ingenii opera extant. Pantheum Rome, quod Domitianus " fecerat, fulmine crematur, cui nomen ob id indictum est, quod omnium deorum sit ipsa domus. " Judei *per uniuersas partes* seditionem mouentes, digna cede prosternuntur ". Quo tempore " Johannes apostolus anno LXIX [5] post passionem Domini, etatis autem sue xcviii, Ephesi " placida morte quieuit. Trajano aduersus Christianos persecutionem mouente, Simeon, qui " et Simeon filius Cleophe, Hierusolymorum episcopus crucifigitur: et Ignatius Antiochie epi- " scopus Romam perductus bestiis traditur " [6]. (Anacletus a. C. 84-95) Anacletus [7] natione grecus ex patre Antiocho, (c. 80 a) qui Clementi successerat, marytirio coronatus [8], et in Vaticano sepul'tus est. Hic constituit, ut non minus quam a tribus episcopis ordinaretur episcopus. Et ut ordinationes clericorum cunctis ordinibus palam fierent, presente plebe. Et ut inimici, uel suspecti non possint ac- (Evaristus a. C. 96-108) cusare presbyterum. Post hunc Euaristus natione judeus [9] ex oppido Bethleem Romanum episcopatum rexit annis vii et mensibus x [10]. Hic constituit ut vii diaconi essent in urbe Roma, qui custodirent papam propter stilum ueritatis, ne infestaretur a maleuolis, et semper parati essent ad obsequium prebendum, et in missarum solemniis, et in predicatione [11]. Et hic martyrio coronatus, et in Vaticano sepultus est. Alexander natione romanus ex patre (Alexander a. C. 109-116) Alexandro post hunc suscepit Ecclesiam, juuenis quidem etate, sed senior moribus, seditque annos x mensibus vii. Hic in canone memoriam passionis Christi addidit, ubi dicit: qui pridie quam pateretur, usque mei memoriam facistis. Hic precepit, ut aqua uino misceretur in sacrificio, propter Christi unitatem et ecclesie, et oblatio ex azymo fieret, non ex fermento, propter Christi corporis ueritatem, et ut modica esset, dicens: Hec oblatio quanto potior, tanto pautior. Precepit etiam omnibus Dominicis diebus aquam cum sale exorcizari, et mixtam (c. 80 b) benedici, et ex ea populum aspergi, ad effugandas diabolicas insidias, et con'trarias ualetudines. Et hic martyrio coronatus, et septimo ab urbe miliario uia Numentana sepelitur [12],

---

2. tercius *B C* - Trajanus *manca in B* — 3. hydolis *C* — 6. Domicianus *BC* — 7. flumine (*sic*) *C* — 8. sedicionem *B C* — 10. adeuesus *C* - persecucionem *B C* - Symon *C* — 11. Symon *C* - Cleope *C, accetto la lezione di B conforme a Beda* - Ierusolimorum *B C* - Ignacius *B C;* Anthiocene *C* — 12. Antichio *C* — 15-16. acusare *C* — 16. presbiterum *B C* — 18. malivolis *C* — 19. solempnis *B C* — 24. et ut oblatio *C* — 25. pocior *C* — 26. eciam *B C* - exorcizare *C* — 27. aspargi *C* — 27-28. valitudinis *C*

[1] R, copiando da Orosio, omette: " detrectantes ".

[2] Orosius, VII, 12, 3: "....qui inter *ceteros* iudices " persecutor datus *fuerat* ". Cf. Eusebius, *op.* e ediz. cit., p. 380 *b*.

[3] R salta una proposizione.

[4] Anche qui R omette un'altra proposizione di Orosius, VII, 12, 3 (pp. 252, 253).

[5] Beda, loc. cit. (p. 111): lxviii.

[6] Beda, dopo Ignazio, parla del martirio di Alessandro, R corregge, giustamente, l'errore bediano. Cf. Eusebius, *op. cit.*, ediz. cit., p. 380 lettera *h*, e Hieronymus, *De viris inlustribus*, XVI (ediz. cit., p. 20): " Ignatius, Antiochenae ecclesiae tertius post Petrum " apostolum episcopus, persecutionem commovente Traia- " no damnatus ad bestias Romam vinctus mittitur ".

[7] Il Duchesne, *Lib. Pont.*, I, 125 accetta giustamente la lezione " Anecletus ", la più rispondente dal punto di vista paleografico all'originario 'Ανέγκλητος.

[8] Il *Lib. Pont.* non accenna al martirio, però il nome di *Anincletus* si legge nel martirologio Geronimiano. Cf. De Rossi, *Roma sotterranea*, I, 114.

[9] Il *Lib. Pont.*, I, 126, lo dice: " natione Grecus.... " de civitate Bethleem ".

[10] Secondo il *Lib. Pont.* sedette 9 anni, 10 mesi e 2 giorni.

[11] Il Duchesne, loc. cit., nota 4, chiama " fort ob- " scure " l'espressione " custodirent episcopum predi- " cantem propter stilum veritatis " del *Lib. Pont.*: a mio avviso R ne ha dato un'autorevole interpretazione, nelle parole " ne infestaretur etc. ".

[12] Anche qui R segue il *Lib. Pont.*, I, 127, che dice Alessandro papa sepolto " in via Numentana, ubi de- " collatus est, ab urbe Roma non longe, miliario vii. È tuttavia dubbia però l'identità di papa Alessandro e del martire suo omonimo. Cf. *Acta sanctorum maii*, vol. I, 371 sg.; Tillemont, *Hist. eccles.*, vol. II, p. 590; De

Trajanus autem Rome, et per prouincias equalem se omnibus exhibens, egrotantes libenter uisitans, amicos salutari causa frequentans, uel cum dies festos habuisset [1], conuiuia cum eisdem indiscreta uicissim habens, sepe in uehiculis eorum sedens, nullum ledens senatorum, nihil injustum ad augendum fiscum agens; libertatis publice ac priuate, ditans omnes [2], et honoribus augens, quos sibi uel mediocri familiaritate cognouisset [3]; in exequendo jure et exhibenda justitia sepe uacans, operam cum omni diligentia dabat: leges discretus ordinans et ad hec peragenda uiros idoneos eligens, atque illustres instituebat: orbem terrarum hedificans immunitates ciuitatibus tribuens: fluminum transitus, ac itinera periculosa tuto, et salubri opere componens: nichil non tranquillum, nichil non placidum agens. Hoc ipsius fertur egregium. Amicis eum culpantibus, quod priuatum nimis, ac benignum se cunctis exhibebat, respondit: talem priuatis imperatorem esse oportet, quales sibi priuatos imperator optat habere [4]. Post ingenti igitur gloria belli domique e Perside rediens apud Seleuciam Isaurie urbem profluuio uentris extinctus' est. Obiit autem XVIII mensibus sex, dies XV [5] solus omnium intra urbem c. 81 a
sepultus est. Cujus ossa collata in urnam auream in foro, quod ipse edificauit, posita sunt sub columna, hujus altitudo CXL [6] pedes habet. Hujus autem tantum memorie delatum est, ut usque ad Justiniani [7] tempora, et multo post, non aliter in senatu principibus acclamatum sit, nisi: Felicior eris Augusto Octaviano: melior eris imperatore Trajano [8].

Anno ab incarnatione Domini CXVIII. a. C. 118

Et anno ab urbe condita DCCCLXVII. Elius Adrianus consobrine Trajani filius, duo- u. c. 867
decimus ab Augusto principatum adeptus uno et XX annis imperauit [9]. Hic quamuis prius errore deceptus, et inter quamplurimorum martyria Christianorum, quos ad sacrificandum ydolis compellebat, Eleutherium Ecane ciuitatis Apulie episcopum [10], Rome sibi presentari, uariisque tormentis interfici precepisset, postea per " Quadratum discipulum apostolorum, et " Aristiden Atheniensem uirum fide sapientiaque plenum, et per Serenum Granium legatum,

---

4. liberalitati *A B* — 6. indulgencia *B C* — 7. edificans *B* — 9. eggregium *C* — 10. exibeat *C* — 12. Sceleuciam *C* - urbem *B C, che manca in Eutropio* — 13. XVIIII *C* — 14. et *A* — 15. columpna *C* - Iniemore (*sic*) *A* — 18. anni Domini *C* — 19. Helius *C* — 20. adeptus *manca in B* — 24. sapienciaque *B C* - Grauium *B C*

Rossi, *Inscr. christ.*, vol. I, p. VII e Duchesne, *op. cit.*, *Introduzione*, p. XCI sg. Beda, come avvertii nella nota 6, p. 56, dopo Ignazio parla di questo Alessandro.

[1] Eutropius, VIII, 4 (p. 138): "... amicos salutandi "causa frequentans vel aegrotantes vel cum festos dies "habuissent.... „. Il " salutari „ di R per " salutandi „ indica che è stato rimaneggiato un testo precedente. Mi cade qui acconcio di avvertire che la prima edizione Teubneriana, per la divisione in capitoli coincide con quella del Droysen.

[2] Idem, loc. cit.: ".... liberalis in cunctos, publice "privatimque ditans omnes.... „. R pare non abbia inteso bene un testo precedente.

[3] Fin qui Eutropio (VIII, 4, p. 138). Tutto il periodo che segue fino ad " instituebat „ manca nelle due edizioni che ho per le mani, mentre vi si ritrova il resto, a cominciare da " orbem terrarum „ che dovrebbe seguire " cognouisset „ fino a " melior eris im"peratore Traiano „ che appartiene al c. 5 dello stesso lib. VIII. Neppure la *Hist. Misc.*, lib. X, 4, p. 207 riporta questo brano. Il prof. Giri, a cui richiesi l'autorevole ed acuto giudizio sul brano di R in confronto coll'altro di Eutropio per stabilire se il nostro Cronista si sia servito d'un testo rimaneggiato, così mi scrisse nel settembre del 1906: " Il tratto " in exequendo iure in"stituebat „ ha tutto l'aspetto di un'immissione e così il tratto " fluminum etc. „. Il tratto " adeo ut etc. „, che serve a provare, e la prova bene, la sentenza precedente, è chiaro che fu tolta da persona che rifaceva. Ma quello che mostra il rifacitore, e per giunta poco atto, è che in Eutropio tutto il tratto che procede per participii sta bene, essendo essi participii legati a un verbo principale cioè *superavit:* invece il lungo séguito di participii (Traianus autem agens) di R rimane in sospeso, non dipendendo da alcun verbo finito! In R manca la conclusione " Ob haec-mortuus „ adattatissima al contesto; pure evidente di riduzione.

[4] Eutropius, VIII, 5 (p. 138): ".... respondit: *ta"men se imperatorem esse priuatis, quales esse sibi impe"ratores priuatus optasset* „. Le due sentenze di Traiano differiscono molto, quale è la vera?

[5] Idem: ".... aetatis anno LXIII, mense nono et "die quarto, imperii XIX, mense VI, die XV „.

[6] Eutropius, loc. cit.: ".... altitudo CXLIV pedes „. La *Hist. Misc.*, lib. X, 6, ha: CXL pedes. Secondo il cod. Ambrosiano della *Miscella* (ediz. cit., p. 208, l. 29; p. 209, l. 10) il testo nella seconda parte sarebbe perfettamente conforme a quello Eutropiano, mentre nella prima ne differisce.

[7] Idem: "....ad nostram aetatem.... „.

[8] Ibidem: ".... Felicior Augusto, melior Traiano „.

[9] R attinge ad Eutropius, VIII, 6 il nome di *Elius;* il resto lo copia da Orosius, VII, 13, I (p. 253).

[10] È una falsa notizia che R non ha attinto certamente nè da Beda, nè da Eusebio; entrambi pongono la data del pontificato di Eleuterio sotto Antonino. Cf.

" libris de christiana religione compositis instructus, atque eruditus, precepit per epistolam, " ut nemini liceret Christianos sine objectu criminis aut probatione dampnare „ [1]. Idemque' c. 81 b continuo, pater patrie ultra morem appellatur, et uxor ejus Augusta. Adrianus rempublicam justissimis legibus ordinauit [2]. Orbem romanum circumiit, multa hedificauit, facundissimus latino sermone, grecoque eruditissimus fuit [3]. Idem in utraque lingua eruditissimus bibliothecam Athenis miri operis extruxit. Judeos sane perturbatione scelerum suorum exagitatos, et Palestinam prouinciam depopulantes, ultima cede perdomuit, precepitque ne cui Judeo introeundi Hierusolymam esset licentia, Christianis tantum ciuitate permissa, quam ipse in optimum statum, murorum extructione reparauit, et Eliam uocari de nomine suo precepit [4]. Adrianus autem obiit in Campania major sexagenario [5]. Hierosolyme uero ex Gentibus primus constituitur episcopus Marcus, cessantibus his, qui fuerant ex Judeis, qui sunt numero XV et fuerunt a passione Domini per annos ferme CVII. Per idem tempus rethores insignes erant, Faborinus, et Palemon [6], necnon et Herodes Atheniensis, et Marcus Bizantius. Tertio quoque Sixtus a. C. 117-126 anno imperii Adriani, decedente Alexandro urbis Rome episcopo, Xistus natione romanus ex patre pastore sedit annos IX menses III [7]. Hic constituit, ut ministeria sacrata non tan- c. 82 a gerentur, nisi ab altaris' ministris [8], et ut corporale non fieret ex serico, nec tincto panno, sed de purissimo lino contexto: et ut nulla mulier uasa sancta et sacrata, uel pallam altaris auderet contingere. Constituit etiam, ut quicumque episcoporum uocatus fuisset ad sedem apostolicam, rediens ad parochiam suam, non susciperetur nisi cum literis pape ad salutationem plebis [9]. Et hic martyrio coronatur et jacet in sepulchro, in quo requiescit Linus, et Cletus, Anacletus, et Euaristus: et tantorum martyrum altare solum sibi nomen uendicat Telesphorus a. C. 127-137 Xisti [10]. Thelesphorus natione grecus, et anachorita post hunc suscepit Ecclesiam, seditque annis XI mensibus II. Hic in missarum solemniis ympnum addidit angelicum [11]. Et ante pascha Domini VII ebdomadibus omnem clerum ab esu carnium precepit abstinere. Et in natale Domini tres missas instituit celebrandas [12]: primam in pullorum cantu, jam proximante media nocte, quando Christus in Bethleem nasci dignatus est. Secundam illuciscente aurora, quando Christus in cunabulis a pastoribus est adoratus. Tertiam ipsa hora diei tertia, quando illuxit nobis dies redemptionis nostre. Nam omni tempore ante hore tertium cursum nullus

---

4. multo *C* — 5. eruditissime *B* - Iam *C* — 5-6. Blibiothecam *C* — 8. Ierusolimam *B C* — 9. Heliam *A* — 10. Ierusolime *B C* — 11. Marchus *C* — 12. rhetores *C* — 13. Marchus *C* - Bisancius *B C* — 14. *in A di prima mano:* 795 (*sic*) romanis — 16. altaribus *C* — 17. palliam *C* — 18. eciam *B C* - quicunque *A* — 19. susciperentur *C* - litteris *B C* — 20. sepulcro *B C* — 21. uindicat *B C* — 22. Thellesphorus nacione *C* - et anachoreta *A B; et* anachorita *C, fisso la lezione* " ex anachorita „ *perchè qui il brano è copiato dal Lib. Pont., I, IX* — 23. menses *B C* - solempnis *C* — 24. ebdomatibus *C* — 27. terciam, tercia, tercium, tercius *B C* - terciam, tercia, tercium, tercius *B C* - terciam, tercia *C* — 28. diem redempcionis *C* - tercium *B C*

BEDA, *Historia Ecclesiastica gentis Anglorum*, ediz. di Alfred Holder, Freiburg F. i. B. und Tübingen, 1882, p. 10 sg.; ed EUSEBIUS, *op.* ed ediz. cit., p. 386).

[1] Il brano, come ho segnato, si trova pure in BEDA, *De sex aet.* etc.; ma R prese direttamente da Orosio, come si desume dal tratto susseguente. Dopo " epistulam „, manca: " ad Minucium Frendanum proconsule " Asiae datam „.

[2] OROSIUS, VII, 13, 3 e 4. Del § 3 R ha omesso alcune parole.

[3] EUTROPIUS, VIII, 7 (p. 140), a cominciare da " Orbem „. In *Miscella*, si trova solo: " Orbem Romanum circumivit. multa aedificavit „.

[4] OROSIUS, VII, 13, 4 e 5.

[5] EUTROPIUS, loc. cit.

[6] EUSEBIUS, *op.* ed ediz. cit., p. 383. *Polemon.* Cf. *Hist. Misc.*, lib. X, 9 (ediz. cit., p. 211): " Per idem tempus Rome Phavorinus et Palemon rethores insignes nec " non et Herodes Atheniensis et Marcus habebantur „ donde evidentemente attinse R in questo punto.

[7] Il *Lib. Pont.*, I, 128, afferma che fu papa per 10 anni e 2 mesi.

[8] Questo brano è tal quale ripetuto dal *Lib. Pont.*, con la variante " nisi a ministris „.

[9] *Lib. Pont.* cit.: " Hic constituit ut quicumque " episcoporum evocatus fuisset ad sedem apostolicam " rediens ad parrociam suam non susciperetur, nisi cum " litteras sedis apostolicae, salutationis plebi, quod est " formulam † „.

[10] Il *Lib. Pont.* non parla di martirio, Beda però pone Sisto fra i martiri.

[11] Cf. *Lib. Pont.*, I, 120.

[12] Cf. il seguente brano del *Lib. Pont.*: " Hic constituit ut septem ebdomadas ante Pascha ieiunium celebraretur, et natalem Domini noctu missas celebraretur „ etc. EUSEBIUS, *op.* ediz. cit., p. 382. Cf. pure le note del Duchesne.

presumeret missas celebrare, qua hora Dominus noster Jesus Christus secundum euangelium Marci 'ascendit in crucem. Et hic martyrio coronatus, et sepultus cum fratribus suis in Vaticano. Quo tempore Aquila interpres habetur.

Anno incarnationis Domini CXL. a. C. 140

Et anno ab urbe condita DCCCLXXXVIII. u. c. 888 Antoninus cognomento Pius, genere clarus, tertius decimus ab Augusto imperator creatus, cum filiis suis, Aurelio et Lucio xx plenis tribus regnauit annis, adeo tranquille et pie, ut merito Pius, et pater patrie nominatus sit [1]. Vixitque ingenti honestate priuatus omnibus; et quamuis major imperio [2], nulli tamen aceruus cunctis uero benignus, in re militari moderata gloria, defendere magis prouincias, quam ampliare studens: uiros equissimos ad ministrandam rempublicam querens: bonos honorabiliter habens: improbos sine aliqua acerbitate detestans, regibus amicis amabilis non minus, quam terribilis adeo ut barbarorum plurime nationes depositis armis ad eum controuersias suas, litesque deferrent, sententieque parerent. Hic ante imperium ditissimus, omnes suas opes stipendiis militum et circa amicos minuit, uerum erarium optimum reliquit unde et Pius propter clementiam dictus est. Hic apud Lorium uillam suam ad duodecimum' lapidem, quod est miliario ab urbe duodecimo morbo correptus interiit, uite anno LXXVII. Imperii XIII [3]. Hujus tamen temporibus Valentinus heresiarcha, et Cerdo magister Marcionis Romam uenerunt. Justinus philosophus librum de christiana religione compositum Antonino tradidit, eumque benignum erga Christianos homines fecit [4]. Qui non longe post suscitante persecutione Crescente cinico pro Christo sanguinem fudit [5]. Anno primo Antonini Pii Higinius (Yginus a. C. 138-143) natione grecus ex philosopho de Athenis post Thellesphorum Romanam suscepit ecclesiam, seditque annos IV mensibus II [6]. Hic clerum composuit et distribuit gradus [7], constituitque, ut unus patrinus, uel patrina suscipiat leuatum a fonte: similiter et in confirmationibus fiat, et in cathecumeno faciendo. Et hic martyrio coronatus [8], et sepultus est cum fratribus suis in Vaticano. Huic successit Pius (Pius a. C. 143-161) natione italus ex patre Rufino [9]. Huius temporibus fuere Rome due sacratissime uirgines, Potentiana et Praxedis [10]. Sub hujus episcopatu "Hermes "scripsit librum, qui dicitur Pastoris, in quo preceptum angeli continet", ut Pascha die Dominico celebretur, quod et ipse Pius episcopus constituit [11]. Policarpus episcopus Ephesinus Joannis apostoli disci'pulus Romam ueniens, multos ab heretica labe castigauit, qui Valentini (c. 83 b) et Cerdonis fuerant doctrina corrupti [12]. Sub hoc Arrianus philosophus nicomediensis pretor agnoscitur, nec non et Maximus Tyrius, Appollonius Stoicus Chalcedonius, Basilides Solphopolitanus. Isti etiam Magistri uerissimi Cesaris extiterunt [13]. Criniscus Cinicus philosophus,

2. in cruce *C* — 4. ab incarnatione *C* — 6. terciam, tercia, tercium, tercius *B C* - *C aggiunge:* et — 7. sancte *C* — 8. acerbus *B C* — 12. *nell'ediz. Mur. vi fu trasposizione di righi* — 13. sentencieque *C* - ante *C* — 14. reliquid *B C* — 15. clemenciam *B C* — 17. heresiarchis *A C;* Orosius, heresiarches — 18. conpositum *B C* — 19-20. persecucionem *C* — 20. Iginus *C* — 21. phylosopho *C* — 24. cathecumino *C* — 25. fuerunt *C* — 26. Potenciana *C* — 28. celebraretur *C* — 29. Iohannis *B C* — 31. Calcedonius *B C* — 31-32. Solthopolitanus, Scytopolitanus *dice la Miscella* (*p. 214, vedi nota 13*) — 32. *A di prima mano:* Erinicus

[1] Orosius, VII, 14, 1 (p. 254).

[2] Eutropius, VIII, 8: "....privatus, maiori in im-"perio".

[3] Eutropius, loc. cit. R però ha mutato alcune parole. La *Miscella* (p. 162) non riporta tutto il capitolo Eutropiano come fa *R*.

[4] Orosius, VIII, 14, 2. In *Miscella*, lib. X, 12 (p. 213) non è riportato il periodo da: "*Huius....*" fino a "Romam venerunt", mentre vi si trova il resto. a cominciare da "Iustinus".

[5] "Qui non longe post suscitante persecutione "Crescente" è di peso riportato dalla *Miscella*, il resto *R* lo attinse da Hieronymus, *De viris illustr.* cit., XXIII (p. 25), dal quale riproduce la frase: "pro Christo san-"guinem fudit".

[6] *Lib. Pont.*, I, 131, mens. III, d. IIII.

[7] *Hic constituit* etc. è copiato dal *Lib. Pont.*

[8] Del martiri di Iginio non fa punto menzione il *Lib. Pont.*

[9] Su Rufino cf. Zahn, *Der Kirt des Hermas*, 1868, p. 30 e Duchesne, *Lib. Pont.*, I, 132, nota 1.

[10] Cf. Duchesne, *op. cit.*, I, 133, nota 7.

[11] Hieronymus, *op. cit.*, X (p. 16).

[12] Idem, XVII, (p. 21). Girolamo parla di Marcion e Valentino, ma su questo cf. Orosius, VII, 14, 2 già cit. e Beda, *op. cit.*, p. III: "Polycarpus Romam ve-"niens, multos ab haeretica labe castigavit, qui Valen-"tini et Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti".

[13] *Miscella*, lib. X, 13 (p. 214) che attinge pure ad Eusebius, *op.* e loc. cit., lettera *l*.

et Herodianus grammaticus optimi pollebant. Pius autem Rome episcopus martyrio uitam *Anicetus a. C. 150-153* finiuit et sepultus est cum fratribus suis [1]. Anicetus natione Syrus ex patre Joanne post hunc suscepit Ecclesiam. Hic precepit ut nullus clericus comam nutriret, secundum apostoli preceptum. Et in martirio coronatus est, et positus in Vaticano [2].

a. C. 162 u. c. 910 Anno ab incarnatione Domini CLXII et anno ab urbe condita DCCCCX. Marcus Antonius Verus cum Lucio Aurelio Commodo fratre quartus decimus ab Augusto regnum suscepit, mansitque in eo annis XVIIII [3]. " Hii primum equo jure imperium administrauerunt, cum " usque ad id tempus singuli Augusti fuerint [4]. Bellum contra Parthos, qui rebellauerunt, am- " mirabili uirtute et felicitate gesserunt, *atque de eis triumpharunt.* Persecutione orta in Asia *c. 84 a* " Policarpus, et Pionius fecere martyrium. In Gallia quoque' plurimi gloriose pro Christo " sanguinem fudere. Nec multo post uindex scelerum lues multas late prouincias, Italiam " maxime, Romamque uastauit „ [5]. Aurelius Commodus, dum cum fratre in uehiculo triumphali sederet, subito sanguine ictus, casu morbi, quem apoplexiam Greci uocant, suffocatus interiit [6]. Defuncto Commodo fratre, Antoninus Verus solus reipublice prefuit, quem mirari facilius, quam laudare oportet. Adeo enim tranquillissimus fuit, ut ab infantia quoque uultum nec ex gaudio, nec ex merore mutauerit. Ipse etiam non solum uite moribus, sed etiam eruditione philosophus [7]. Hic cum omnia Rome equo jure egisset, ad nullam insolentiam elatus imperii fastigio, liberalitatis promptissime, prouincias ingenti benignitatis amore tractauit [8]. Contra Germanos et Marcomannos, Quados, Glaucos, et Sarmatas pugnauit: quibus deuictis multique interfectis, ex eis ipse cum Commodo filio suo Antonino, que jam Cesarem fecerat, triumphauit. Ad hujus belli sumptum, cum jam, erario exhausto, largitionis nullas haberet, ut militibus daret; neque indiceret prouincialibus, aut aliqui senatui aliquid uelle, *c. 84 b* instrumenta regii cultus in foro Trajani distrai jussit, uasa ' aurea, pocula christallina, et murenam uxoream, ac suam, aureas, et sericas uestes, et multa ornamenta gemmarum, pretiosorumque lapidum; horum itaque omnium per duos continuos menses uenditio facta est, multumque auri redactum. Post uictoriam tamen emptoribus pretia restituit. Qui autem reddere comparata noluerunt, molestus nulli fuit [9]. In redditione munerum [10] post uictoriam adeo magnificus fuit, ut centum simul leones exibuisse tradatur [11]. Preteriti etiam temporis per omnes prouincias tributa donauit, omniaque fiscalium titulorum monimenta congesta in foro jussit incendi, seuerioresque leges nouis constitutionibus temperauit [12].

Quarta persecutio in Ecclesia.

Cuius autem precepto persecutiones Christianorum, quarta post Neronem uice, graues *Soter a. C. 162-170* extiterunt, multique in eis sanctorum coronati sunt. Cessauere hujus imperii anno VIII. Soter

---

1. Erodianus grammaticus optimus *C* — 2. Agnicius *C per* Anicetus - Iohanne *B C* — 5. Marchus *A C* — 7 hi *B* - amministrauerunt *C* — 9. triumphauerunt *C* - persecucione *B C* — 13. Apoplexian *C* — 14. Antonius *B* — 15. laudari *C* - infancia *B C* — 17. erudicione *C* - phylosophus *B C* — 19. Squados *A* — 20. *B aggiunge:* ex eis - *C toglie* ex eis — 21. exausto *C* - largiciones *C* — 22. uellet *C* — 23. cristallina *B C* — 24-25. preciosorumque *C* — 25. uendicio *C* — 26. precia *B C* - *C di prima mano* aui *espunto* — 27. reddicione *C* — 30. constitucionibus *B C* 31. persecucio *C* — 32. Huius *B C; in C il capolettera è miniato* - persecuciones *B C* — 33. Sother *B*

[1] *R* non menziona gli anni del pontificato di Pio, che secondo il *Lib. Pont.* furono 19, mesi 4 e giorni 3; del martirio non parla il *Lib. Pont.*

[2] Cf. *Lib. Pont.*, I, 134. Sul martirio e la sepoltura cf. ciò che il Duchesne scrive in I, p. LXI.

[3] Orosius, VII, 15, 1. R copia quasi alla lettera.

[4] Beda, loc. cit., da Orosius, VII, 15, 2.

[5] R copia da Beda il brano che questi attinse da Eusebius, *op.* ediz. cit., p. 385.

[6] Orosius, VII, 15, 3 (p. 255), questo brano è pure riportato nella *Miscella,* loc. cit.

[7] Eutropius, VIII, 10 (p. 142).

[8] Idem, VIII, 11 (p. cit.).

[9] Idem, VIII, 12 e 13 (p. 144). Vi sono molte varianti e qualche errore. Eutropio dice: " pocula crystal- " lina et murrhina, uxoriam ac suam sericam et auream " uestem.... „. R aggiunge poi: " pretiosorumque lapidum „, e muta il " comparata uoluerunt „ di Eutropio in " com- " parata noluerunt „.

[10] Idem, VIII, 14 (p. cit.): " In editione mune- " rum „.

[11] Idem, loc. cit.

[12] Orosius, VII, 15, 12 (p. 256).

natione Campanus ex patre Concordio successit Aniceto, seditque annis nouem, mensibus sex. Hic constituit, ut legitima non habeatur uxor, nisi que a Sacerdote fuerit benedicta, et a parentibus tradita, et a paranymphis custodita. Et ut nulla monacha 'pallam sacratam con- *c. 85 a* tingeret, nec in ecclesia incensum poneret. Et hic martyrio uitam finiuit, et jacet in sepulchro cum fratribus suis[1]. Eleutherius natione Grecus ex patre Habundio post hunc cathe- *Heleutherius a. C. 171-185* dram suscepit pontificalem. Hic iterum firmauit, ut nulla esca a Christianis repudiaretur, que rationalis, et humana esset. Et hic martyrio coronatus, et positus est ad fratres suos[2]. " Antonino imperatori Melitus Asianus Sardiensis episcopus apologeticum pro Christianis tra- " didit[3]. Lucius Britannie rex, missa ad Eleutherium Rome episcopum epistola, ut Christianus " efficeretur imperat[4]. Apollinaris Asianus Ieropoli, et Dionysius Corynthi clarissimi habentur " episcopi „. Sub hoc Galienus genere Pergamus optimus medicus pollebat. Julianus Rome leges promebat; Fronto rhetor, Aristides Smyrneus sophista, Oppianus poeta, Atticus Platonicus philosophus erant[5]. Cum igitur Antoninus fortunatam rempublicam virtute, et mansuetudine reddidisset, postremo in Pannonia constitutus, repentino morbo interiit[6]. Tunc Catafricarum hereses exorte fuerunt.

Anno ab incarnatione Domini CLXXXI, et anno ab urbe condita DCCCCXXX Lu'cius *a. C. 181 u. c. 930 c. 85 b* Antonius[7] Commodus ab Augusto quintus decimus patri successit in regnum, mansitque in eo annis XII. Hic nichil paternum habuit, nisi quod contra Germanos feliciter et ipse pugnauit[8]. Ceterum per omnia, luxurie et obscenitatis dedecore deprauatus, nichil paterne uirtutis, et pietatis simile gessit. Gladiatorus quoque armis sepissime in ludo pugnauit, et in amphitheatro feris se se frequenter objecit; interfecit etiam quamplurimos senatores, maxime quos animaduertit, nobilitate, industriaque excellere; flagitia regis, pena urbis insequitur. Nam fulmine Capitolium[9], ex quo facta inflammatio, bibliothecam illam majorum cura studioque compositam, edesque alias juxta sitas, rapaci turbine concremauit. Deinde aliud incendium postea Rome exortum edem Veste, et palatium, plurimamque urbis partem solo coequauit[10]. " Colossi capite sublato, sue imaginis caput ei jussit imponi „[11]. Septembrem mensem ad nomen suum trasferre conatus, ut Commodus diceretur[12], sed ab omnibus id postea execratum fuit. Panthenus philosophus ex stoicis tunc in diuino uerbo fulgebat[13]. Commodus cunctis incommodus in domo Vestaliani subita morte strangulatus interiit[14], cum post patrem 'annis duo- *c. 86 a* decim et mensibus septem imperasset. In tanta quippe omnium execratione fuit, ut hostis humani generis etiam mortuus judicaretur[15]. Huic successit Elius Pertinax grandeuus jam septuagenarius, qui cum prefecturam urbium ageret, ex senatusconsulto, imperare jussus[16],

3. *dopo* tradita *C aggiunge:* et secundum legem dotata - paranimphis *B C* — 5. Eleutherus *C* - Abundio *B* — 7. coronatur *C* — 8. Asiarius *B* — 9. Brittanie *C* — 10. Apollenares *C* - Hieropoli *C* - Dionisius Chorinthi *C* — 12. rethor *C* - Smirneus *C* — 13. phylosophus *C* — 14. im *C* — 15. Catafrigarum *B* — 16. anno domini *C* — 17. Commodus quintus decimus ab Augusto *C* - patris *C* — 18. nihil *B* — 19. nihil *B* — 20-21. amphiteatro *C* — 22. flagicia *B C* — 23. flumine *C* — 24. aliut *C* — 26. capud *C* — 27. ex execratum fuit (*sic*) *A* — 28. ex toicis *C* — 29. Vestalliani *B; Orosio:* Vestiliano — 32. urbicam *B* - senatusconsultu *C*

[1] *L. P.*, I, 135, non accenna però al martirio. La lezione del *L. P.* porta però " nullus monachus „.

[2] *L. P.*, 136, non parla del martirio e dice che sedette quindici anni, tre mesi e due giorni.

[3] Hieronymus, *De vir. inl.*, XXIV (p. 25). R però copia direttamente da Beda.

[4] Beda: *impetrat.*

[5] *Miscella*, lib. X, 17 (p. 218); *Pergamenus* invece di *Pergamus.*

[6] La prima parte del periodo è presa da Eutropius, VIII, 14, la seconda parte da Orosius, VII, 15, 12. Eutropio non dice il luogo dove morì Antonino, che per la *Miscella* (lib. X, 17; p. 218) sarebbe " in Pannonia apud oppidum Vendobonam „.

[7] *Antoninus*, Orosius, VII, 16, 1 (p. 256), dal quale copia fino a " in eo annis XII „; Orosio però dice: XIII.

[8] Eutropius, VIII, 15.

[9] .... *Capitolium ictum*, Orosius, loc. cit., § 3.

[10] Orosius, loc. cit. fino a tutto il § 3.

[11] Beda, loc. cit.

[12] Fin qui a cominciare da " septembrem „, copiato da Eutropius, loc. cit. Nella *Miscella* (lib. X, 18) l'ordine espositivo è molto diverso.

[13] Questa notizia R l'attinse direttamente da Hieronymus, *op. cit.*, cap. XXXVI (p. 30).

[14] Orosius, loc. cit.

[15] Eutropius, loc. cit.

[16] Eutropius, VIII, 16 dice soltanto " Pertinax „; il primo nome R lo prese da Beda, mentre Orosio dice: *Helvius.*

sextus decimus ab Augusto, sexto mense, quo regnare ceperat, pretorianorum militum sedicione, et Juliani jurisperiti scelere, in palatio occisus est[1], qui nil habet hystorie. Julianus Pertinace interfecto, inuasit imperium; uir nobilissimus, et jure peritissimus, qui sub diuo Adriano perpetuum composuit edictum[2] Julianus mox a Seuero apud Pontemmoluium bello ciuili uictus, et interfectus est septimo mense, postquam ceperat imperare. Ita inter Pertinacem, et Julianum annus unus assumptus est[3]. Theodocion interpres habetur.

a. C. 191 u. c. 844 Anno ab incarnatione Domini CLXIIII, et anno ab urbe condita DCCCCXLIIII Seuerus generus Afer Tripolitanus ab oppido Lepti, qui se ex nomine imperatoris, quem occisum ultus fuerat, Pertinacem uoluit appellari, septimus decimus ab Augusto, destitutum adeptus imperium XVII tenuit annis[4]. Hic autem prius fisci aduocatus, mox militaris tribunus per c. 86 b multa deinde et uaria officia, atque honores, usque ad administra'tionem reipublice peruenit[5], solus omnium memoria, et antea et postea ex Africa imperator fuit. Parcus admodum, natura seuus[6], multis semper bellis lacessitus, fortissime quidem rempublicam, sed laboriosissime rexit[7]; qui etiam preter bellicam gloriam, etiam ciuilibus studiis clarus fuit, et licteris doctus, philosophice scientie ad plenum instructus[8], Pascennium Nigrum, qui in Egipto, et Syria ad tyrannidem aspirauerat, apud Cizicum uicit, et interfecit. Sarmatas rebellare conantes ferro coërcuit. Parthos uicit, Arabas, et Aziabenos superauit: ac multa in toto orbe Romano reparauit[9]. " Clemens Alexandrine ecclesie presbiter, et Panthenus stoicus philosophus, Nar- " cissus Hierusolymorum episcopus, et Theophilus Cesariensis, Policarpus quoque, et Bachylus " Asiane prouincie episcopi insignes habentur „[10].

" Quinta persecutio in Ecclesia „.

" Seuerus quinta post Neronem persecutione Christianos excruciauit, et Leonidem patrem *Victor* a. C. 189-197 " Origenis martyrio coronauit „[11]. Tunc Victor natione Afer ex patre Felice tertius decimus Rome episcopus, postquam sedit annis decem, mensibus duobus, martyrio coronatur, et sepelitur cum fratribus suis[12]. " Hic autem datis late libellis constituit pascha die dominico c. 87 a " celebrari, sicut predecessor ejus Eleuther, a quarta decima luna primi mensis[13], usque in " uigesimam primam. Cujus decretis fauens Theophilus Cesaree Palestine urbis episcopus, " scripsit aduersus eos, qui quarta decima luna cum Judeis pascha celebrabant, cum ceteris, *Zepherinus* a. C. 198-217 " qui in eodem concilio aderant episcopis sinodicam et ualde utilem epistolam „[14]. Zepherinus

---

1. quam *C* — 1-2. seditione *B* — 2. palacio *C* - nihil *B* - *dopo* Julianus *B aggiunge:* Elio — 3. iterfecto (*sic*) *C* — 7. Anno domini *C* — 9. Pertinace *C* - destitum (*sic*) *C* — 10. *in A manca:* per — 11. amministrationem *B C* — 12. Parvus *A B;* parcus *Eutropius* — 13. laborissime (*sic*) *C* — 14. *in C manca:* etiam 15. phylosophic sciencie *C* - Passennium *B C* — 17. Adiabenos *B* - *C di prima mano:* in to, *l'altro* to *fu soprascritto posteriormente* — 18. Pantenus *B C* — 19. *dopo* Policarpus *C aggiunge:* presbiter — 20. *C di prima mano:* episcopus insignis — 22. Seuerus] *in C iniziale ornata* - persecucione *C* — 24. coronavit. Tunc victor natione afer ex patra felice tercius decimus Rome episcopus, postquam sedit annis x, mensibus duo, martirio coronatur.... *C* — 26. prima *A, accetto la lezione di C che è conforme al L. P, vedi nota 4* — 29. sidonicam (*sic*) *C*

[1] Orosius, VII, 16, 5 (p. 256 cit.).

[2] Eutropius, VIII, 17.

[3] Orosius, loc. cit., § 6. Invece di *Pontemmolvium*, Orosio e Eutropio dicono: " Pontemmulvium „.

[4] Aggiusto qui l'anno, sbagliato, secondo la cronologia usata fin qui da R.

[5] Beda e Orosius, XVIII.

[6] Orosius, VII, 17, 1, copiato alla lettera.

[7] Eutropius, VIII, 17, 2 (p. 257).

[8] *Miscella*, lib. X, 22 (p. 221).

[9] Eutropius, loc. cit. In *Miscella* l'ordine è diverso e mancante in molti punti rispetto al testo di R.

[10] R copia da Beda, che attinge a Hieronymus, *op. cit.*, capp. XXXVIII, XXXVI, XLIII, ed Eusebius, *op. cit.*, p. 389, lettera *a.*

[11] Beda, loc. cit. da Hieronymus, *op. cit.*, cap. LIV (p. 37).

[12] *L. P.*, I, 137. " Victor „ sarebbe, secondo l'enumerazione fatta fin qui da R, il quindicesimo pontefice di Roma.

[13] *L. P.*, loc. cit. legge: " .... a XIIII luna primi " mensis usque ad XXI diem dominicum „. Beda però, donde R copia, ha XV.

[14] Sul decreto per la Pasqua, irregolarmente posto nel *L. P.* dopo le ordinazioni, cf. Duchesne, *op. cit.*, I, LXIII e p. 138, nota 6 " de circulo Paschae „, dove è riassunta tutta la questione.

natione Romanus ex patre Habundio successit Victori in episcopatu, seditque annis octo et mensibus septem. Hic constituit ut uasa altaris essent uitrea, nam antea erant lignea. Et hic martyrio coronatur, et ponitur ad collegas suos [1]. Hanc profanam in Christianos et ecclesiam Dei presumptionem Seueri, celestis ultio e uestigio acta subsequitur. Nam continuo rapitur, uel potius detrahitur in Galliam Seuerus e Syria ad tertium ciuile bellum. Unum jam enim Rome aduersus Julianum: aliud in Syria contra Pescennium gesserat, tertium Clodius Albinus Juliani in occidendo Pertinace socius, qui se in Galliam Cesarem fecerat, suscitabat; cujus bello multum utriusque [2] Romani sanguinis fusum est. Albinus tamen apud Lugdunum oppressus et interfectus est. Seuerus uictor in Britanniam *defectu* pene omnium sociorum trahitur, ubi magnis, grauibusque preliis sepe gestis, receptam partem insule a ceteris indomitis gentibus, uallu distinguendam putauit: et ut ab incursione bar'barica faceret suos securos [3], magnam fossam, firmissimumque uallum crebris insuper turribus communitum per CXXXII millia passuum a mari ad mare duxit. Ibique apud Eburacum oppidum obiit anno septimodecimo sui regni. Reliquit duos filios, Bassianum, et Getam, quorum Geta hostis publicus judicatus interiit: Bassianus a senatu [4], Antonini nomine assumto, regno potitus est. Quo tempore Symmachus interpres habetur.

Anno ab incarnatione Domini CCXI et anno ab urbe condita DCCCCLVII Aurelius Antonius Bassianus, idemque Caracalla Seueri filius, octauus decimus ab Augusto principatum adeptus est, mansitque in eo annis non plene septem. Patre asperior et minax [5], omnibus hominibus libidine intemperantior, qui etiam nouercam suam [6] duxit uxorem; qui tamen lauacra, que Antoniana appellantur, opere fecit egregio. Preter hec, nil boni memorabile gessit [7]. Hic contra Parthos bellum moliens, inter Edessam, et Carras ab hostibus circumuentus occisus est [8]. Quo tempore " Alexander episcopus Cappadocie cum desiderio locorum " sanctorum Ierosolimam uenisset, uiuente adhuc Narcisso ejusdem urbis episcopo, persenilis " etatis uir, et ipse ibi ordinatus est episcopus, Domino, ut id fieret, per reuelationem monente. " 'Tertullianus Afer centurionis proconsularis filius omnium Ecclesiarum sermone celebratur „ [9].

Item anno primo hujus Antonini Caracalle, Calistus natione Romanus ex patre Domitio post Zepherinum episcopalem suscepit cathedram. Hic constituit jejunium die sabbati ter in anno fieri, frumenti, uini, et olei secundum prophetiam [10]. Ad hoc quoque juxta quattuor anni tempora, quattuor indixit omni Ecclesie jejunia, primum uernale, secundum estiuale, tertium autumpnale, quartum yemale; in quibus precepit etiam ordinationes fieri, quamquam nec ipse, nec alius quislibet Romanorum pontificum a beati Petri, usque ad Sancti Siluestri tempora, legitur celebrasse ordinationes, nisi in mense decembris. Hic item prohibuit, ut in accusatione presbyterorum infames, et suspecti, et inimici non suscipiantur: eos uero hereticos

---

3. collega (*sic*) *C* — 4. evestigio *C* — 5. pocius *B C* - tercium *B C* — 6. Pascennium *A;* Passennium *C, accetto la lezione di B, conforme ad Orosio* - tertius *B C* — 7. *in C aggiunto d'altra mano:* Albinus - Pertinacem *C* — 8. susus *C* — 9. oppresus *A C* - Britannias *C* - devectus *A B* — 14. Reliquid *C* - Tegam *A* — 15. assumpto *C* — 16. Simachus *C* — 17. Anno dominice incarnationis *C* — 18. Basianus *C* - Carecalla *A* — 20. intemperatior *C* — 20-21. lauacram *C* — 21. nichil *C* — 24. Hierosolimam *B* — 27. Carecalla *B* - Calixtus *A* - Domicio *B C* — 28. *in A e B manca:* die, *accetto la lezione di C perchè qui* R *copia il L. P., I, 17* — 31. antunnale *B* — 33. *invece di* legitur, legatur *B* - december *C* - idem *C* — 34. ereticos *C*

[1] Zefirino è pure compreso nel Martirologio gerolimiano; il *L. P.*, I, 141, non accenna affatto al martirio e lo dice seppellito nel cimitero di san Callisto.

[2] Orosius, *utrimque*.

[3] In Orosius, VII, 17, 7 (p. 257), che R copia *ad litteram* a cominciare dal § 5, manca: " et ut ab incur- " sione barbarica faceret suos securos „.

[4] In Orosius, VII, 17, 8, manca " Bassianus a se- " natu „.

[5] In Orosius, VII, 18, 2 (p. 258) manca " et minax „.

[6] Orosius, aggiunge: " Iuliam „. R copia Orosio fino ad " uxorem „.

[7] Eutropius, VIII, 20 dice: " Opus Romae egre- " gium fecit lavacri, quae Antonianae appellantur, nihil " praeterea memorabile „.

[8] Orosius, loc. cit.

[9] R copia Beda che attinge a Hieronymus, *op. cit.*, cap. LXII (p. 42).

[10] Mancano gli anni del pontificato, però qui R copia dal *L. P.*, I, p. 141.

qui dicunt: *sacerdotes post lapsum, si dignam egerint penitentiam, non posse ad pristinos redire honores.* Sed et hic martyrio coronatus est, et sepultus in Cimiterio, quod suo nomine dicitur Calixti [1].

Post Bassianum nonusdecimus ab Augusto filius, Macrinus, qui prefectus pretorio erat cum filio Diadumedo inuasit imperium. Hi facti imperatores nichil memorabile ex temporis *c. 88 b* breuitate gesserunt, nam emenso anno, continuo' apud Archelaidem militari tumultu ambo pariter occisi sunt [2]. "Abgarus uir sanctus regnabat Edesse ut uult Africanus „[3].

a. C. 223 u. c. 970 Anno ab incarnatione Domini CCXXIII, et anno ab urbe condita DCCCCLXX Marcus Aurelius Antoninus, qui Antonini Caracalle filius putabatur, uicesimus ab Augusto imperium adeptus, tenuit annis quattuor. Hic autem sacerdos Heliogabali templi, erat [4] qui cum Romam ingenti militum et senatus expectatione uenisset, stupris et probris omnibus se contaminauit, impudicissime et obscenissime uixit [5], et nullam sui, nisi flagitiorum, totiusque obscenitatis infamem satis memoriam reliquit. Tumultu autem militari exorto, Rome ipse cum matre interfectus est [6]. " In Palestina Nicopolis, que prius Emmaus uocabatur, urbs condita est, " legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano scriptore temporum [7]. Hyppolitus " episcopus multorum conditor opusculorum, temporum canonem, que scripsit, hucusque per- *Urbanus* " duxit „[8]. Quo tempore Urbanus papa, natione Romanus ex patre Pontiano post Callixtum ecclesie suscepit gubernacula. Hic precepit, ut omnia uasa ecclesiastica aurea uel argentea *c. 89 a* fierent, uel, si pauper esset ecclesia, stagnea. Hic primus' instituit ut ecclesia susciperet predia, ex quorum reditibus clerici communiter uiuerent. Hic " multos nobilium ad fidem " Christi, et maryrium perduxit „. Hujus tempore extitit Cecilia uirgo prudentissima, que duos fratres Tyburtium, et Valerianum ad coronas uocauit, que postquam domum suam beato Urbano ecclesiam tradidit dedicandam, in eadem, inclito martyrio, finiuit uitam [9]. Tunc Sabellius oritur.

a. C. 223 u. c. 974 Anno ab incarnatione Domini CCXXIII et anno ab urbe condita DCCCCLXXIIII Aurelius Alexander uigesimus primus ab Augusto, senatus, ac militum uoluntate imperator creatus, XIIII annis digno equitatis preconio fuit [10]. " Hic in Mammeam matrem suam, quia " Cristiana erat, unice pius fuit, et ob id omnibus amabilis „, et quamplurimis benignus; qui expeditione in Persas facta, Xersem regem eorum maximo bello uictum interfecit. Ulpiano usus assessore summam sui moderationem reipublice exhibuit, sed militari tumultu apud Moguntiacum interfectus est [11].

---

1. penitenciam *B C* — 2. Set *B C* - cemeterio *B* — 4. filius *B, accetto la lezione di A C conforme a quella di Orosio* — 5. Diadumeno *A* - nihil *B* — 7. Adesse *A B* — 9. uigesimus *B* — 10. Eliogabali *C* — 11. strupris (*sic*) *C* — 12. flagiciorum tociusque *B C* — 13. reliquid *C* — 14. Emaus *C* — 15. industria *C* — 17-18. .... Calistum suscepit ecclesia *C* — 19. stannea *B* — 20. redditibus *B* — 22. Tiburcium *C* — 23. martirio uitam finiuit *C* — 26. uigesimus *B* — 27. *in A manca:* XIII annus, *che è pure in C, la lezione B di è conforme ad Orosio* - proconio *C* — 28. in nece *A B* - quampluribus *C* — 29. expedicione *B C* - Xersen *A* - victor *C*

[1] Cf. *Philosophum,* IX, 12: μεθ' ὃν (Victor) κοίμησιν Ζεφυρῖνος συγκράμενον αὐτὸν (Callis.) σχὼν πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ κλήρου ἐτίμησε τῷ ἰδίῳ κακῷ καὶ τοῦτον μεταγαγὼν ἀπὸ τοῦ Ἀνθείου εἰς τὸ κοιμητήριον κατέστησεν. Sul cimitero di san Callisto cf. De Rossi, *Roma sotterranea;* Desbassayn de Richemont, *Nouvelles études sur le catacombes romaines,* Paris, 1870, pp. 69 267.

[2] Orosius, VII, 18, 3, eccetto: " Hi facti imperatores nichil memorabile ex temporis brevitate gesserunt „.

[3] Eusebius, *op.* e ediz. cit., p. 389; Eusebius *apud* Syncell, p. 359 *b:* Ἀφρικανὸς Ἄβγαρον φησὶν ἱερὸν ἄνδρα βασιλεύειν Ἐδέσσης κατὰ τοὺς χρόνους. R però copia Beda.

[4] Orosius, VII, 18, 4: "....Antonini Caracallae " filius putabatur „ è preso da Eutropius, VIII, 21.

[5] Eutropius, loc. cit.

[6] Orosius, loc. cit. In questo punto e nel brano seguente R copia Beda.

[7] Eusebius, *op.* ediz. cit., p. 390 *c;* cf. *Chron. pasch.,* p. 267 *d.*

[8] Hieronymus, *op. cit.,* LXI (p. 41).

[9] *L. P.,* ediz. cit., I, 143; cf. pure per la passione di santa Cecilia ciò che il Duchesne dice a p. XCIII della Prefazione.

[10] Orosius, VII, 18, 6 (pag. cit.).

[11] Orosius, VII, 18, 7 e 8. R copia *ad litteram* a cominciare da *Ulpiano.*

His autem diebus Origenes presbiter Alexandrie, immo doctor toto orbi clarus habetur, quem Mammea mater Alexandri audire curauit, et Antiochiam accitum summo honore habuit [1]. Quo tempore Urbanus Rome episcopus martyrio uitam finiuit, et sepultus est cum fratribus suis [2]. Huic successit Pontianus natione Romanus ex patre Calpurnio, seditque annis quinque mensibus sex [3]. Qui jussu Alexandri in exilio damnatus in insula Sardinia [4], ibique pro Christi nomine martyr effectus, quieuit in pace. Cujus corpus Anterus [5], qui ei successit, detulit in Romam, et sepeliuit in cimiterio Calixti uia Appia. Antherus natione Grecus ex patre Romulo post hunc Romanam rexit ecclesiam, seditque annis undecim mense uno [6]. Hic constituit, ut episcopi maxime utilitatis, uel necessitatis causa possint transferri de sede in sedem [7]. Hic gestas Martyrum a notariis diligenter exquisiuit, et in ecclesiis recondidit legendas. Et hic martyrio coronatus est sub Maximino, et sepultus est cum collegis suis in cimiterio Calixti [8].

Urbanus a. C. 223-2[illegible] c. 89 b *Pontianus* a. C. [illegible] *Anterus* a. 235-236

Anno ab incarnatione Domini CCXXXVI et anno ab urbe condita DCCCCLXXXVII Maximinus uigesimus secundus ab Augusto, ex corpore militari primus ad imperium accessit, sola militum uoluntate, cum nulla senatus intercessisset auctoritas [9], postquam bellum in Germania gesserat [10].

a. C. [illegible] u. c. 987

" Sexta persecutio in Ecclesia „.

Mox imperator creatus persecutiones in Christianos sextus a Nerone exercuit: maxime propter Christianam Alexandriam, que successerat Mammee, matris ejus familie: uel precipue propter Origenem presbyterum miserat [11]. Hic autem tertio postquam regnauerat anno, a Pupieno interfectus, et persecutionis, et uite finem fecit [12].

c. 90 a

Post *Antherum* Fabianus natione Romanus ex patre Fabio Romanus episcopus factus est, seditque annis tredecim [13] mensibus undecim. Hic constituit, ut omni anno in cena Domini Chrisma ab episcopo consecraretur, et uetus in ecclesiis concremaretur [14]. Hic regiones diuisit septem diaconibus, qui a notariis gesta Martyrum in integro colligerent. Et hic martyrio uitam finiuit, et sepultus est ad catacumbas [15], Decio Cesare presidente sub Philippis christianis imperatoribus.

Fabianus a. C. 236-250

Anno ab incarnatione Domini CCXXXIX et anno ab urbe condita DCCCCXCI [16] Gor-

a. C. 239 u. c. 991

3. martirio *C* — 4. Poncianus *C* - annos *C* — 5. dampnatus *C* — 7. detulit Romam *B* - cemeterio *B* - Apia *B* — 9. *in C di prima mano:* possit — 10 gesta *A B, accetto la lezione di C, conforme a L. P., I, 19* — 10-11. legenda *B* — 11. [collegiis] fratribus *C* — 13. anno domini *C* — 18. Mox] *in C iniziale ornata* - persecuciones *C*, *l'* in *fu aggiunto posteriormente* — 20. *in A manca:* miserat - tercio *B C* — 21. persecucionis *C* — 22. Antherum] Anicetum *B C evidentemente errato* — 24. crisma *C* — 25. colligerentur *C* — 28. Anno dominice incarnationis *C*

[1] Hieronymus, *op. cit.*, cap. LIV (p. 37 sg.).

[2] Qui R s'allontana dal *L. P.*

[3] In *L. P.*, Duchesne, I, 145; *Pontianus.... sedit ann. viiii, m. v, d. ii.*

[4] *Pontianus* fu esiliato da Massimino, qui però R segue il *L. P.*; cf. Duchesne, I, 146, nota 4 e Introduzione, p. xciv, § 27, *Pontian.*

[5] Secondo il *L. P.* fu *Fabianus*, succeduto ad *Antherus*, che fece trasportare dalla Sardegna il cadavere di *Pontianus;* cf. Duchesne, I, 46 e Introduzione, pp. lxxv e cxv.

[6] Qui R segue il *L. P.*, I, 19, che attribuisce ad *Antherus* dodici anni di pontificato; cf. Duchesne, I, 147 e Introduzione, pp. lxxv e cxv.

[7] Tutto questo periodo manca in *L. P.*, I, 19, mentre il seguente fino.... " et in ecclesiis recondidit „ è copiato di peso da quella fonte.

[8] L'epitaffio di Antero è stato ritrovato nella cripta papale del cimitero di Callisto: " ΑΝΤΕΡΩΣ ΕΠΙ.... „; cf. De Rossi, *Roma sotterranea*, vol. II, tav. III, pp. 56-58.

[9] Orosius, VII, 19, 1 (p. 258), *ad litteram.*

[10] Eutropius, IX, 1, p. 63; Orosius, loc. cit.

[11] Orosius, VII, 19, 2: " Qui maxime propter Christianam Alexandri, cui successerat, et Mammae matris ejus familiam persecutionem in sacerdotes et clericos, idest doctores, vel praecipue propter Origenem presbyterum miserat „.

[12] Orosius, loc. cit. R ha mutato l'ordine espositivo.

[13] Il *L. P.*, I, 21, attribuisce a Fabiano quattordici anni e undici mesi di sede; R riporta però la lezione dei codici (*L. P.*), Guelferbitanus (10, 11), Bernensis (408) e Parisinus (5140), i quali glie ne attribuiscono tredici.

[14] In *L. P.* manca questo brano; si trova per intero il seguente fino a *colligerent.* Duchesne, I, 148.

[15] L'epitaffio di Fabiano è stato ritrovato vicino a quello di Antero: ΦΑΒΙΑΝΟΣ ΕΠΙ ΜΤΡ (μάρτυρ); cf. De Rossi, *Roma sotterranea*, II, tav. III, pp. 58-62.

[16] L'anno secondo Orosius, VII, 19, 3 (p. 259) è 941.

dianus uicesimus tertius ab Augusto imperator creatus mansit in eo annis sex[1]; quamuis cum eo duo alii Augusti essent creati obscurissimo genere, Pupienus uidelicet, et Albinus[2]. Gordianus autem genere nobilis, cum consensu militum, cum proconsulatum Africe ageret, Maximino imperante, princeps fuit electus. Hic cum Romam uenisset, Pupienus et Albinus in palatio interfecti sunt, soli Gordiano imperio reseruato[3]. Gordianus itaque admodum puer ad bellum Parthicum profecturus, Jani portas aperit. Igitur Gordianus ingentibus preliis aduersus Parthos prospere gestis, suorum fraude rediens super Euphratem interfectus est[4]. c. 90 b His temporibus 'Julius Africanus inter scriptores ecclesiasticos nobilis habebatur, sicut in Cronicis, quas conscripsit Alexandrie, ipsemet refert. " Origenes in Cesarea Palestine Theo-" dorum, cognomento Gregorium, et Athenodorum adolescentulos fratres, Ponti postea nobi-" lissimos episcopos, diuina philosophia imbuit „. Sub hoc habebatur Porphyrius[5] Plotini platonici philosophi auditor, Theopompus philosophus apud Cheroniam, et Nicanos sophista penes Athenam pollebat[6].

a. C. 245 u. c. 997 Anno ab incarnatione Domini CCXXXXV et anno ab urbe condita DCCCCXCVII[7] Philippus uicesimus quartus ab Augusto, statim occiso Gordiano, imperator circa Euphraten creatus, Philippum filium suum consortem regni fecit, exercitumque ex Syria incolumen ad Italiam reduxit, mansitque in ea annis septem[8]. " Hic primus imperator omnium Christianus " fuit, ac post tertium imperii ejus annum, millesimus a conditione Rome annus expletus est. " Ita magnificis ludis augustissimus omnium preteritorum hic natalis annus a Christiano impe-" ratore celebratus est „. Nec dubium est, quin Philippus hujus tante deuotionis gloriam et honorem ad Christum, et ecclesiam reportaret, quando ascensum in capitolium, immolatasque ex more hostias nullus auctor ostendit. Ambo tamen Philippi, quamuis diuersis locis c. 91 a 'tumultu militari, et Decii fraude interfecti sunt[9]. E quibus junior Philippus adeo seueri animi fuit, ut nullius cujusquam commento solui potuerit, patremque ludis secularibus concinnantem uultu annotauerit auersato[10]. " Origenes aduersus quemdam Epicurum philoso-" phum[11], qui contra Christianos libros conscripserat octo uoluminibus respondit: qui, ut bre-" uiter dicam, tantum scribendi sedulus fuit, ut Jeronymus quodam loco plusquam sex milia " librorum ejus se legisse commemoret „[12]. His quoque diebus, Decio jam Cesare existente, Cornelius natione Romanus ex patre Castino, post Fabianum suscepit episcopatum, seditque annis duobus mensibus duobus. Hic sacerdotibus concessit pro recta fide jurare. Hujus tempore corpora apostolorum Petri et Pauli ab orientalibus uiris noctu furata sunt: quo facto terremotus tantum Romanam concussit ciuitatem, ut pene omnes mori cogitarent. Sicque factum est, ut omnes tam pagani, quam Christiani, tam uiri, quam mulieres, tam paruuli, quam senes ita unanimiter prompta uoluntate eos persequerentur, ut diceres totam urbem demigrare. Sed Dei nutu, ita factum est, ut et sanctorum corpora Rome cum honore reportata sunt et uiri religiosi, qui hoc amore pietatis fecerant, a cruciatu et morte Dei misericordia liberati c. 91 b sint. Sanctorum corpora' per annum apud catacumbas inhumata jacuere. Interea ex precepto Decii Cesaris sub Philippis christianis imperatoribus, et totius senatus consulto concessum

---

1. quartus *C* — 3. ageret] fuisset *C* — 6. iam *C; anche in A la lesione* Iani *non è sicura* — 6-7. adversum *C* — 7 Eupraten *C* — 9. Chronicis *B* — 10. adulescentulos *C* — 12. aput *C* — 13. *C di prima mano:* Athena — 14. Anno domini CCXLV *C* — 15. Eufraten *K* — 16. incolumen *C* — 17. eo *C* — 19. Christiano] *C di prima mano:* Ciauo — 20. philosophus *C* - devocionis *C* — 21. reportarit *C* - *dopo* quando *C aggiunge:* vel — 22. Philippi *C* — 24. comento *C* — 24-25. cachinnantem *B;* concinantem *C* — 28. memorat *C* — 30. annos II, menses duos *C* — 34. senex *C* — 35. Set *C* - posita sunt *C;* reportata sint *B* — 37. aput *C* — 38. tocius senatus consultu *C*

[1] Orosius, loc. cit.

[2] *Balbinus,* dice Eutropius, IX, 2, che R parafrasa.

[3] Eutropius, loc. cit.

[4] Orosius, VII, 19, 4 e 5.

[5] Hieronymus, *op. cit.,* 62 e 65 (pp. 43 e 44).

[6] *Miscella,* X, 27 (p. 226).

[7] Anche qui R continua il suo sistema, mentre Orosius, VII, 20, 1 (p. 259) ha 947.

[8] Orosius, loc. cit. e Eutropius, IX, 3.

[9] Orosius, VII, 20, 3 e 4.

[10] Eusebius, *op.* ediz. cit., p. 391.

[11] Beda, *op. cit.,* p. 112: " quendam Celsum epicu-" reum philosophum „.

[12] Beda, loc. cit. " .... quinque librorum eius milia " se legisset meminerit „.

est Romano pontifici, ceterisque christianis libere ad sepulturas Apostolorum faciendas insudare, et ad id faciendum data sunt eis de fisco reipublice adjutoria. Primum quidem beati Pauli corpus leuatum de catacumba suscepit papa Cornelius, et sepeliuit una cum Lucina in predio ejusdem, uia Ostiensi, ad latus, ubi decollatus est. Beati uero Petri corpus accepit prefatus Episcopus, et posuit juxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis in monte aureo Vaticani Palatii Neroniani [1]. Hic idem Cornelius post jussu Decii imperatoris effecti exilio Centumcellis damnatus est et martyrio uitam finiuit [2]. Quo tempore Antonius monachus claruit.

Anno Domini CCLII et anno ab urbe condita millesimo quarto Decius a Pannonia inferiori, Budalie natus, ciuilis belli, quod in Gallia motum fuerat, incentor et repressor, occisis Philippis, uicesimus quintus ab Augusto, simul cum filio suo, quem Cesarem fecit, inuasit imperium tenuitque annis tribus [3].

"Septima persecutio in Ecclesia ".

Idemque continuo ad persequendum, interficiendosque Christianos, septimus post Neronem feralia dispersit edicta, plurimosque sanctorum ad coronas Christi de suis cruciatibus misit. Hic in medio barbarorum sinu interfectus est, filius autem ejus gurgite paludis submersus est, ita ut nec cadauer ejus potuerit inueniri [4]. Digno damnatus judicio qui persecutionem in Christianos mouens, beatum Laurentium leuitam et martyrem extinxit.

Beda:

" Decius regnauit annis duobus mensibus sex [5]. Hic cum Philippos patrem et filium interfecisset, ob eorum odium rabido furore persecutionem in Christianos mouit, in qua Fabianus in urbe Roma martyrio coronatur, post quem beatus Cornelius martyrio coronatur " [6]. Cui successit Lucius natione Romanus ex patre Porphyrio, seditque annis tribus mensibus duobus [7]. Hic precepit, ut duo presbyteri, et tres diaconi in omni loco episcopum non deferrent, propter testimonium ecclesiasticum [8]. Qui postquam de exilio reuersus est, capite truncatus, positus est cum collegis suis episcopis [9]. Stephanus natione Romanus ex patre Julio [10] post hunc curam suscepit episcopalem. Hic constituit, ut sacerdotes, et leuite uasis et uestibus sacris in usu cotidiano non utantur, nisi in ecclesia tantum [11]. Et hic decollatus est ex precepto Decii intra missarum solempnia, quando communicabat, cum duodecim pre-

a. C. 253-254

a. C. 254-

4. Hostiensi *C* — 5. prephatus *C* — 7. imperatores *C* - Centumecellis *C* — 8. Antoninus *C* — 9. quartus *C* — 12. tres *C* — 14. Idemque] *in C iniziale ornata* — 17-18. persecuciones *B C* — 18. Laurencium *B C* — 20. annos *C* - menses *C* — 21. hodium *C* - quo *A* — 21-22. Fabianus *B* — 22. martyrio] mrio *in entrambi i luoghi C* — 28. sacratis *C, il L. P. ha:* uestes sacratas - quotidiano *B* — 29. solemnia *B*

[1] *L. P.*, XXII: "....primum quidem corpus beati "Pauli accepto beata Lucina posuit in praedio suo, via "Ostiense, iuxta locum ubi decollatus est; beati Petri "accepit corpus beatus Cornelius episcopus et posuit "iuxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sancto- "rum episcoporum, in templum Apollinis, in monte Au- "reum, in Vaticanum palatii Neroniani ": cf. Duchesne, I, p. 150 e note 8, 9, 10.

[2] L'epitaffio di Cornelio, riportato dal De Rossi, *Roma sotterranea*, I, tav. IV, è tutto in latino: "CORNELIVS. MARTYR. | EP. || "; cf. pure Beda, *op. cit.*, p. 112.

[3] Orosius, VII, 21, 1; Eutropius, IX, 4.

[4] R scrive parafrasando Beda e copiando Orosius, loc. cit.

[5] Beda, loc. cit. dice: "Decius anno I, mensibus III", ma Orosio, che R ha copiato un po' avanti, dice: "imperium tenuitque annis tribus ".

[6] Beda, dice: "....martyrio coronatus, sedem sui "episcopatus Cornelio dereliquit, qui et ipse martyrio "coronatus ".

[7] *L. P.*, I, 23 copiato.

[8] Anche questo periodo è copiato dal *L. P.*, I, 23 III; cf. Duchesne, *op. cit.*, I, 153.

[9] L'epitaffio, pure ritrovato nel cimitero di Callisto dal De Rossi, *op. cit.*, tav. III, pp. 62-70, è in greco: ΛΟΥΚΙС e si presenta in istato frammentario.

[10] Correggi *Iobio* come in *L. P.*, XXIV.

[11] *L. P.*, I, 24...: "Hic constituit sacerdotes et "levitas ut vestes sacratas in usu cotidiano non uti, "nisi in ecclesia "; cf. Duchesne, I, 154.

c. 92 b sbyteris, et septem Diaconibus, et decem et septem clericis, et in eodem' loco ad Catacumbas sepultus est[1].

Xistus a. C. 257-258 Xistus natione Grecus ex philosopho post hunc intrepidus accessit ad pontificatum, seditque anno uno mensibus decem. Hic non metuens principum minas, nec Imperialia precepta, dixit ad clerum suum: *fratres et commilitones audistis precepta seua uulgari! uidete, nemo metuat terrores.* Tunc commendans thesauros ecclesie beato Laurentio, ipse tentus, et catenatus ante templum Martis ductus, et in eo loco decollatus est cum Felicissimo et Agapito[2] et sepultus in cemeterio Calixti[3].

Dionisius a. C. 259-268 Cui Dionisius ex monacho successit, seditque annis duobus[4] mensibus tribus. Hic constituit in urbe Rome presbyteros in titulis singulis singulos propter penitentiam suscipiendos, et propter baptisma, et parochias diuisit. Interea "Alexander Jerosolimorum episcopus apud "Cesaream Palestine interficitur"[5]. Quidam autem uolunt Decium non solum imperii sui tempore, uerum sub quibusdam aliis ante se regnantibus, propter crudelitatem, quam in Christianos exagitabat, Cesar, ad id sequendum fuisse[6].

Post interitum Decii, mox Gallus et Volusianus filius ejus imperatores creati sunt. Sub his Emilianus in Moesia res nouas molitus est. Ad quem opprimendum cum ambo profecti *c. 93 a* essent, inter Danubium[7] amnem interfecti sunt, non completo bi'ennio. Hi nihil omnino clarum fecerunt: sola pestilencia et morbis atque egritudinibus notus eorum principatus fuit. Emilianus obscurissime natus, obscurius imperauit; *siquidem Maurus fuerat* ac tertio mense extinctus est[8].

Beda:

"Gallus cum Volusiano filio regnauit annis duobus, mensibus quattuor. Hujus imperii "tempus Dionysius Alexandrie episcopus ita meminit: At ne Gallus quidem Decii malum aut "uidere potuit, aut cauere: sed in eundem offensionis lapidem impegit: cujus cum regnum "in initio floreret, et cuncta ex sententia ei crederent, sanctos uiros, qui pro pace ejus regni "Deo summo supplicabant, persecutus est, cum quibus et prosperitatem suam fugauit, et pacem. "Origenes septuagesimo etatis sue anno nondum ad integrum impleto defunctus et in urbe "Tyri sepultus est"[9].

a. C. 257 u. c. 1010 Anno ab incarnatione Domini CCLVII et anno ab urbe condita MX, duo imperatores, uicesimo septimo post Augustum loco, creati sunt. Valerianus in Grecia[10] ab exercitu Augustus appellatus. Rome autem a Senatu Gallienus Cesar creatus, mansitque Gallienus in regno infeliciter annis quindecim[11], respirante Christianorum persecutione a Decio facta.

"Octava persecutio in Ecclesia".

c. 93 b Valerianus siquidem mox ut arripuit imperium' octauus a Nerone adigi per tormenta Christianos ad idolatriam, abnegantesque eam, interfici jussit, fuso per omnem Romanam so-

---

8. cimiterio *C* — 9. annos duos, menses tres *C* — 10. urbes Roma (*sic*) *C* - penitenties *C* — 11. parrochias *C* — 15. Bolusianus *C* — 16. immoesia *A* — 17. nichil *C* — 18. pestilencia et morbo *C* — 19. tercio *B C* — 21. Bolusiano *C* — 23. set *B C* — 24. inicio *C* - exententia (*sic*) *C* — 26. non de (*sic*) *invece di* nondum *C* — 28. Anno Domini *C* — 30. Galienus *C, in tutti e due i casi accetto la lezione di B conforme ad Orosio* — 33. Valerianus] *in C iniziale ornata* - adegit *B* — 34. eum *C*

[1] La lezione: *Et hic decollatus etc.*, si allontana da *L. P.* che non lo riporta.

[2] Tutto questo brano si allontana dal *L. P.*, I, 25.

[3] Cf. De Rossi, *op. cit.*, II, pp. 87-97.

[4] Gli anni del pontificato di Dionisio sono qui evidentemente errati. Tutte le fonti, a cominciare dal *L. P.*, I, 26, s'accordano nell'attribuirgliene dai sei agli otto anni; cf. Duchesne, I, 157 e pp. 6-51, dove son pubblicati i vari cataloghi dal Liberiano a quello d'Elia di Nisia edito dal Lipsius, *Chron. des römischen Bischöfe*, pp. 36, 37. La narrazione qui s'allontana dal *L. P.*, I, 26.

[5] Hieronymus, *op. cit.*, 62 (p. 42).

[6] *Locus valde mendosus*, annota giustamente il Sassi.

[7] Eutropius, IX, 5 (p. 64) che r copia letteralmente, dice: *Interamnae*.

[8] Eutropius, loc. cit., 6: "siquidem Maurus fuerat" è interpolato, ma non posso dedurre se l'interpolazione appartenga a r.

[9] Beda, *op. cit.*, pp. 37 e 45, da Hieronymus, *op. cit.*, 54 e 69.

[10] Orosius, VII, 22, 1 (p. 260): *in Raetia*.

[11] r omette qui alcune proposizioni d'Orosio.

litudinem sanguine sanctorum. Valerianus illico nefarii auctor edicti, a Sapore Persarum rege captus, imperator populi Romani ignominiosus, apud Persas seruitute consenuit, ac infamis officii continua, donec uixit, damnatione sortitus, ut ipse adclinis humi regem semper ascensurum in equum non manu sua, sed dorso attolleret. Et Ga[l]lienus quidem tam preclaro Dei judicio territus, tanquam misero college permotus exemplo, pacem ecclesie tepidam [1] restituit. Sed non compensat injurie, ultionisque mensuram unius impii quamuis perpetua, et supra modum abominanda captiuitas: contra tot milia excruciata sanctorum, justorum sanguis ad Deum clamans, in eadem se terra, ubi fusus est, uindicari rogat. Non enim de solo constitutore precepti justum supplicii judicium flagitabatur, sed etiam executores, delatores, accusatores, spectatores, ac judices, postremo omnes, qui injustissime crudelitati uel tacita uoluntate assentiebantur, quia Deus secretorum cognitor est, quorum maxima per omnes prouincias pars hominum uersabatur, eadem ultionis plaga corripi justum erat. Soluuntur repente undique, per'missu Dei, ad hoc circumposite, relicteque gentes, laxatisque habenis in c. 94 a
omnes Romanorum fines inuehuntur Germani ex alpibus Rhetia, totaque Italia penetrata, Rauennam usque peruagantes, etiam in Italiam transierunt, Grecia, Macedonia, Pontus, et Asia Gothorum inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubium in perpetuum aufertur; Quadi, et Sarmate Pannonias depopulantur; Germani ulteriores abrasa potiuntur Yspania; Parthi Mesopotamiam auferunt, Syriamque conradunt [2]. Et ne qui forte Romani corporis ad hanc dilacerationem [3] cessaret, conspirant intrinsecus tyranni, consurgunt bella ciuilia, funditur ubique sanguis Romanorum, Romanis barbarisque seuientibus: sed cito ira Dei in misericordia uertitur [4]. Igitur primus Genuus qui purpuram imperii sumpserat, apud Nitriam [5] occiditur. Postumus obscurissime natus [6] inuasit tyrannidem, multo quidem reipublice commodo, nam per decem annos ingenti uirtute ac moderatione usus et dominantes hostes expulit et perditas prouincias in pristinam faciem reformauit; qui seditione militum interfectus est. Emilianus apud Maguntiam, cum res nouas moliretur, oppressus est. Post mortem Postumii Marius uilissimus opifex pur'puram sumpsit, et secunda imperii die interfectus est [7]. Deinde Victo- c. 94 b
rinus a Gallis ultro creatus uir strenuissimus, sed cum esset nimie libidinis, et matrimonia aliena corrumpens, a centenario quodam dolum machinante, Agrippine occisus est, imperii sui anno secundo [8]. Huic successit Tetricius senator, qui tunc Aquitaniam honore presidis administrans, absens a militibus imperator creatus est, et apud Burdigalem purpuram sumpsit, multasque seditiones militum pertulit [9]. At uero in Oriente per Odenathum quemdam collecta agresti manu, Perse uicti sunt ac repulsi, defensata Syria, recepta Mesopotamia, et usque ad Ctesifontem rusticani Syrie cum Odenatho suo uincendo uenerunt. Ga[l]lienus autem cum rempublicam deseruisset, ac Mediolani libidinibus inseruiret [10], fraude Aureliani ducis sui occisus est imperii sui anno nono [11].

2. ignominiosa *C* — 3. dampnatione *C* - acclinis *B C;* — 6. set *B C* - ulcionisque *C* — 7. abhominanda *A* — 10. *in A manca:* qui — 11. ascentabantur *C* - omnes *C* — 12. ulciunis *C* — 13. permissum *C* - abenis *C* — 14. inueuntur *A;* inuenitur *C* - Grecia *A C per* Rhetia — 15. Reuennam *C* - transerunt *C;* transeunt *Orosius* - Madocedonia (*sic*) *A* — 16. delentur *A B* — 17. Guadi *A* - pociuntur *C* - Hispania *B;* Hyspania *C* — 18. Romam *C* — 18-19. ab hac dilaceratione *B;* ab hanc dilacerationem (*sic*) *C* — 20. misericordia *C* — 21. Eugenius *A* — 22. Posthumus *B* - quippe *C* — 24. sedicione *C* — 25. Magunciam *A, si noti che i codici orosiani leggono:* Mogontiam - Posthumii *B* — 26. utilissimus *B invece* ulissimus — 28. corrumperat *C* — 30. electus *C come in* Eutropius, IX, 10 — 31. sediciones *B C* - Odenachum quendam *C* — 33. Iesi fontem *B*

[1] Orosius, che R fin qui copia letteralmente (VII, 3-5, pp. 260-261); *trepida satis factione.*

[2] Orosius, VII, 22, 3-7 (pagine citate) letteralmente; R però omette tutto il § 8 e segue col § 9.

[3] Orosius, VII, 22, 9: *ab hac dilaceratione cessaret.*

[4] R omette: *et coeptae ultionis maior forma quam poena in mensura plenitudinis reputatur.*

[5] Correggi: *Myrsam,* come in Orosius, VII, 22, 10, p. 262.

[6] *Obscurissime natus* è interpolazione derivata da Eutropius, IX, 9 (p. 154).

[7] Anche questo periodo è interpolato e tratto da Eutropius, loc. cit.: post eum *Marius vilissimus opifex purpuram* accepit *et* secundo *die interfectus est.*

[8] Eutropius, loc. cit. di cui *R* mutò la prima frase: *Victorinus postea Galliarum accepit imperium....,* come in Orosius, loc. cit., § 11.

[9] Eutropius, IX, 10, p. 154.

[10] Orosius, VII, 22, 12 e 13.

[11] Eutropius, IX, 11 (p. 156).

Beda:

" Valerianus cum filio Galieno regnauit annis quindecim. Hic in Christianos persecutione " commota, statim a Sapore rege Persarum capitur, ibique luminibus orbatus, seruitute mi- " serabili consenescit. Unde Galienus tam claro Dei judicio territus, pacem *Ecclesiis* red- " didit; sed ob meritum tamen uel proprie libidinis, uel paterne *impietatis,* innumera barbaris " assurgentibus, Romani regni detrimenta sustinuit. Hac persecutione Ciprianus Car'taginensis " episcopus, cujus doctissima extant opuscula, martyrio coronatur: cujus uite et passionis " uolumen egregium reliquit Pontius diaconus ejus, qui usque ad diem passionis ejus cum " ipso exilium sustinuit. Theodorus *autem,* cujus supra meminimus, cognomento Gregorius " Neocesaree Ponti episcopus, magna uirtutum gloria claret, e quibus unum est, quod ut ec- " clesie faciende locus sufficeret, montem precibus mouet, *et alias trasfert* "[1]. Quo tempore Dionysius Romae episcopus[2] martyrio coronatur, et sepelitur cum fratribus suis. Felix natione Romanus ex patre Constantio, post hunc episcopus effectus est, seditque annis quattuor, mensibus tribus. Hic constituit super reliquias Martirum missas celebrari[3], et hic martirio coronatus est, et sepultus in Cimiterio Pretextati[4]. Marcus natione Romanus post hunc suscepit episcopatum. Hic constituit, ut nullus episcopus, uel sacerdos, etiam si majoris scientie et probitatis sit, anteponat se prius quam ipse, ordinato. Et hic solus de tantorum numero pontificum, martyrium euasit, et requiescit in ecclesia, in qua prius presbyter ordinatus fuerat, quae usque hodie ecclesia sancti Marci dicitur in media Roma, in regione, que dicitur Pinus[5].

Anno Domini CCLXVII 'et anno ab urbe condita MXXV Claudius uicesimus octauus[6] ab Augusto a militibus electus, et a senatu appellatus Augustus[7], imperium sumpsit[8], et per annum unum, et menses nouem feliciter tenuit[9]. Hic statim Gothos jam per annos quindecim Illyricum, Macedoniamque uastantes, bello adhortus, incredibili eos strage deleuit[10]. Cum Alamannis haud procul a lacu Venaco in sylua, que Linguona dicitur, dimicans, tantam multitudinem fudit, ut egre pars dimidia superfuerit[11]; ob que clypeus ei aureus, et in Capitolio statua ei aurea collocata est. Sed priusquam biennium imperii expleret, apud Syrmium morbo correptus interiit[12]. Tunc " Marcion disertissimus Antiochene ecclesie presbyter, qui in eadem " urbe rhetoricam docuerat, aduersus Paulum de Samusathe qui Antiochie episcopus dogma- " tizabat, Christum communis nature hominem tantum fuisse, accipientibus notariis disputauit, " qui dialogus usque hodie extat "[13]. Claudio mortuo, Quintillus frater ejus ab exercitu cum consensu senatus[14] imperator electus est, uir quidem unice moderationis, et ciuilitatis, et solus fratri preferendus, septimo imperii die interfectus est.

2. *dopo* filio *C aggiunge:* suo — 3. *dopo* orbatus *C aggiunge:* est — 5. set *C* — 6. Cyprianus *B* — 8. reliquid *C* - Poncius *C* — 10. Neocesaree *B C* — 11. et] ac *C* — 13. Costancio *C* — 16. sentencis *C* — 18. requiessit *C* 21. sumpsit imperium *C* — 23. Illiricum *B C* - adortus *B* — 24. aut *C* - Benaco *B* — 25. clippeos *C* — 26. Set *C* - imperium *C* - Sinnium *C* — 27. dissertissimus Antiocene *C* — 28. urbes *C* - rethoricam *C* - Samosate *C* — 29. hamine *A* — 30. Quintillinus *A;* Quintilinus *B; accetto la lezione di C, conforme ad Orosio* — 32. fratris *C* —

[1] Oltre i fonti precedenti (cf. BEDA, *op. cit.*, p. 112) R ha attinto a HIERONYMUS, *op. cit.*, capp. LXVII, LXVIII e LXV (pp. 44 e 45.

[2] Secondo il catalogo Liberiano e il martirologio Gerolimiano Dionisio sarebbe morto nel 269 " VII kal. " ian. "; secondo la *Depositio episcop.* e il *L. P.* invece " VI kal. ian. ", loc. cit., 113.

[3] *L. P.*, I, 27 (DUCHESNE, I, 158): " Hic constituit " supra memorias martyrum missas celebrare ".

[4] *L. P.*, loc. cit., dice: " Hic fecit basilicam in via " Aurelia, ubi et sepultus est.... ". Cf. sulle due tradizioni: DUCHESNE, I, Introduzione, CXXV, 158 e nota 3.

[5] Qui R evidentemente equivoca; ignoro se l'errore sia di R o s'egli attinga ad un fonte che m'è sfuggito.

[6] OROSIUS, VII, 23, 1 (p. 262).

[7] EUTROPIUS, IX, 11.

[8] OROSIUS, loc. cit.

[9] BEDA, *op. cit.* R in questo periodo trasse le varie proposizioni interpolate dai fonti citati.

[10] OROSIUS, loc. cit.

[11] Interpolazione.

[12] OROSIUS, loc. cit. R muta però qualche parola.

[13] BEDA, loc. cit. da HIERONYMUS, *op. cit.*, cap. LXVI, 71 (p. 47). Secondo Girolamo però il nome sarebbe: " Malchion ".

[14] OROSIUS, VII, 23, 2: *Claudio mortuo Quintillus frater eius ab exercitu etc.;* EUTROPIUS, IX, 12: " consensu militum imperator electus est, etc. ".

a. C. 273 u. c. 1028 — c. 96 a — c. 96 b

Anno ab incarnatione Domini CCLXXIII et anno ab urbe condita MXXVIII[1] Aureliani xxix' ab Augusto imperium adeptus, quinque annis ac sex mensibus tenuit, uir industria militari excellentissimus[2], in bello potens; animi tamen immodici, et ad crudelitatem propensior(i)s[3], qui expeditione in Danubium suscepta, Gothos magnis preliis profligauit, dicionemque Romanam antiquis terminis statuit. Inde in Orientem conuersus, Zenobiam, que occiso Odenatho marito suo, Syriam receptam sibi uendicauit, magis prelii terrore, quam prelio, in potestatem redegit. Tetricum in Gallia minime sufficientem sustinere seditiones militum suorum, scribentemque etiam eidem Aureliano: *Eripe me his, invicte, malis* ac per hoc proditorem exercitus sui sine labore superauit. Sic orientis et aquilonis receptor, magna gloria triumphauit[4], precedentibusque currum Tetrico et Zenobia[5]. Hic urbem Romam muris firmioribus cinxit, honoribus ualidioribus sepsit[6], templum Soli hedificauit, in quo infinitum auri, gemmarumque constituit. Porcine carnis usum populo instituit. Iste primus apud Romanos coronam capiti imposuit, et uestimenta habuit cum auro et gemmis, quod adhuc Romani in consuetudine non habuerant[7]. Plurimos nobiles capite dampnauit, seuus, et sanguinarius, ac necessarius magis in quibusdam, quam in 'nullo amabilis imperator; trux omni tempore, etiam filii sororis interfector, discipline tamen militaris, et morum magna ex parte correptor[8].

" Nona persecutio in Ecclesia ".

Euticianus a. C. 275-283

" *Nouissime* cum aduersus *Christianos* persecutionem *nonus a Nerone mouens decerneret*[9], fulmen ante eum magno pauore circumstantium ruit, ac non multo post a militibus " occisus est, itineris medio inter Constantinopolim, et Eracliam, strate ueteris loco, quod " Cenoforum appellatur ". Sub hoc ajunt pollere Philostratum Atheniensem ystoriographum, et Longinum[10]. Eutichianus natione Tuscus ex patre Marino, post Marcus romanus dictus est episcopus, seditque anno uno mense uno. Hic constituit fruges super altare tantum fabe et uue benedici. Hic temporibus suis trecentum quadraginta duos martires manibus suis sepeliuit[11]. Et hic martirio coronatur, et sepelitur cum fratribus suis in cimiterio Calixti[12].

a. C. 278 u. c. 1032 — c. 97 a

Anno ab incarnatione Domini CCLXXVIII, et anno ab urbe condita MXXXII Tacitus tricesimus ab Augusto imperium adeptus, uir egregie moderationis, et reipublice regende idoneus; nichil tamen ostendere potuit, quia sexto mense regni sui occisus est in Ponto. Post quem' Florianus parem regni sortem ferens, tertio demum mense apud Tharsum interfectus est, nec quicquam memorie dignum fecit[13]. " Anatolius natione Alexandrinus Laodicee " Syrie episcopus, philosophorum disciplinis eruditus, plurimo sermone celebratur; cujus ingenii

1. Anni Domini *C* — 1-2. Aureliani *A* — 4. expedicione *C* — 4-5. ditionemque *B* — 5. Zeboniam *C* — 7. sediciones *B C* — 8. eciam *C* — 10. Tetria et Zebonia *C* — 11. edificauit *B C* — 14. et] ac — 19. Nouissime] *in C iniziale ornata* - persecucionem *B C* — 21. Heracliam *B* — 22. Cenophorum *B*; Cenofrurium *Beda* - historiographum *B*; hystoriographum *C* — 24. archiepiscopus *C* — 27. Anno dominice incarnationis *C* — 29. nihil *B* - quia] iam *B*; nam *il Sassi* — 30. tercio *C* - aput *C* - Tarsum *B* — 31. neque *C* - Anatholius *C* - Laodicie *C*

[1] Orosius, VII, 23, 3: " .... MXXVII ".

[2] Orosius, loc. cit.

[3] Eutropius, IX, 13.

[4] Orosius, lib. e cap. cit., §§ 4 e 4 (pp. 262 e 263).

[5] Eutropius, loc. cit., p. 158.

[6] *Honoribus validioribus sepsit*, interpolazione di R nel passo di Eutropius, IX, 15, copiato da R fino a " constituit ".

[7] Interpolazione di R.

[8] Da *Plurimos* fino a *correptor* è copiato da Eutropius, IX, 14 (pagina citata).

[9] Beda, loc. cit.: " Hic cum adversum nos perse" cutionem movisset ". Beda però riproduce un intero periodo di Orosius, loc. cit.

[10] *Miscella*, X, 37, p. 233, da cui R riproduce con variazioni, questo periodo, non ha questi nomi.

[11] Questa notizia è tal quale riprodotta dal *L. P.*, I, 28, salvo l'inciso " post Marcum ": " Hic constituit " *ut* fruges super altare tantum fabae et uvae benedici. " Hic temporibus suis *per diversa loca* CCCXLII marty" res *manus suas* sepelivit ".

[12] De Rossi, *op. cit.*, III, tav. III, p. 70 riporta l'epitaffio ritrovato: " EΥΤΥΧΙΑΝΟC ΕΠΙC.... ".

[13] Orosius, VII, 24, 1 (p. 263) ed Eutropius, IX, 16 (pp. 158 e 160).

"magnitudo de libro, quem supra pascha composuit, et decem libris arithmetice institutionis, "potest apertissime cognosci [1]. Insana Manicheorum heresis his temporibus oritur„ a quodam Persigena, nomine Manes [2].

a. C. 279 u. c. 1033 Anno ab incarnatione Domini CCLXXVIIII et anno ab urbe condita MXXXIII Probus uir illustris gloria militari ad administrationem reipublice accessit, tenuitque imperium annis sex et mensibus quattuor [3]. Hic Gallias jam dudum a Barbaris occupatas, per multa et grauia bella deletis tandem hostibus ad perfectum liberauit. Bella deinde ciuilia, equidem sanguine plurimo duo gessit, unum in oriente, quo Saturninum tyrannide subnixum oppressit et cepit; aliud, quo Proculum, et Bonōsum apud Agrippinam magnis preliis superatos interfecit [4] Gallis, et Pannoniis apud Sirmium quoque et Mesiam uineas conseri jussit, et Prouincialibus colendas dedit. Hic cum innumera bella gessisset, pace patrata, dixit: Breui milites necessarios non futuros;' uir acer, strenuus, justus, et qui Aurelianum equaret gloria militari; morum autem ciuilitate superaret. Interfectus est apud Sirmium tumultu militari in turri ferrata [5].

Beda:

"Secundo hujus anno, ut in Chronicis Eusebii legitur, juxta Antiochenos CCCXXV anni "juxta Tyrios CCCCII juxta Laodicenos CCCXXIIII, juxta Edessenos DLXXXVIII, juxta Ascalonitas "CCCLXXX, secundum Hebreos initium LXXXVI, Iobelei, quo significat annos quattuor milia CCL, "Archelaus Mesopotamie episcopus librum disputationis sue, quam habuit aduersus Manicheum "exeuntem de Perside Syro sermone composuit, qui translatus a Grecis habetur a multis„.

a. C. 285 u. c. 1039 Anno ab incarnatione Domini CCLXXXV et anno ab urbe condita MXXXVIII Carus Narbonensis tricesimus secundus ab Augusto suscepit imperium, ac biennio tenuit, qui dum filios suos Carinum, et Numerianum consortes regni effecisset [6], bellum aduersus Sarmatas gessit, sed nunciato Persarum tumultu, ad orientem profectus est; res contra Parthos [7] nobiles egit, ipsosque prelio fudit, urbes Coelenen [8] et (A)[c]tesifontem nobilissimas cepit, et cum castra super Tigridem haberet, fulmine ictus interiit. Numerianus filius ejus, quem secum c. 98 a Cesarem ad Persas duxerat, adolescens egregie indolis, cum oculorum 'dolore correptus in lectulu ueheretur, fraude Apri soceri sui impulsus et interfectus est. Interea Carinus, quem Cesarem ad Parthos proficiscens Carus in Illyrico, Gallia, et Italia reliquerat, omnibus se sceleribus inquinauit, plurimos innoxios, fictis criminibus occidit, matrimonia nobilia corrupit, condiscipulis quoque, qui eum in auditorio uerbi fatigatione taxauerant, perniciosus fuit, atque omnibus hominibus inuisus, non post multum a Diocletiano difficili bello et maximo labore Gaius a. C. 283-296 apud Margum superatus; ac propter flagitia sua penam dedit uite [9]. Gajus, natione Dalmata, ex genere Diocletiani, ex patre Gajo, post Euthichianum urbis Rome episcopum suscepit cathedram, seditque annis undecim mensibus quattuor. Hic constituit, ut ordines in ecclesia sic ascenderent, ut esset hostiarius, lector, exorcista, accolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, et exinde episcopus ordinaretur. Hic fugiens persecutionem Diocletiani in cryptis

---

1. super *C* - *dopo* et *C aggiunge:* de - institucionis *B C* — 4. MXXXII *C* — 5. amministracionem *C* — 6. quatuor *C* — 7. bella] nelia *C* — 7-8. plurimo sanguine *C* — 8. opresit *C* — 10. censeri *B e il Sassi* — 12. Aureliano *C* — 13. ciuitate *C* — 16. Laudicenos *A* — 17. Iubelei *B* — 20. Anno domini *C* — 21. Nabornensis *C* - secundus] XXXII *C* — 22. esse fecisset *C* — 23. set *C* - ab oriente *B* - perfectus (*sic*) *C* — 24. Actesi *C;* Iesifontem *B;* Atesifontem *A; accetto la lezione di* Eutrosius, IX, 18 — 25. Numerarius *C* — 27. lectulo *B* — 28. Illirico *C* - Ytalia *C* — 31. honorius *C* - Diocliciano *C* — 32. flagicia *C* - vite dedit *C* — 33. Diocliciani *C* — 34. menses *C* — 35. Ostrarius *B;* esset hostiarius *C* - accolitus *C* — 36. persecucionem *C* - Diocliciani *C*

[1] Hieronymus, *op. cit*, cap. LXXIII (pp. 47 e 48).
[2] Eusebius, p. ediz. cit., p. 393 *D*.
[3] Orosius, XII, 24, 2 (p. 263) ed Eutropius, IX, 17 (p. 160).
[4] Orosius, loc. cit.
[5] Eutropius, loc. cit.
[6] Orosius, lib. e cap. cit., § 4.
[7] Eutropius, IX, 18, dice: *Persas.*
[8] Eutropius, loc. cit.: *Cochen;* Orosius, loc. cit.: *Cochem.*
[9] Eutropius, IX, 18 e 19 (pp. 160 e 162). "a Diocletiano difficili bello et maximo labore Margum superatus ac propter flagitia sua„ è interpolazione di R parafrasando lo stesso Eutropio, c. 20.

habitando per annos nouem, ab eodem Dioclitiano martyrio coronatur [1]. Marcellinus, natione Romanus, ex patre Projecto, post hunc in Romanum eligitur episcopum seditque annis octo, mensibus quattuor [2]. Pierius presbyter Alexandrie, sub Theodone episcopo tunc florentissime populos docuit et tantam sermonis diuersorumque 'tractatuum, qui usque hodie extant, inuenit elegantiam, ut Origenes junior uocaretur; uir mire parsimonie, paupertatis appetitor, qui post persecutionem, omni tempore uite sue Rome uersatus est [3]. *Marcellinus* a. C. 296-304 c. 98 b

Anno ab incarnatione Domini CCLXXXV[II], et anno ab urbe condita MXLI Diocletianus tricesimus tertius ab Augusto, ab exercitu imperator electus, xx annis in imperio fuit [4]; uir Dalmatia oriundus, et obscurissime natus, adeo ut a nonnullis cujusdam senatoris libertinus fuisse credatur. Is primum militibus in concione jurauit. Numerianum nullo suo dolo interfectum [5]; ut autem potestatis copiam habuit, Aprum interfectorem Numeriani manu sua interfecit. Dehinc postquam Carinum superauit, cum in Gallia Amandus, et Elianus collecta rusticanorum manu, quos Vacandas uocabant, perniciosos tumultus excitauissent, Maximianum, cognomento Herculium, Cesarem fecit, misitque in Gallias, qui facile agrestium hominum imperitiam, et confusam manum militari uirtute compescuit. Deinde Carausius quidam genere infimus, sed consilio, et manu promptus, qui seuere militie famam fuerat consecutus, cum ad obseruanda Oceani litora, que tunc Franci, et Saxo'nes infestabant plus in perniciem, quam in profectu reipublice ageret, ereptam predonibus predam nulla ex parte restituendo dominis, sed sibi soli uendicando, accendit suspicionem, quia ipsos quoque hostes ad incursandos fines artifici negligentia permitteret: quamobrem a Maximiano jussus occidi, purpuram sumpsit, ac Britannos occupauit. Igitur per omnes Romanorum fines subitarum turbationum strages concrepuerunt, Carausio in Britannia rebellante, Achilleo in Egypto, cum et Africam Quinquegentiani infestarent. Narseus autem rex Persarum orientem bello premeret. Hoc periculo Diocletianus permotus, Maximianum Herculeum ex Cesare fecit Augustum, Constantium uero et Maximianum Galerium Cesares legit; quorum quidem Constantius nepos Claudii per filias esse traditur [6]. Constantius Herculei Maximiani priuignam [7], Theodoram nomine, accepit uxorem, ex qua sex filios fratres Constantini habuit Galerius autem filiam Diocletiani, Valeriam [8] nomine, accepit uxorem. Carausius Brittannia sibi per septem annos fortissime uendicata, tandem fraude Alecti socii sui interfectus est. Alectus postea ereptam Carausio insulam per triennium tenuit: quem Asclepiodotus prefectus pretorii oppressit, Brittanniamque post 'decem annos recepit. Constantius uero Cesar in Gallia primo prelio ab Alamannis profligato exercitu suo, uix ipse subreptus est; secundo autem secuta est satis secunda uictoria: nam paucis horis sexaginta millia Alamannorum cesa referuntur. At Maximianus Augustus Quinquegentianos in Africa domuit. Diocletianus autem Achilleum obsessum per

a. C. 287 u. c. 1041 c. 99 a c. 99 b

2. Piecto (*sic*) *A* — 5. eleganciam *C* — 7. Anno Domini *C l'anno 1285 è evidentemente errato* - Dioclinacius *C* — 9. Dalmacia *C* — 10. his *C* contentione *A* — 12. Helianus *C* — 13. Aacandas *A* - excitauiscent *C* — 14. Herculeum *B* — 15. impericiam *C* — 16. set *C* - milicie *C* — 17. littora *C* - *dopo* infestabant *C aggiunge:* positus — 18. perfectu *C* — 19. set *C* — 20. neglicencia *B C* — 21. Brittannias *C* - *in C manca:* per — 22. Brittannia *C* — 22-23. quinque Gentiani *B;* Gienciani *C* — 24. Dioclicianus *C* - Herculium *C* - Constantinum *C* — 25. Constancius *C* — 26. Constantius autem Herculeo *B;* Constancius Herculii *C* — 27. Galarius *C* - Diocliciani *C* — 28. Britanniam *B* — 29. Allecti, Allectus *C* - arreptam *A* — 30. Ascepiodotus *B* - pretorio *B* - Britanniam *B* — 31. Constancius *C* — 34. quinque Gentianos *B* Gencianos *C* - Dioclicianus *C* - Achilleo oppresso *B*

[1] Cf. *L. P.*, I, 29, che riporto per chiarire il testo bediano: " Hic constituit ut ordines omnes in ecclesia " sic ascenderetur: si quis episcopus mereretur, ut esset " ostiarius, lector, exorcista, sequens, subdiaconus, dia- " conus, presbiter, et exinde episcopus ordinaretur. Hic " fugiens persecutionem Diocletiani in criptis habitando, " martyrio coronatus post annos VIII.... ". Cf. Duchesne, *op. cit.*, Introduzione, p. XCVIII sg.

[2] *L. P.*, I, 30, dice che sedette " an. VIIII, m. IIII, " d. XVI ".

[3] Hieronymus, tip. cit., cap. LXXVI (p. 49).

[4] Orosius, VII, 25, 1 (pp. 263 e 264).

[5] Eutropius, IX, 20 (p. 162).

[6] " *Quorum quidem Constantius nepos Claudii per* " *filias esse traditur* " è interpolato, nel testo Orosiano (VII, 25 1 sg.), copiandolo R dal testo simile di Eutropius, IX, 22 (p. 162), che anche Orosio tenne presente nella sua compilazione.

[7] Orosius, VII, 25, 5.

[8] Eutropius, loc. cit.

octo menses, apud Alexandriam [1] direptioni dedit, Egyptum totam proscriptionibus, cedibusque fedauit. Preterea Galerius Maximianus, cum duobus jam preliis aduersus Narseum conflixisset, tertia inter Gallinicum, et Carras congressus, et uictus, amissis copiis ad Diocletianum refugit: a quo arrogantissime susceptus est [2], ita ut per v milia [3] passuum purpuratus ante uehiculum ejus cucurrisse referatur. Verum hac contumelia, quasi cote ad uirtutem usus est [4], mox per Illyricum, et Mesiam undique copias contraxit [5], Narseum magnis consiliis, uiribusque superauit. Extinctis Persarum copiis, ipsoque Narseo in fugam coacto, castra ejus inuasit, uxores, sorores, liberosque cepit, immensam uim gaze Persice diripuit, captiuos, quamplurimos Persarum nobilium abduxit: reuersus in Mesopotamiam ouans regressus [6] a Diocletiano c. 100 a plurimo honore susceptus est; postea per eosdem duces strenue 'aduersus Carpos, Basternasque pugnatum est. Sarmatas deinde uicerunt; quorum copiosissimam captiuam multitudinem per Romanorum finium dispersere presidia [7]. Diocletianus quippe moderatus callide fuit, sagax, et admodum subtilis ingenii, et qui seueritate sua alienam inuidiam uellet explere; diligentissimus tamen, et solertissimus princeps. In imperio Romano primus regie consuetudinis forma magis, quam Romane libertatis inheserat, et adorari se jussit, cum antea cuncti salutarentur. Ornamenta auri atque gemmarum uestibus, calceamentisque indidit, nam prius imperii insigne in clamide purpurea tantum fuerat, reliqua communia [8]. Herculius autem propalam ferus, uir ad omnem asperitatem, seuitiamque procliuis, inuidus, incommodus, ciuilitatis penitus expers, asperitatem suam uultus horrore significans [9]: hic nature sue indulgens, Dioclitiano in omnibus seuioribus consiliis obsecutus.

" Decima persecutio in Ecclesia ".

Interea Diocletianus in oriente anno nonodecimo ejus imperii et Maximianus in occidente uastari ecclesias, affligi, interficique Christianos decimo post Neronem loco ceperunt, que persecutionibus fere omnibus anteactis diuturnior, atque immanior fuit; nam per decem c. 100 b annos incendiis ecclesia [10], libris quoque exustis,' proscriptionibus innocentum, martyrum cedibus, incessabiliter acta est [11]. " Hec persecutio tam crudelis, et crebra fuit, ut intra unum " mensem decem et septem milia martyrum pro Christo passi inueniantur " [12]. Quo tempore Marcellinus a. C. 296-304 Marcellinus papa territus simul ex quorumdam suasu, et propter acceptam pecuniam a Dioclitiano deceptus turificauit idolis: quamobrem conuenere episcopi Rome ex diuersis prouinciis, non penis, non exiliis, non ipso mortis discrimine pauefacti, numero centum quindecim, qui cum lacrymis et gemitu celebrantes Concilium, sciscitabant cum reuerentia episcopum, si

---

1. aput *B; manca in B* - proscripcionibus *B C* — 2. aduersum *C* — 3. tercio inter Galianicum *C* - Charras *C* - amisit *C* - Dioclicianum *C* — 4. arrogatissime (*sic*) *C* - passum *C* — 5. qua sicuti *C* — 6. Miesiam *C* — 8. inmensam *C* — 9. Dioclіciano *C* — 10. aduersum *C* — 12. Dioclicianum *C* — 14. sollertissimus *C* — 15. formam *C* - inexerat *C* — 16. calciamentis *B C* — 17. clamyde *B* - Herculeus *B* — 18. seruiciamque *C* — 20. Dioclicianum *C* — 21. Ecclesia] *A lo porta come nota marginale di carattere del secolo XVI; B in questo luogo; C nel testo dopo* in occidente vastari Ecclesias, affligi, decima persecutio in ecclesia — 22. Dioclicianus *C* — 23. interficique] *in C iniziale ornata* — 24. persecucionibus *C* — 25. proscripcionibus *B C* — 25-26. cedibus martirum *C* — 26. persecutio *C* - flagrabat *C come in Beda* — 28. et Marcellinus *C* - set propter *C* — 29. hydolis *C* - quamabrem *A* — 31. siscitabant *A;* scissitabant *C*

[1] R omette: *cepit interfecit. Sed immoderata victoria usus.*

[2] Orosius, VII, 25, 9: *exceptus.*

[3] Orosius, loc. cit.: *aliquot milia etc.*

[4] R omette: *per quam detrita regii fastus robigine aciem mentis expediit. Itaque etc.*

[5] R omette: *raptimque in hostem reversus.*

[6] R aggiunge: *ovans regressus.*

[7] Orosius, VII, 23, 1-12 (pp. 263-265).

[8] Eutropius, IX, 26 (p. 166).

[9] Eutropius, lib. cit., cap. XXVII: " Herculius autem propalam ferus et incivilis ingenii, asperitatem suam etiam vultus horrore significans ".

[10] Orosius, lib. e cap. cit., § 13 (p. 265): "....incendiis ecclesiarum, proscriptionibus innocentium.... ".

[11] Orosius, loc. cit. Questo periodo si trova anche in Beda, *Historia ecclesiastica gentis Anglorum*, ediz. Alfred Holder, Freiburg, I, B. und Tübingen, 1882, I, 7 (p. 12).

[12] Beda, loc. cit.

ita res se haberet, ut fama retulerat. Marcellinus uero rem omnem feriatim, confessus est, et se reum esse professus est, adiciens etiam se paratum obedire quicquid illi sibi uoluissent imponere. Ad hec illi: *absit, ut summus pontifex ab aliquo judicetur; negasti tu, negavit et Petrus magister tuus. Et quis Apostolorum ausus fuit eum exinde judicare? Sed egressus foras flevit amare. Tu igitur in sinu tuo collige causam tuam, tuo proprio ore te judica.* Audiens hec Marcellinus: *ob scelus*, inquit, *et Idolatriam, quod infelix commisi, judico me deponendum, anathematizo etiam quicumque corpus meum tradiderit sepulture;* et accepto puluere (c. 101 a) flens posuit super caput suum, et dixit: *heu me avarum, me corrupit aurum, et non possum in sacerdotio manere.* Sicque pergens ad Diocletianum, et grauissimis eum uerbis exasperans, ultro se professus christianum, cum Claudio et Quirino et Antonino capitalem accepit sententiam. Cujus corpus per trigintaquinque dies jacuit inhumatum; noctu uero apparuit apostolorum princeps in uisione Marcello sacerdoti, qui post eum episcopus effectus est, dicens: *Marcelle dormis?* at ille: *quis es Domine?* et ille: *Ego sum princeps apostolorum magister tuus*, et adiecit: *Marcelle corpus meum, quod inhumatum est quare non sepelis?* at ille: *Domine corpus tuum digno cum honore sepultum est.* Et ille: *Corpus Marcellini fratris mei, qui pro Christo sanguinem fudit quare non sepelis? Non legisti in Euangelio sententiam Domini dicentis: omnis, qui se humiliat, exaltabitur? multum se humiliauit, qui indignum sepultura se judicauit. Vade ergo, et sepeli eum juxta me, ut quos non separauit martyrium, quosque justificauit Dei gratia, non diuidat sepultura.* Sicque factum est et sepultus est secus pedes beati Petri [1].

(*Marcellus* a. C. 308-309.) Marcellus natione Romanus, ex patre Benedicto, post hunc leuatur episcopus. Hic fecit cimitera uia Salaria, et uiginti quinque titulos constituit in urbe Roma, et dioceses propter (c. 101 b) baptismum, et penitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, et propter sepulturas martyrum [2]. Huius temporibus uenerabilis matrona Lucina ecclesiam Christi rerum suarum fecit heredem. Quod audiens Diocletianus, dampnauit eam proscriptione, et jussit ut Marcellus episcopus dampnaretur in domo ejusdem matrone ad custodiendum animalia publica, et per quinque annos compedibus ligatus in eodem martyrio perdurans, per epistolas parochias diuidebat. Postea uero christiana religione crescente, domus catabuli in pulcherrimam ecclesiam translata est, que usque hodie sancti Marcelli nomine titulatur [3]. Passus est ea tempestate beatus Mauritius cum una Cristianorum legione apud Rodanum: "passus est Pamphilius Eusebii Cesariensis episcopi necessarius, cuius uitam ipse tribus libris comprehendit"; passi sunt et duodecim fratres, ac beatus Marcus Ecane urbis episcopus, Sergius quoque, et Bacchus, Cosmas, et Damianus, et alii quamplures, innumerabilesque per innumera terrarum loca. Secundo persecutionis anno, Diocletianus ab inuito exegit Maximiano, ut simul purpuram, imperiumque deponerent, ac junioribus in rempublicam substitutis, ipsi

2. adiiciens *B* - eciam *C* — 6. inquid *C* — 7. acepto *C* — 8. capud *C* — 9. sacerdocio *B C* - Dioclicianum *C* — 11. Ejus *B* - xxxvi *C* — 14. sepellis? *C* — 16. legistis *C* — 18. Trade *B* - *A di prima mano:* quos — 21. cemeteria *B* - diocesis *C* — 22. penitenciam *C* — 24. Dioclicianus *C* — 26. ligatos *C* — 26-27. parrochia *C* — 28. *in C manca:* usque — 29. Mauricius *C* - Rhodanum *B;* flumen Rhodanum *C* — 32. Bachus *C* — 33. persecucionis *B C* - Dioclicianus *C* - Maximinianus *C*

[1] Su Marcellino cf. *L. P.*, I, 30 (*op. cit.*, I, p. 162) e più specialmente l'I n t r o d u z i o n e del Duchesne, pp. 73, 74 e 98. Evidentemente R., come il *L. P.*, dovette usare una *Passio sancti Marcellini*, ora perduta. È certo, come nota il Duchesne (I n t r o d u z i o n e, p. LXXIV) "qu'il circulait en Afrique, au IV siècle, des histoires défavorables a Marcellin etc.". Il Duchesne, dopo aver esaminato il valore della tradizione per ciò che riguarda l'apostasia, dice che per il resto la narrazione rientra nello stile ordinario delle passioni romane. "La persécution, continua (p. XCIX), de Dioclétien est caractérisée d'une façon un peau naïve, 17 000 chrétiens égorgés en trente jours. Le pape, touché de repentir, est envoyé au supplice en compagnie de trois autres personnes, Claudius, Quirinus et Antoninus; leurs corps restent exposés pour l'exemple pendant vingt-cinq jours; le prêtre Marcel, le futur successeur de Marcellin, lui donne la sépulture dans un tombeau choisi d'avance par le martys".

[2] *L. P.*, I, 31: "Hic fecit cymiterium Novellae, via Salaria, et XXV titulos in urbe Roma constituit, quasi diocesis, propter baptismum et paenitentiam multorum qui convertebantur ex paganis et propter sepulturas martyrum".

[3] Cf. *L. P.*, loc. cit.; DUCHESNE, *op. cit.*, I, 164 sg. e I n t r o d u z i o n e, p. XCIX.

c. 102 a in priuato otio[1] consenescerent. Itaque sub uno die Diocletianus Nicomedie, Maximianus Mediolani potestatem imperii simul, cultumque deposuerunt[1]. " Attamen cepta semel perse- " cutio usque ad septimum Constantini annum per decem annos feruere non cessat „. Diocletianus priuatus in uilla, que haud procul a Salona est, preclaro otio senuit[2], qui dum ab Herculeo, atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tanquam pestem aliquam detestans, in hunc modum respondit: *Utinam si Salone possetis uiuere, olera manibus uestris magis institui, quam istud temtandum judicaretis*[3]. Galerius itaque Maximianus et Constantius Augusti, primi Romanum imperium in duas partes determinauerunt; ita ut Galerius Illyricum, Asiam, et orientem; Constantius uero Italiam, Africam, Ispaniam, et Gallias optineret. Sed Constantius uir tranquillissimus, Gallia tantum Ispaniaque contentus, Galerio ceteras partes concessit[4]. Constantius quidem uir egregius, et summe mansuetudinis, ac prestantissime ciuilitatis, diuitiis prouincialium, ac priuatorum studens, fisci commoda non admodum affectans, dicensque melius esse publicas opes a priuatis seruari, quam intra unum claustrum teneri[5].

c. 102 b Qui adeo modici cultus sibi curam reseruabat, ut priua'torum aliquando indumentum gereret, atque in amicorum uehiculis sederet. Aliquando etiam dum feriatis diebus cum amicis epulandum esset, priuatorum ei argento petito triclinia decorarentur[6]. Hic omnino amabilis, ac uenerabilis Gallis fuit, precipue quod Diocletiani suspectam prudentiam, et Maximiani sanguinariam potestatem, imperio, ejus euaserunt. Galerius autem uir prone moderationis, et egregius rei militaris, cum Italiam quoque, sinente Constantio, ad administrationem sibi accessisse sentiret: Cesares duos creauit, Maximinum, quem orienti prefecit, et Seuerum cui Italiam dedit: ipse in Illyrico commoratus[7]. Constantius uero sextodecimo imperii sui anno in Britania, Eboraci diem obiit[8]. Qui Constantinum filium ex obscuriore Helene concubine matrimonio sibi natum, ex uite sue tempore ad imperium tulit[9]. " Tertio itaque persecutio- " nis anno, quo et Constantius obiit, Maximinus magis quam Seuerus maleficia et stupra " Christianorum persecutionibus accumulat „. Quo tempore Eusebius natione Grecus ex medico, post Marcellum Romanam rexit ecclesiam annis duobus mense uno. Huius temporibus

c. 103 a inuenta est crux Domini nostri Jhesu' Christi v nonas madii: et baptizatus est Judas, qui et

Eusebius a. C. 309 o 310 Quiriacus uocatur. Qui etiam Eusebius martyrio coronatur, et sepultus est cum fratribus suis[10].

Miltiades a. C. 311-314 Melciades[11] natione Afer huic successit in episcopatu, seditque annis tribus mensibus septem[12]. Hic constituit, ut nulla ratione die dominico, aut quinta feria jejunium quis de fidelibus ageret[13]. Et hic martyrio coronatus est, et appositus ad fratres suos[14]. " Passus est " ea tempestate Petrus Alexandrinus episcopus, cum plurimis Egypti episcopis. Lucianus " quoque uir moribus, et continentia, et eruditione precipuus, Antiochenus presbiter passus est et Thimotheus Rome „, et quamplures alii per diuersa loca.

---

1. imprivato ocio *C* — 2-3. persecucio *B C* — 3. Constantii annum *A* — 3-4. Dioclicianus *C* — 4. ocio *B C* — 5. Herculio *C* - *dopo* atque *C aggiunge:* a — 6. Salonem *C* — 7. Constancius *C* — 9. Constancius *C* - Hispaniam *B* - obtineret *B; obtineret si trova in Hist. Miscella, lib. XI, 45, mentre Orosius ha:* obtinuit — 11-12. prantissime *C;* ciuilitabis (*sic*) *A* — 12. diuiciis *C* — 14. seruabat *C* — 17. Diocliciani *C* - prudenciam *C* — 19. Constancio *C* - amministrationem *B C* — 20. Maximianum *C* — 22. Brittannia *C* - concubine] *in C aggiunto posteriormente* — 23. tercio *B C* — 23-24. persecucionis *C* — 24. Constancius *C* — 25. persecucionibus *B* — 26. II mense I *B C* — 27. Iesu *B* — 28. *in C manca:* Eusebius - coronatus *C* — 33. erudicione *B C*

[1] OROSIUS, VII, 25, 14 (pp. 265 e 266).

[2] EUTROPIUS, IX, 28 (p. 168).

[3] *Historia Miscella*, ediz. cit., lib. X, 45, pp. 239 e 240. Nelle parole riferite vi sono le seguenti varianti: "..... holera nostris manibus instituta, profecto num- " quam istud temptandum iudicaretis „.

[4] OROSIUS, VII, 25, 15 (p. 266).

[5] EUTROPIUS, X, 1 (pag. cit.).

[6] EUTROPIUS, loc. cit. R interpola qualche frase sua.

[7] EUTROPIUS, loc. cit. e cap. II (p. 170).

[8] EUTROPIUS, X, 1.

[9] OROSIUS, loc. cit. ed EUTROPIUS, loc. cit.

[10] *L. P.*, I, 32; ROSSI, *Roma sotterranea*, II, tav. IV, p. 195; IDEM, *Inscr. chr.*, II, pp. 66, 102.

[11] I codici A^6, B^{34}, C^4 del *L. P.* hanno la lezione *Melciades*.

[12] I codici più accreditati del *L. P.* portano: *m. viii;* alcuni tuttavia hanno *vii*.

[13] Copiato dal *L. P.*, I, 33: *Hic constituit .... etc.*

[14] Secondo le varie lezioni del *L. P.* Milziade non fu martire.

Anni Domini CCCVIII Constantinus Constantii ex obscuriore matrimonio Helene filius, et in loco patris exoptatissimus ac moderator, in Britannia effectus imperator est, regnauitque annis xxx mensibus x [1]. " Ab anno autem persecutionis quarto, Maxentius Herculii Maximiani filius Rome Augustus appellatur. Licinius Dacia oriundus, Constantie sororis Constantini uir, Carmunti imperator creatus „. Ita respublica tunc sub nouis quattuor principibus fuit: Constantino, et Masentio filiis Augustorum Licinio autem, et Maximino hominibus nouis [2]. 'Deinde quinto persecutionis [3] anno, inter Constantinum, et Maxentium bellum ciuile exortum est. Maxentius sepe multis preliis fastigatus, ultime ad pontem Moluium uictus, et interfectus est. Maximinus persecutionis incentor, executorque infestissimus, apud Tharsum, dum ciuile bellum contra Licinium disponit, interit [4].

a. C. 308 — c. 103 b

Ieronimus [5]:

Siluester natione Romanus ex patre Rufino, post Melciadem romanam gubernauit ecclesiam, seditque annis xxiii mensibus ix [6]. Hic persecutionem Constantini primo fugiens, exilio fuit in monte Sirapti [7]: et postmodum rediens cum gloria, baptizauit eundem Constantinum Augustum [8]. Sed quia de ejus baptismo uaria scripture pronunciant, dicendum mihi uidetur, quid diuerse scripture sentiant, et cui magis fides sit adhibenda. In decretali epistola Eusebii, sicut ipso narrante cognouimus, legimus, eundem principem post uictoriam Scitharum, qui transmeato Danubio Tracias uastauerant, uenisse Romam, et ab Eusebio episcopo romano cathecizatum, quamuis in multis codicibus, uitio scriptorum reperiatur, eundem a prefato pontifice baptizatum: quod falsum satis euidenter apparet. Quis enim, tanto principe baptizato, auderet christianis necem inferre? Et ipsum ' romanum pontificem Melciadem nomine jugulare? et cujus erat Tarquinius, nisi romani imperatoris prefectus, qui Timotheum christianissimum uariis tormentis interemit, et Siluestrum eiusdem Timothei hospitem carcerali mancipauit custodia? et cuius persecutiones fugiens Siluester episcopum in montem Sirapti latebram fouebat? Quia uero regius animus implicitus curis per multa distenditur, a beato Eusebio cathecizatus distulit baptismum, quod postea, fauente gratia, reuelatione apostolorum commonitus, occasione recuperande salutis a beato susciperet Siluestro. Et ita hoc esse indubitanter catholica credit ecclesia [9]. Illud uero, quod in historia ecclesiastica tripartita legitur; eumque usque ad mortem distulisse baptisma, et in Nicea ciuitate in Arriana fide baptizatum, mirabiliter abhorret a uero. Quis enim nisi mente captus crediderit, tantum uirum, sub quo Nicena Sinodus trecentorum decem et octo patrum sanctorum, in qua fides nostra recitata est, et Arrius cum suis complicibus dampnatus, errori se uellet mancipari dampnato, maxime cum et Arrium sciret sanctorum patrum, et sua auctoritate dampnatum, et Constantinopoli, Dei judicio turpissima morte multatum? Beatus autem Siluester ' priuilegium meruit a Constantino Augusto, ut omnes episcopi sint subiecti romano pontifici, ut iudices impera-

Silvester a. C. 314-335 — c. 104 a — c. 104 b

1. Constancii *C* — 2. Brittannia *C* - effctus] creatus *C* — 3. menses *C* - persecucione *C* - Maxencius *C* — 4. apelatur *B C* - Constacie *C* — 5. in tempore creatur *C* — 6. Maxencio *C* — 7. Maxencium *C* — 8. Moliuum — 9. aput *C* — 11. Hieronymus *C* — 13. annos *C* — 15. Set *C* - varie scriptura pronuciat *C* - michi *B C* — 16. senciat *C* — 17. narante *C* - Sitharum *A* — 18. Tracias *B* — 19. catechizatum *B* - uicio *C* - prephato *C* — 21. Milciadem *B C* — 25. *dopo* animus *C aggiunge:* variis — 26. cathechizatus *B* — 28. historia tripartita ecclesiastica *C* — 29. eum usque *B* — 30. aborret *C* — 31. Nicea *A* — 32. damnatus *B* - damnato *B* — 33. damnatum *A B* — 33-34. Constantinopolim *C*

[1] Orosius, VII, 26, 1; Eutropius, X, 2; Beda, *De sex aet. etc.* (p. 113). Gli anni del regno di Costantino sono computati secondo Beda; Orosio dà la cifra intera di trentun' anni.

[2] Eutropius, X, 4 (p. 172).

[3] *Imperii*, dice Eutropius.

[4] Eutropius, loc. cit.

[5] L'indicazione di Hieronymus qui è sbagliata.

[6] *L. P.*, I, 34, ha: *a. 23, m. 10.*

[7] *L. P.*, loc. cit., in alcuni codici, come ad es. in A^2 e A^{16}, ha: *Syrapti* e *Syraptin;* i codici più autorevoli leggono: *Seracten* e *Soracte.*

[8] Da " in monte.... „ ad " Augustum „ copiato da *L. P.*, loc. cit.

[9] " Quanti faciendi sit haec propositio, et ea, quae " sequuntur, eruditi norunt, vide Pagium ad an. 324 „, annota il Sassi.

tori. Huius temporibus factum est Concilium cum ejus precepto in Nicea Bythinie, et congregati sunt trecentum decem et octo episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram catholicam immaculatam, et damnauerunt Arrium, et Fotinum, et Sabellium hereticos, uel eorum sequaces. In Urbe uero Roma congregauit ipse cum consilio Augusti ducentos octoginta episcopos, et dampnauit iterum Calixtum, Arrium et Fotinum, ac Sabellium hereticos constituit chrisma ab episcopo confici, et ut baptizatum statim et a fonte leuatum liniat presbyter crismate in uertice, propter occasionem transitus mortis. Hic constituit, ut Romanus presul a nullo judicetur, et ut presbyter non condemnaretur, nisi sub quadraginta testium certa comprobatione. Et ut minoris ordinis aliquis majorem non posset accusare. Et ut nullus laicus clerico crimen audeat inferre, et ut clericus ante laicos non judicetur; et ut nullus clericus propter causam suam quamlibet in curiam introiret, nec contra iudicem du-
c. 105 a ceretur, nisi in ecclesia tantum. Hic constituit ut diacones dalmaticis in ecclesia uterentur, et ut sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto celebretur, nisi tantum in lineo terreno procreato, sicut corpus domini nostri Jhesu Christi in syndone munda sepultum est. Constituit etiam, ut si quis desiderare in ecclesia militare, aut proficere, ut esset lector die xxx, exorcista dies triginta, acolitus annos v, subdiaconus annos v, diaconus annos vii, presbyter annos iii, probatus ex omni parte, etiam et ab his, qui foris sunt, testimonium habere bonum, unius uxoris uirum, uxorem a sacerdote benedictam, et sic ad ordinem episcopatus accederet. Et ut nullus majoris, uel prioris ordinis locum inuaderet, sed ordinem temporum cum religionis pudore cognosceret. Constituit etiam, ut si quis reus mortis ad ecclesiam confugerit, judiciu mortis euadat [1].

Beatus autem Siluester catholicus et confessor quieuit in pace, et sepultus est Rome juxta palatium Octauiani, ad locum, qui dicitur Caput [2]. Constantinus igitur post decem annos, quam a persecutoribus ecclesia uexabatur, de persecutione christianus effectus pacem ecclesie indulsit [3]. Iste uir ingens, et omnia perficere [4] nitens que in animo preparasset, simul
c. 105 b principatum totius orbis affectans Licinio bellum intulit [5]: Licinius autem auaritie cupidine omnium pessimus, neque alienus a luxurio uenerio, asper admodum, haud mediocriter impatiens, infestus literis, quas, per inscientiam, uirus ac pestem publicam nominauit, precipue forensem industriam diligebat, rusticanus, eo quod ab eodem genere ortus alitusque erat, satis inutilis, ac malitie custos [6]. Hic itaque repentina rabie suscitatus, omnes christianos e palatio suo iussit expelli. Mox bellum inter Constantinum, et ipsum Licinium efferbuit: sed Constantinus Licinium in Pannonia primum uicit, deinde apud Kiala [7] oppressit, uniuersaque

1. Nicena Bitinia *C* — 2. *in C aggiunto sotto il rigo:* fidem — 3. dampnaverunt *B* - Photinum *B C* — 5. Photinum *B C* — 6. *dopo* ut *C aggiunge:* episcopus batizatum consignet papam hereticam suasionem. Constituit etiam ut.... — 7. chrismate *B* — 8. condempnetur *C* — 9. comprobacione *C* - maiorem se non poscet *C* — 11. contra] ante *B C* — 11-12. diceret *C* — 14. *dopo* syndone *C aggiunge:* linea — 15. desiderasset *C* — 18. *in B manca* ad ordinem; ordinis *C* — 19. ordine *C* - set *B C* — 20. eciam *B C* — 23. Capud *C* — 26. tocius *C* - auaricis *C* — 27. luxuria uenerea *B* — 28. litteris *C* - inscienciam *B C* — 29. negligebat *B* - eo *C* - altusque *C* — 30. utilis *C* - malicie *B C* — 31. efferuuit *C; Orosius ha* efferbuit - set *B C* — 32. Pannoniam uicit primum *C; la lezione accolta è conforme alla Orosiana* - aput *C* - Kiala *B*

[1] Cf. Mombritius, *Sanctuarium, sive Vitae sanctorum collectae ex codicibus mss.*, Milano (senza data) forse 1475, vol. II, foglio 279, cit. dal Duchesne, Introduzione, p. cx. Per il resto cf. lo studio accurato del medesimo Duchesne (pp. cix a cxx dell'Introduzione) e *L. P.*, I, p. 170 sg., dove sono discussi i vari testi della "Vita Silvestri".

[2] *L. P.*, I, p. 187 dice che Silvestro fu sepolto in "cymiterio Prescellae, via Salaria, ab urbe Roma miliario iii.... ". Cf. a p. 201 dello stesso volume la nota 123.

[3] Orosius, VII, 28, 15 (p. 272).

[4] Eutropius, X, 5 (pag. cit.): *efficere.*

[5] Eutropius, loc. cit., pag. cit.

[6] Interpolazione di r. Il brano di Orosius, VII, 28, 12 (p. 272), riprodotto in gran parte in *Hist. Miscella*, lib. XI, 5 (p. 243), è il seguente: ".... putrefacto introrsum pectore et vitalibus dissolutis, cum ultra horrorem humanae miseriae etiam vermes eructaret neque medici ultra iam foetorem ferentes crebro iussu eius occideretur etc..... ".

[7] Orosius, VII, 28, 19 (pag. cit.): *apud Cibalas; Hist. Miscella*, XI, 11 (p. 247) aggiunge: " iuxta paludem Hiulcam "; evidentemente *Kiala* è falsa lettura di *Hiulcam.*

Grecia potitus Licinium crebris bellis terra marique assurgentem et repressum, tandem ad deditionem coegit[1]: priuatum jussit occidi anno dominationis sue fere quintodecimo[2]. Quamuis omnibus jam ministris nefarie persecutionis extinctis[3], Alexandrine urbis presbyter a ueritate fidei catholice deuians, exitiabile plurimis dogma constituit. Qui simul ut primum Alexandrie uel notus, uel notatus inter confusos uulgo sectatores, insectatoresque factus est ab Alexandro ejusdem tunc urbis episcopo pulsus ecclesia est. Cumque homines, quos in errorem seduxerat etiam in seditionem excitaret, apud Niceam urbem Bithi'nie conuentus trecen- 106 a
torum decem et octo episcoporum factus est, per quos Arrianum dogma exitiabile, et miserum esse euidentissime deprehensum, palam proditum ac reprobatum est. Sed inter hec latent cause, cur uindicem gladium et destinatam in impios punitionem Constantinus imperator etiam in proprios egit effectus. Nam Crispum filium suum interfecit, et Licinium filium sororis, postquam Cesares sunt creati, occidi jussit[4]. Preterea multas gentes diuersis preliis subegit[5], innumere in eo animi corporisque uirtutes claruerunt, militaris glorie appetentissimus, fortuna sibi in bellis prospera fuit, industria sagacissimus, ciuilibus artibus deditus, insectator justi amoris, quem sibi et liberalitate, et docibilitate quesiuit: sicut in nonnullis amicis dubius, ita in reliquos egregius, nullam occasionem pretermittens, quo opulentiores eos clarioresque prestaret[6]. Multas leges abrogauit[7], quasdam bonas et equas, plerasque superfluas, nonnullas seueras. Urbem nominis sui, Romanorum regum uel primus, uel solus instituit, que sola espers idolorum, ad hoc breuissimo tempore condita a Christiano imperatore prouecta est, ut sola Rome tot seculis miseriisque prouecte, forma et potentia merito possit equari[8].
Tunc beatus Nicolaus Mirensis episcopus uirtutibus radiabat. c. 106 b

Constantinus uero imperator primum juxto ordine et pia uice uertit edictum, siquidem statuit, extra ullam hominum cedem templa claudi, et Christianorum ecclesias aperiri[9]. Mox Gothorum fortissimas, et copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu, hoc est in Sarmatarum regione, deleuit. Quemdam Calocerum in Cypro aspirantem nouis rebus oppressit (cum) Tricennalibus suis Dalmatium Cesarem legit. Cumque bellum in Persas moliretur, in uilla publica juxta Nicomediam, dispositam bene rempublicam filiis tradens, diem obiit anno imperii sui XXXI etatis autem LXVII[10].

" Constantinus autem fecit Rome, ubi baptizatus est „, basilicas istas, quas et ornauit. Basilicam Constantinianam, ubi posuit ista dona: fastigium[11] argenteum battutile, quod habet in fronte Saluatorem sedentem in sella cum pedibus v ponderans[12] libras cxx, et duodecim apostolos, qui pensant singuli in quinis pedibus libras xc cum coronis argenti purissimi. Item a tergo respicientem in absida Saluatorem sedentem in throno in pedibus v ex argento pu-

1. assurgentem] astrictum *A B; la lezione di C è conforme a quella d' Orosio* — 2. dominacionis *C* — 3. *in C aggiunto al di sopra del rigo:* jam - nefariis *C* - Alexandrie *A* — 4. fide catholica *C* - exiciabile *C* — 6. eps *C* — 6-7. errore *C* — 7. eciam in sedicionem *B C* — 8. exiciable *C* — 9. *in C manca:* est - Set *BC* — 10. functionem *invece di* punitionem *C* — 11. eciam in priores *C* - et fetus *B*; Orosius, *VII, 28, 26:* affectus — 16. qua *B* - opulenciores *C* — 19-20. tempore condita perfecta est *B C; la lezione di C è conforme a quella d'*Orosius, *VII, 28, 27 (p. 273)* — 22. Constantinus] *in C capolettera miniata* — 25. Calocerum quedam *C* — 26. Dalmacium *B C* — 27. posita dispositam *B* — 29. *in A B manca:* Rome, *che si trova nel passo copiato di Beda* — 33. trono *C*

[1] R omette: "sed Herculii e Maximiniani soceri " sui motus exemplo, ne iterum depositam purpuram in " perniciem reipublicae sumeret „.

[2] *Anno dominat. etc.* è aggiunto da R.

[3] R omette metà del § 21 e tutto il 22, del capitolo di Orosio citato.

[4] R aggiunge al testo Orosiano, VII, 28, 26 (p. 273): *postquam etc.*, fino *iussit.*

[5] Orosius, VII, 28 cit., §§ 18-26 (pp. 272-273) che parafrasa Eutropius, loc. cit.

[6] Eutropius, X, 7 (p. 174). R muta però alcune parole.

[7] Eutropius, X, 8, legge: *rogavit.*

[8] Orosius, VII, 28, 27.

[9] Orosius, VII, 28, 28 (p. 273): " Tum deinde pri- " mus Constantinus iusto ordine et pio vicem vertit: " siquidem statuit extra ullam hominum caedem paga- " norum templa claudi „.

[10] Fino ad *obiit,* copiato da Orosius, loc. e cap. cit., §§ 29-31 (p. 273 cit.). Beda dice (op. cit.) che Costantino regnò trent'anni e dieci mesi.

[11] *L. P.*, I, 34 (Duchesne, I, p. 172: *fastidium*) però *fastigium* si trova nei codici *B*[6], *E*. Cf. nota 29, vol. cit., p. 191.

[12] *L. P.* cit.: *pens.*

rissimo ponderans libras cxxxx, et angelos IIII ex argento in pedibus v ponderantes singuli c. 107 a libras cv[1] cum gemmis a'labandenis in oculos tenentes hastas; fastigium ipsum, ponderantes libras duo milia xxv[2]. Fastigium ex auro purissimo cum delfinis L cum cathena, qui ponderant libras xxv. Coronam[3] ex auro purissimo cum delfinis xx pensantes libras singule xv. Cameram basilice ex auro trimitam in longum, et in altum libras quingentas[4]: altaria VII ex argento purissimo, ponderantia singula libras cc. Reliqua utensilia basilice, que constituit in opus ministerii, siue ex auro, siue ex argento, qui uult pleniter scire, inueniet in gestis pontificum Romanorum[5]. Fontem sanctum, ubi baptizatus est Constantinus Augustus, ex lapide porfiretico, et omni parte coopertum intrinsecus, et foris, et desuper, et quantum aqua continet, ex argento purissimo libras tria milia VIII. In medio fontis columna porfiretica, que portat fialam auream, ubi candela est, que pensat auri purissimi libras LII, ubi ardet balsami libras ducentas. Nixum ex tippa amianti in labro[6] fontis agnum ex auro purissimo fundentem aquam, qui pensantes libras xxx; ad dexteram agni Saluatorem ex argento purissimo in pedibus v qui pensantes libras DXX[7] in leua agni beatum Johannem Baptismam ex argento c. 107 b in pedibus v tenentem titulum scriptum: *Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi,* qui pensant libras c[8]. Ceruos ex argento purissimo v[9] fundentes aquam, qui pensant singuli libras LXXX. Timiamatherium ex auro purissimo, quod pensat libras x cum gemmis prassinis et hiacyntinis ex undique numero XLII[10]. Reliqua dona, que obtulit Constantinus Augustus domui sancti Fontis, ac massas per singula loca, seu et alia plurima, inuenies in gestis Romanorum Pontificum[11].

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Petro apostolo in templo Apollinis, cujus locum corpus sancti Petri ita recondidit. Ipsum locum undique ex ere Cypro conclusit, quod est immobile; ad caput pedes v: ad pedes pedes v, subter pedes v, supra pedes v. Sic inclusit corpus beati Petri apostoli, et recondidit, et exornauit, supra columpnas porfireticas, et aliquas columpnas uitineas, quas de Grecia perduxit. Fecit autem cameram basilice ex auro fulgentem, et super corpus beati Petri, quod ere conclusit fecit crucem auream purissimam, pensantem libras LC in mensura loci pensantem, ubi scriptum hoc:

CONSTANTINUS AUGUSTUS ET HELENA AUGUSTA HOC DONUM REGALE SIMILI FULGORE CORRUSCANS AULA CIRCUMDAT.

Scriptum ex litteris nigellis[12].

c. 108 a Eodem tempore fecit basilicam beato Paulo apostolo ex' suggestione Siluestri episcopi, cujus corpus sanctum ita recondidit in ere, et conclusit, sicut corpus beati Petri. Constantinus Augustus donum obtulit sub Tharso[13] Cilicie insulam Cordianon, que prestat solidos DCCC.

---

1. ponderane *C* — 2. allabandenice *B C* - fastidium *L. P.* — 3. delphinis *B* - catena *C* — 5. trinitam *B* — 7. ponderantias singulas *C* — 7. gesta *C* — 10. porphiretico *B* — 11. fiolam *A C* — 12. extippa *C;* ex typpa *B. C.* — 13. pensan. *A B* auro *A B, mentre L. P. ha:* argento — 16. pesat *C*; pensant *C* — 18. lacintinis *C* — 21. *in C manca:* Augustus — 23. *A ripetuto* ad pedes — 25. porphyretur *B* - uitineis *C* — 26. *dopo* fecit *C aggiunge:* et — 27. *in A manca:* CL; *C ripete:* libras LC etc. — 28. simile *A B* — 28-29. coruscans *B* — 29. circundat *C* — 30. literis *A B* — 32. *in C manca:* corpus, *come in L. P.* — 33. *dopo* Augustus *C aggiunge:* et - optulit *C* - Tarso *C*

[1] *L. P.:* "…. angelo IIII ex argento, qui pens. "sing. in pedibus v, lib. CV".

[2] R omette: "ex argento dolaticio".

[3] *L. P.:* "Camaram ex auro purissimo et farum "ex auro purissimo qui pendit sub fastidium cum del"finos L ex auro purissimo, pens. lib. L, cum catenas "qui pens. lib. XXV".

[4] *L. P.:* "Coronas IIII etc.".

[5] *L. P.:* "….et in latum, lib. D".

[6] *L. P.,* loc. cit., pp. 172, 173, 174.

[7] R omette: *baptisterii.*

[8] *L. P.:* "libros CLXX".

[9] *L. P.:* *vii.*

[10] La lezione di R è conforme alla classe *B, C* e *D* dei codici del *L. P.;* cf. varianti dei mss. a p. 174 del Duchesne. È molto probabile che R abbia avuto fra mano il ms. *Neapolitanus,* IV, *A,* 8 del secolo VII.

[11] *L. P.,* vol. cit., p. 174 sg.

[12] *L. P.,* vol. cit., p. 176.

[13] Da *Constantinus* ad *obtulit,* manca in *L. P.*

Nam omnia uasa sacrata aurea, uel argentea, aut erea composuit[1], sicut in basilica beati Petri apostoli, ita et beati Pauli apostoli ordinauit. Sed et crucem auream super locum beati Pauli apostoli posuit, pensantem libras CL. Donauitque eodem loco[2] sub ciuitate Tyria possessionem[3] Comitum prestantem solidos DL. Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in palatio Sessoriano ubi de ligno sancte crucis domini nostri Jesu Christi posuit, et in auro et gemmis conclusit, ubi et nomen ecclesie dedicauit, que cognominatur usque hodie Ierhusalem; in quo loco constituit pretiosa dona ista[4]: candelabra ante lignum sanctum lucentia argentea[5] quatuor, secundum numerum quatuor euangeliorum ponderantia singula libras LXXX[6].

Eodem tempore fecit basilicam sancte Agnetis martyris, ex rogatu filie sue: et baptisterium in eodem loco, ubi et baptizata est soror ejus Constantia, cum filia Augusti[7].

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Laurentio martiri uia Ti'bur- *c. 108 b* tina in agro Verano, supra arenario cripte: et usque ad corpus sancti Laurentii martyris fecit gradus ascensionis, et descensionis. In quo loco construxit absidam, et exornauit marmoribus porfireticis, et desuper loci inclusit de argento, et cancellis de argento purissimo ornauit, qui ponderant libras mille, et cetera dona obtulit copiosa[8].

Hisdem temporibus Constantinus Augustus fecit basilicam uia Lauicana inter duos lauros beato Petro, et Marcellino martyri, et Mausoleum, ubi beatissimam Augustam matrem suam posuit in sarcophago porfiretico[9].

Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in ciuitate Hostia, juxta portum urbis Rome, beatorum apostolorum Petri, et Pauli, et Johannis Baptiste[10].

Hisdem temporibus fecit Constantinus Augustam basilicam in ciuitate Albanense sancti Johannis Baptiste[11].

Fecit et Constantinus Augustus intra urbem Capuam basilicam apostolorum, que cognominauit Constantinianam, in qua plurima posuit dona[12]. Fecit quoque basilicam in urbe Neapoli[13].

Marcus natione Romanus, ex patre Prisco, Siluestro successit in episcopatu, seditque *Marcus a. C. 336* annis II, mensibus VIII. Hic constituit, ut episcopus Hostie, cum ab eo episcopus urbis Romae consecratur, pallio uteretur[14]. 'Et constituit in ecclesia omnibus diebus dominicis, et in *c. 109 a* natalitiis apostolorum post euangelium, symbolum ab omni clero, et populo alta uoce cantari. Et hic requieuit in pace, et sepultus est in ecclesia beati Petri apostoli, cujus fundamenta Constantinus imperator octauo die post baptismum suum, terram ipsemet fodiens[15], primus imposuit, et ad finem, ut est cernere, usque perduxit[16].

---

3. *in A B manca:* apostoli; *accetto la lezione di C conforme ad L. P.* — 4. Eodem] *in C iniziale miniata* — 5. Sorsoriano *A C* - Ihesu Christi *C* — 7. Hierusalem *B* — 8. lucencia argentea quattuor *C* — 10. sancte martiris Agnetis *C* — 11. Constancia *B C* — 12. Laurencio martiri *C*; Laurentio martyri *B* — 13. super arenaria cripta *B* - beati Laurencii — 15. porphireticis *B* - induit *B*; conclusit *L. P.* - 18. Mausoleum] moesi leuitici *C* — 18-19. matrem suam Augustam in sarcofago porfiretico *C* — 24-25. quam cognominavit *B* — 28. annos II menses VIII *C* — 32. baptisma *C*

[1] *L. P.: posuit.*

[2] R aggiunge: *donavitque eodem loco.*

[3] *L. P.: possessio.*

[4] R omette in seguito alcune altre donazioni. Cf. *L. P.*, pp. 178, 179.

[5] *L. P.*, vol. cit., p. 179: "in quo loco hoc constituit donum ".

[6] *L. P.*: "quae lucent ex argento.... ".

[7] *L. P.*, loc. cit. R omette il resto.

[8] *L. P.*, vol. cit., p. 180. R omette: "a Silvestro episcopo, ubi et constituit donum hoc " con l'elenco dei doni.

[9] *L. P.*, vol. cit., p. 181. Dopo *M* (*L. P.*) ha: "et ante ipsum locum in crypta posuit etc. " con l'elenco dei doni.

[10] *L. P.*, vol. cit., p. 182: "Eisdem temporibus fecit Augustus Constantinus basilicam beatis martyribus Marcellino presbytero et Petro exorcistae in territurio inter duos lauros et mysileum ubi mater ipsius sepulta est Helena Augusta, via Lavicana, miliario III ".

[11] *L. P.*, vol. cit., p. 183.

[12] *L. P.*, p. 184.

[13] *L. P.*, p. 185.

[14] *L. P.*, p. 186. R omette poi tutto il resto della p. 187.

[15] *L. P.*, I, XXV (p. 202).

[16] *L. P.*, loc. cit. dice che Marco fu sepolto "in

Julius papa Julius natione Romanus ex patre Rustico, post hunc papalem suscepit apicem, seditque annis xv mensibus ii. Huius precepto orientales episcopi thronos suscepere. Et constituit, ut omnia monumenta cartarum ecclesiasticarum rerum, per romane ecclesie fierent Primi-Scrinium, et hic sepultus est in basilica beati Petri Apostoli.

a. C. 339 u. c. 1092 Anno Domini CCCXXXIX et " anno ab urbe condita MXCII, Constantius tricesimus quintus " ab Augusto, cum Constantino [1] et Constante fratribus suis imperium adeptus xxiv annis te- " nuit. Fuit inter successores Constantini et Dalmatius Cesar fratris filius: sed continuò mi- " litari factione fraude deceptus est. Interea maligna semper aduersus Deum uerum diaboli " infectacio, que ab inicio mundi usque nunc a sincera fide [2], religionisque tramite, obfusis ne- " bulis [3], lubrica hominum corda perturbat, postquam Christianis imperatoribus summam regie c. 109 b " potestatis in meliora uertentibus, ecclesiam Christi zelo Idolatrie persequi destitit, aliud " machinamentum, quo per eosdem christianos imperatores Christi ecclesiam uexaret, inuenit. " Fit igitur Arrio noui erroris auctori, ceterisque discipulis ipsius ad familiaritatem Constancii " imperatoris promptus aditus, et facilis uia. Suasere quippe Constantio ut quosdam in Deo " gradus credat „[4].

Anno itaque secundo Constantii imperii, ipso quidem precipiente, apud Laodiciam Syrie urbem coram Judice, nomine, et opere Probo, turbis hinc inde circumstantibus, maxima disputatio, omnium quidem catholicorum utillima, ac inter Athanasium, atque Arrium hereticum, ceterosque hereticos uentilata est. " Peruerso igitur zelo potestas armatur illusa, et sub nomine potestatis jus persecucionis agitatur „ [5]: dum impietas Arriana Constantii regis fulta presidio exiliis carceribus et uariis aflictionum modis, primum Athanasium, deinde omnes non inperatorie partis episcopos persecuta est. De noua quippe nominis electione, quod est " Homousio „ [6] contenditur, ut Arrianorum pocius ecclesie, quam catholicorum sint.

" Maximinus Treuerorum episcopus tunc clarus habetur, a quo Athanasius Alexandrie " episcopus cum a Constantio quereretur ad penam, honorifice susceptus est „ [7].

Liberius papa a. C. 352-356 Interea Rome defuncto Julio papa, Liberius natione romanus, ex patre Augusto, post c. 110 a hunc suscepit episcopatum, seditque annis vi mensibus iii [8]. Hic in initio sui episcopatus, exilio reportatur a Constantio, eo quod noluisset heresi Arriane consentire, et fecit in exilio annos tres. Tunc congregati sacerdotes cum eiusdem Liberii consilio, et ordinauerunt [in loco ejus] Felicem presbyterum episcopum uenerabilem uirum. Et fecit Concilium Felix, et inuenit duos presbyteros consentientes Constantio Augusto, nomine Ursacium, et Valentem, et ejectis cum Concilio quadraginta et octo episcoporum, post paucos (autem) dies, zelo ducti

---

2. annos *C* - susceperat *C* — 3. cártharum *B* — 3-4. primis crinium *C* — 5. Ann̄ et *C* - Constancius *C;* trigesimus *B* — 6. uiginti quattuor *C* — 7. Dalmacius *C* - set *C* — 9. infectacio que ab inicio *C* - *corretto di seconda mano* que *di* religionisque *C* — 12. X *A C* — 13-14. Constancii *C;* prontus *B* — 14. Suaserunt *C* - Constancio — 16. II° Constancii *C* — 17. hic et inde.... *C* — 18. catholicum *C* — 19. Peruersa *B* — 20. persecucionis *C* - Constancii *C* — 21. aflictionum *C* — 22. imperatorie *C* — 23. *il primo membro di* Homonsion *è in abbreviatura* — 24. Treuentorum *C* — 25. Constancio *C* — 27. *A B C* annis x *correggo secondo L. P., ediz. Duchesne; Cf. nota 7* - *A B C* m. vii. *Cf. nota 7* - inicio *C* — 28. Constancio *C* — 29. iii *C* — 29-30. in loco ejus *aggiunto da C* — 31. consencientes *C* - Constancio *C* — 32. eiecit eos *C* - xlviii *C* - (autem) *da C*

" cymiterio Balbinae, uia Ardiatina, quem ipse insistens " fecit.... „. Cf. Duchesne, vol. cit., p. 203 nota 4, dove afferma che il cimitero è stato ritrovato nel 1867 dal De Rossi, vicino la necropoli di Callisto (Bollet. 1867, p. 1 sg.).

[1] Orosius, VII, 29, I, r copia alla lettera, mutando qualche parola, o frase.

[2] Orosius: *a sincero fidei.*

[3] Idem: *offusis errorum nebulis.*

[4] Idem, così continua: " et qui per ianuam ab er- " rore idolatriae fuerat egressus, etc. „.

[5] Idem, VII, 29-4.

[6] ὁμοούσιος ον, *homousius* vale *Epifania* in Hippol. Haer. 292, 5 (540-58). Cf. E. A. Sophocles, *Greek Lexicon.* La parola ricorre in *Hist. Misc.*, lib. XII, § 4; ediz. cit., p. 277.

[7] Beda, *De sex aetat. cit.*, p. 113, an. 4289.

[8] *L. P.*, p. 207: "…. sedit an. vi m. iii d. iiii…. " sedit an. x m. vii „, è la lezione dei Cod. del *L. P.*, classi *C* ed *E*. Esclusi i Cod.: *Vossianus* 60, *Guelferbytanus* 10, 11, *Bernensis* 408 e il *Parisinus* 5140, pare probabile che la lezione seguita da r derivi dalla classe *E* e precisamente dal *Vaticanus* 3764, ms. della fine del secolo XI.

Ursacius, et Valens rogauerunt Constantium Augustum, ut reuocaret Liberium de exilio, ut una tantum comunione participaret, extra secundum baptismum [1]. Liberius autem, ut preceptis Augusti assensum dedit, de exilio reuocatus est. Rediens autem Liberius de exilio, habitauit in cimiterio sancte Agne apud germanam Constantii Augusti [2]. Tunc Constantius Augustus fecit concilium cum Arrianis hereticis, simul etiam cum Ursacio, et Valente, et ejecit Felicem de episcopatu, qui erat catholicus, et reuocauit Liberium. Qui consentiens Constantio Augusto heretico, non tamen rebaptizatus est Liberius, sed consensum prebuit, et potencialiter tenuit basilicas Apostolorum Petri et Pauli, et basilicam Constantinianam annis septem, et fuit persecutio magna in urbe Roma, 'ita ut clerici, et sacerdotes, neque in ecclesia, ne- *c. 110 b* que in balnea haberent introitum [3], sed gladio necarentur, et martyrio coronarentur.

Felix papa a. C. 355-358

Felix autem episcopus natione romanus ex patre Anastasio, sedit anno uno, mensibus sex. Hic declarauit Constantium filium Constantini hereticum, et secundo baptizatum ab Eusebio Nicomediense, juxta Nicomediam, et per hoc declararum. Ab eodem Constantio depositus de episcopatu, martirio coronatur, et capite truncatur IIII kalendas augusti [4]: dies itaque Felicis omnes sub Liberii papatu dinumerantur. " Sequitur terremotus orribilis per plurimas " orientis urbes solo sternens „ [5]. Constanti[n]us predictus imperator [6], dum Constantem fratrem bello infectatur, incauta petulantia se [7] offerens, a ducibus ejus occisus est. Constans aduersus Persas, quid Mesopotamiam uastauerant, nouem preliis parum prospere decertauit. Nouissime seditione, atque intemperantia militum, nocte adoriri pugnam coactus, patratam pene uictoriam insuper uictus amisit. Post, cum se intolerandis uitiis dedisset, ac penam prouincialium, fauore militum compararet, Magnentii dolis in oppido, cui Helena nomen est, proximo Ispanie, interfectus est, anno imperii sui XVII etatis XXX [8].

" Magnentius enim apud Augustodunum arripuit imperium, quod continuo per Galliam, " Africam, Italiamque porrexit.' In Illirico autem Uetranionem etate grandeuum, imperato- *c. 111 a* " rem sibi milites creauerunt, uirum natura simplicem, cunctisque jucundum, sed qui literas " non didicisset. Itaque cum primas literarum syllaba imperator senex interdum inuitus me- " ditaretur, a Constantio, qui tunc in Magnentium, ultione fratris accensus, bellum parabat, " deponere jussus imperium, abiciens cum literis purpuras contentusque priuatis feriis, pala- " cium simul, scolamque dimisit. Nepotianus deinde Rome Constantii sororis filius, gladia- " torum manu fretus, inuasit imperium; qui [9] cum improbus, ac per hoc inuisus cunctis esset, " uicesimo ⟨septimo⟩ [octauo] die ejus imperii, a Magnentianis ducibus oppressus est „ : " cujus

---

1. Ursacio *C* - Constancium *C* — 2. comunione *C* - preceptus *C* — 4. cemeterio *B* - Constantio *C* - Constancii *C* — 6. consenciens *C* - Constancio *C* — 7. set *C* — 7-8. presencialiter *C* — 8. VII *C* — 10. set *C* - martirio *C* — 11. annum I *C* - VI *C* — 12. secundo rebaptizatum *C* — 13. Nicomedense *C* - Constancio *C* — 14. martirio *C* — 15. dimunerantur *B, così il Sassi* — 16. Constancius *C* — 17. penitencia *C* — 19. sedicione.... intemperancia *C* - pugna *C* — 20. uiciis *C;* prouicibolium (*sic*) *A* — 21. Magnencii *C* - nomen *manca in C* - proxiximo (*sic*) *C* — 23. Magnencius *C;* Augusti diuum *A,* Augusti dunum *C. La lezione giusta* Augustodunum *di B è conforme ad Orosio e agli* " Addimenta ad Pauli historiam Romanam Landolfi Sagacis, *lib. XI, ediz.* DROYSEN, *cit. Berolini, 1879, p. 329* — 24. *abbreviatura nel primo membro della parola, che può leggersi* uetramoneno (*sic*) *C* — 25. iocundum *C* — 26. *manca* non *in C* — 27. Magnencio, ulcione *C* — 28. litteris purpuram *B* — 29. scolam *A* - Nepocianus *C* - Constanclis *C* — 31. XXVII *C;* vicesimo septimo *A B, aggiusto in* octavo *secondo* EUTROPIUS, X, 11, *donde il brano è preso; così scarto pure la lezione* circum latum *di A B e accetto* circulatum *C, conforme al brano Eutropiano* — 31-p. 84, l. 1. Magnencianis.... capud *C*

[1] Fin qui riprodotto quasi letteralmente.

[2] *L. P.,* loc. cit.: "....Rediens autem Liberius de " exilio habitavit in cymiterio Sanctae Agnae apud ger- " manam Constantii Augusti.... „.

[3] Fin qui quasi letteralmente *L.* P., pp. 207 e 208. Ciò che segue è aggiunto da R.

[4] *L. P.,* p. 211, "....sedit an. I, m. III d. II.... „. Il giorno della morte sarebbe però " III id. novemb. „. Altra fonte leggendaria porta il seppellimento di lui al 29 luglio. Cf. *L. P.,* Introduzione, p. CXXIV sg. Sul catalogo Liberiano cf. MOMMSEN, *Ueber den Chronographen von Iahre 354* in *Memorie della R. Accademia di Sassonia,* 1850, vol. I; riprodotto in P. DE SMEDT, *Introductio ad historiam Ecclesiasticam,* Gand, 1876.

[5] OROSIUS, VII, 29, 5: "....qui plurimas orientis " urbes solo stravit.

[6] IDEM: " Constantinus dum Constantem fra- " trem etc. „.

[7] IDEM: " petulantia periculis sese.... „.

[8] IDEM, VII, 29, 6 e 7 "....anno imperii XVII etc. „ è preso da EUTROPIUS, X, 9, (p. 176).

[9] IDEM, VII, 29, 12 " qui deinde.... „.

" caput, sicut pila per urbem circulatum est „[1]. " Sequitur bellum illud orribile inter Constantium, et Magnentium, apud Mursam urbem gestum, in quo multa Romanarum uirium profligatio etiam in posterum nocuit. Magnentius tamen uictus aufugit, ac non multo post apud " Lugdunum, propria se manu interfecit. Decentius quoque fratrer ejusdem quem Cesarem " Gallis prefecerat, apud Senonam laqueo uitam finiuit[2]. Anno imperii sui quarto[3], Constantium Gallum patrui filium Cesarem legit; quem rursus crudeliter ac tirannice agentem,
c. 111 b " paulo postquam creauerat occidit. Siluanum quoque per Gallias rebus nouis inhiantem " mature circumuentum, opprimendumque ante triginta dies curauit[4]. Igitur Siluano interfecto " Julianum patruelem suum, Galli fratrem, Cesarem legit[5], et misit ad Gallias „, tradita ei in matrimonium sorore[6]. " Itaque Julianus, Cesar, euersas, oppressasque ab hostibus[7] Gallias strenuissime in integrum restituit, paruis copiis Alamannorum[8] multitudinem fudit, Rheno " Germanos reuinxit. His elatus successibus, fastigium usurpauit Augusti, et mox Italiam, " Illiricumque peruadens, Constantium Parthicis preliis occupatum, regni parte priuauit. " Constantius Juliani scelere comperto, dimissa expeditione Parthorum, dum ad ciuile bellum " reuertitur, in itinere inter Ciliciam, Capadociamque defunctus est „. Anno imperii tricesimo octauo etatis quadragesimo quinto[9]. " Ita ille, qui discissa pace, et unitate fidei catholice, christianos aduersus, christianos armans, ciuili, ut ita dicam, bello ecclesie membra " dilacerauerat, totum inquietum tempus imperii, molestissimumque spacium uite sue bellis
a. m. 4313 " ciuilibus etiam per propinquos, et consanguineos, excitatis exercuit, exegit, expendit „[10].

Beda:

" Constantius cum Constantino, et Constante fratribus, regnauit annis XXIV mensibus V
c. 112 a " Jacobus Nisibinus episcopus cognoscitur: ad cujus preces sepe urbs discrimine liberata est „[11].

" Antonius monachus centesimoquinto etatis sue anno in heremo moritur. Reliquie apo" stoli Timothei Constantinopolim inuecte. Constantio Romam ingresso, ossa Andree apostoli, " et Luce Euangeliste a Constantinopolitanis miro fauore suscepta[12]. Hilarius Pictauiensis " episcopus, qui pulsus ab Arrianis in Phrigia exulauerat, cum apud Constantinopolim librum " pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit „[13].

a. C. 363 Anni Domini CCCLXIII Julianus anno uno, et mensibus octo regnauit[14]. Hic ad idolorum cultum cujusdam Judei factione conuersus christianos persequitur: qui etiam, dum in odium Christi templum in Hierosolymis reparari permisisset, atque ex omnibus prouinciis Judei collecti noua templi fundamenta jacerent, subito nocte oborto terremotu, saxa ab imo fundamentorum excussa, longe lateque dispersa sunt; igneus quoque globus ab interiori ede templi

1-2. Costancium Magnenciumque *C* — 3. Magnencius *C* — 4. Decencius *C* - eius *A B* — 5. Senona *C* — 5-6. anno imperio suo IIII, Costancium *C* — 7. creaverat *B la lezione di C è conforme a Beda* - iniantem *A* — 8. XXXI *C* — 11. Reno *A* — 12. reuixit *A* — 13. Constancium Parthicis *C* — 14. Constancius *C* - speditione *A;* expedicione *C* — 15-16. XXXVIII *C* — 16. XLV *C* — 17. armanans *C* — 18. imperio *C* — 21. quinque *C* — 22. Nisilanus *C* — 23. CV *C* — 25. Hylarius *C* — 26. Frigis *C* — 28. Anñ d. *A in capolettera C* - anno primo et mensibus VIII *C* — 29. Judey *C* — 30. Hierosolimis *C*

[1] Eutropius, X, 11 (p. 178).

[2] Orosius, VII, 29, 12 e 13.

[3] Eutropius, X, 12, dice veramente, 3 anni e 7 mesi.

[4] Orosius, VII, 29, 14: dopo " rebus novis inhiantem „ aggiunge: " mature circumveniendum „.

[5] Idem, VII, 29, 15: " creatum misit „.

[6] Eutropius, X, 14 (p. 178).

[7] Orosius, VII, 29, 15: " ab hoste „.

[8] Idem: " Alamannorum parvis copiis „.

[9] Eutropius, X, 15 (pp. 178 e 180): " anno imperii.... quadragesimo quinto „.

[10] Orosius, VII, 29, 17 e 18.

[11] Beda, *de sex aetat*, loc. cit. A. M. 4313.

[12] *Hist. Misc.*, XVIII, cap. XXIII (p. 378): " Porro " iunio mense facta sunt encaemia sanctorum apostolo" rum apud Constantinopolim et recondita sunt λείψανα " Andreae Lucae ac Timothei apostolorum.... „.

[13] Il testo fra virgolette è di Beda, loc. cit., R omette vari periodi.

[14] Orosius, VII, 30, 1: " anno ab urbe condita " MCXVI Iulianus dudum Caesar, post autem tricesi" mus sextus ab Augusto rerum potitus anno uno et " mensibus octo imperii summam solus obtinuit „.

egressus, plurimos eorum suo prostrauit incendio. Quo tempore reliqui pauefacti. Christum confitebantur inuiti; et ne hoc casu crederent factum, in sequenti nocte in uestimentis cunctorum signum apparuit Crucis. Pagani apud Sebasten Palestine urbem sepulchrum Johannis Baptiste inuadunt, ossa dispergunt; eadem rursus collecta, et cremata,' latius dispergunt. Sed *c. 118 b* Dei prouidentia, affuere quidam ex Jerosolimis monachi, qui mixtim colligentibus queque ipsi poterant, ablata ad patrem suum Philppum pertulere. Ille uero confestim, ad Pontificem maximum tunc Athanasium per Julianum diaconem [suum] mittit, que ille suscepta, paucis arbitris, sub cauato sacrarii pariete inclusa prophetico spiritu profutura generationi postere conseruauit. Cujus presagium sub Theodosio principe, per Theophilum ejusdem urbis episcopum completur, qui destructo Serapis sepulchro, Sancti Joannis ibidem consecrauit ecclesiam. Hec itaque Beda [1].

Orosius autem:

" Anno ab urbe condita MCXVI Julianus dudum Cesar post [autem] XXXVI ab Augusto a. u. c. 1116
" potitus est regno, anno uno et mensibus sex; imperii summam solum obtinuit christianam " religionem arte potius, quam potestate infectatus: ut abnegaretur fides Christi, et idolorum " cultus susciperetur, honoribus magis prouocare, quam tormentis cogere studuit; aperto ta-" men precepit edicto, ne quis christianus [docendorum] liberalium studiorum professor esset. " Sed tamen, sicut a majoribus nostris compertum habemus, omnes ubique propemodum pre-" cepti conditiones amplexati, officium magis, quam fidem deserere maluerunt. Julianus autem " bellum aduersus Parthos parans, cum Romanas uires [2] contractas undique ad destinatam " secum traheret perditionem, christianorum sanguinem Diis suis nouit, palam persecuturus " ecclesiam, si uictoriam potuisset adipisci; nam et amphiteatrum Jerosolymis extrui jussit, in " quo, reuersus a Parthis, episcopos, monachos, omnesque ejus loci sanctos bestiis etiam arte " seuioribus obiiceret, spectaretque laniandos. Itaque postquam a Ctesiphonte castra mouit, " dolo cujusdam transfuge in deserta perductus, cum ui sitis, et ardore solis, atque insuper " labore arenarum confectus periret exercitus, imperator tanto periculo anxius, dum per uasta " deserti incautus euagatur, ab uno quodam hostium equite incognito ictus interiit. Sic mi-" sericors Deus impia consilia impii morte dissoluit „[3]. Quidam uero dicunt, quia cum percussus diuino judicio fuisset, manum de sanguine suo impleuit, sparsitque in celum, et dixit: *vicisti, Galilce, vicisti.*

Anno incarnationis dominice CCCLXV, et anno ab urbe condita MCXVII Jouianus a. C. 365 u. c. 1117
natus patre Varriano; a Pannonie prouincia, corpore insignis, letus ingenio, litterarum studiosus [4], ad obtinendum imperium in summo rerum discrimine ab exercitu creatus est imperator, commendatione patris militibus, quam sua notior. Qui jam turbatis rebus, exercituque

3. apparuit signum *C* — 4. Set *C* — 5. Jerosolymis *C* — 6. cofestim (*sic*) *C* — 7. [suum] *manca in A B* — 10. Johannis *C* — 13. [autem] *manca in A B* — 14. *invece di* sex-octo *B* - optinuit *A C* — 15. pocius *C* — 17. [docendorum] *manca in A B* - liberalibus *C* — 18. Set *C* — 19. precepta condicione *C* — 20. *la parte che segue in A è copia del secolo XVII dal Cod. di San Pietro E, 22; cf.* 41 A, *col. 1ª, l.* 7-43 A. *Per questa parte rimangono soltanto le fonti B C* — 21. perdicione *C* — 22. Jerosolimis *B C* — 24. loniandos *B* - ac thesifontem *B;* Actesi fontem *C.* — 27. incaucius *C* - conto *C* — 29. et *dopo* coelum *aggiunto posteriormente C* — 31. Anno ab incarnatione domini *C* - Jobianus *C* — 32. literarum *B* — 33. optinendum *C* — 34. nocior *C*

[1] Beda, loc. cit.

[2] Manca in *A* il resto della narrazione da *contractas undique* a *fuit autem Theodosius* e precisamente a *clemens animo, misericors, communis omnibus;* cioè calcolando in *A* lo spazio occupato da ciascuna carta, mancano in *A* su per giù 16 carte e quindi un quaternione. Questa mancanza non improbabilmente risale ad un tempo molto antico, prima cioè che il Codice fosse portato da Salerno a Roma, dove forse il Baronio fece copiare dal Codice dell'Archivio di San Pietro, c. 41 *a* rigo 7 a c. 43 *a*, le pagine mancanti e introdurle in *A*, senza alcuna numerazione.

[3] Orosius, VII, 30, tutto il capitolo.

[4] *Hist. Misc.*, lib. XI, cap. XLVI (p. 274) " [Iovia" nus] fuit enim insignis corpore, laetus ingenio, litte" rarum studiosus „.

inopia laborante, cum et locorum iniquitate circumseptus, nullam euadendi facultatem " nan-" cisceretur, fedus cum [Sapore] Persarum Rege, etsi ignobile, non tamen necessarium satis " pepigit; quippe ut tutum, et incolumem romanum exercitum non solum ab incursu ho-" stium, uerum etiam a locorum periculo liberaret, Nisibin oppidum, et partem superioris " Mesopotamie Persis concessit, inde dum ad Illiricum rediens per Galatiam iter agit, cum " in cubiculum quoddam nouum sese cubitum recepisset, calore prunarum, et nidore parietum " nuper calce illitorum aggrauatus, et suffocatus est: octauo demum mense, quam imperare " ceperat, uitam finiuit „[1]. " Sinodus Antiochie a Melito, et suis facta, in qua Homo[o]usyon " rejecto, medi inter hec Homo[o]usyon, Macedonianum dogma uindicauerunt. Jouianus lapsu " Constantii predecessoris admonitus, honorificis, et officiosissimis literis Athanasium requirit, " ab ipso formam fidei, et ecclesiarum disponendarum suscepit modum; sed ejus pia, letaque " principia mors immatura corrupit[2].

Damasus papa a. C. 366-384

Rome uero, mortuo Liberio Papa, Damasus natione Yspanus[3], ex patre Antonio, post hunc suscepit episcopatum, seditque annis XVIII menses duos. Ordinatus est autem sub contentione cum Ursinus, et facto concilio sacerdotum, constituerunt Damasum, quia major populi pars ejus, et plurima multitudo erat. Ursinum uero ejectum ab urbe constituerunt episcopum in Neapolim[4]. Damasus itaque in Sinodali judicio, uoce publica dampnauit Liberium, et annullauit omne quod fecit. Hic constituit, ut Psalmi Dauid in ecclesiis cum gloria distincte cantarentur per diei horas, et noctis uigilias. Hic precepit ut intra missarum sollempnia presbyter suam confessionem faciat, antequam ad altare accedat. " Hic fecit basilicas duas, unam juxta theatrum beati Laurentii, alteram ad catacumbas, ubi jacuerunt corpora [sanctorum] apostolorum Petri, et Pauli, in quo loco Platoniam ipsam uersibus adornauit[5]. Hic inuidiose accusatur de adulterio, et facta Synodo, coram XLIIII episcopis se expurgauit, et dampnauerunt Concordium, et Calixtum diacones, ejus accusatores; qui etiam sepultus requiescit apud sanctum Petrum apostolum[6].

a. C. 375
a. u. c. 1118

Anni Domini CCCLXXV " et anno ab urbe condita MCXVIII Ualentinianus e Panno-" nia mediocri stirpi ortus[7], XXXVIII ab Augusto apud Niceam consensu militum imperator " creatus est, mansitque in eo annis XI qui cum Christianus integra fide sacramentum militie " gereret et sub Juliano Augusto tribunus scutariorum, jussus ab imperatore sacrilego aut im-" molare ydolis aut militia excedere qui fideliter Deum metuens, sponte discessit[8]. Ita parua

1. locorum iniquitate quoque circumseptus *C* — 1-2. namcisceretur *C* — 2. Sapore *manca in B* — 4. ni sibi, *invece di* Nisibin, *C* — 8. Homousyon *B*; Homo uysionque *C* — 9. medio *C* - et homousyon *B*; et homo eosyon *C* — 10. Constancii *B* - ammonitus *C* — 12. imatura *C* — 14. II *C* — 14-15. intentione *C* — 16. ei *C* — 17. Sinodali *C* - damnavit *B* — 18. adnullavit *C* — 19. ut *manca in B* — 20. presbiter *solo in C* — 22. vestibus *B* — 23. Sinodo *C* - XLIV *B* - purgavit *B* — 26. Anno Dominice incarnationis CCCLXV *C* — 28. milicie *C* — 30. milicia *C* - qui *aggiunge C*

[1] OROSIUS, VII, 31, a cominciare da " circumseptus.... „.

[2] BEDA, loc. cit., an. 4316.

[3] Damaso pare sia piuttosto romano di nascita, avendo suo padre esercitato in Roma le funzioni di " exceptor „ e di " lector „. C. DE ROSSI, Bullet. 1883, p. 17 sg. Cf. pure pp. 60-65.

[4] *L. P.*, I, p. 212, suntato; il resto fino " ad altare " accedat „ non è del *L. P.*

[5] Nel cimitero di San Sebastiano (MARUCCHI, *Le catacombe romane*, p. 202) oltre l'iscrizione posta nella Platonia per gli apostoli Pietro e Paolo, ve n'era un'altra pure di papa Damaso dedicata al martire Eutichio.

[6] Al margine delle pagine aggiunte nel sec. XVII dal ms. di San Pietro, si legge: " ms. 3793, San Dama-" sus obiit et sepultus fuit in basilica Sancti Petri cuius " caput Clemens VIII, pont. max. digno cum honore in " thecam argenteam inclusit et in eadem basilica summa " veneratione colitur, ut in annotationibus in princi-" pio libri „. Il *L. P.*, p. 213, dice: " sepultus est via " Ardeatina in basilica sua.... „. Il DE ROSSI, *Inscr. Christ.*, vol. II, p. 252 ha pubblicato l'epitaffio che papa Damaso compose per sè:

" Qui grandiens pelagi fluctus compressit amaros,
Vivere qui praestat morientia semina terrae,
Solvere qui potuit letalia vincula mortis,
Post tenebras fratrem, post tertia lumina solis,
Ad superos, iterum Marthae donari sorori,
Post cineres Damasum faciet quia surgere credo „.

[7] Da PAULUS, *Hist. Rom.*, Liber XI, in M. G. H. cit., p. 185, R prende: " e Pannonie mediocri stirpe " ortus „.

[8] OROSIUS, VII, 32, che R copia, dice invece: " ac " fideliter sciens et graviora Dei esse iudicia et meliora " promissa, *sponte discessit* „.

" interiecta mora Juliano interfecto, ac mox Joui(ni)ano mortuo, qui pro nomine Christi amiserat Tribunatum, retribuente Christo, in locum persecutoris sui accepit imperium "[1]. Fratrem Valentem Constantinopolim *in communionem regni assumpsit*[2], qui cum jam anno tertio imperii sui cum Valente fratre ageret, Gratianum filium, necdum bene puberem, hortatu socrus, et uxoris creauit Augustum[3]. " Procopium autem, qui tyrannidem inuaserat, postea, " pluresque satellites ejus occidit ". *Tunc aput Constantinopolim grando mire magnitudinis decidens, nonnullos hominum extinxit.* " Terremotus per totum orbem factus, ita turbatum " quoque pelagus excussit, ut per uicinas terrarum campestrium partes, refuso mari, plurime " insularum urbs *aliene circa mare existentes* concusse et subrupte periisse referantur ". Eodem anno apud Atrebatus uera lana de nubibus pluuie mixta defluxit[4]. " Valens autem ab Eudoxio " episcopo Arriani dogmatis assertore et baptizatus, et persuasus, in seuissimam heresim declinauit; set malignam infectacionem diu texit, nec uoluntati potestatem ammiscuit quo(usque)ad " uiuentis fratris auctoritate compressus est[5]. Preterea Thanaricus rex Gothorum christianos " in gente sua crudelissime persecutus, plurimos barbarorum ob fidem interfectos ad coronam martirii sublimauit[6]. Valentinianus Saxones, gentem in Oceani litoribus, et paludibus " inuiis sitam, uirtute et agilitate terribilem oppressit: *similiter Burgundiones.* Anno autem " XI imperii sui, Ualentinianus, cum Sarmate sese per Pannonias diffundissent, easque uastarent, bellum in eos parans, aput Brigi[tio]nem oppidum, subita effusione sanguinis, quod " Grece apoplexis uocatur, suffocatus, et mortuus est ". Fuit autem imperator egregius, solers ingenio, animo grauis, nobilis moribus, sermone luculentissimus, quamquam esset ad loquendum parcus, seuerus, uehemens, infestus uitiis, maximeque auaritie; seueritatem tamen nimiam, et parcitatem, quidam crudelitatem, et auaritiam interpretantur[7]. " Post quem Gratianus " filius occidentis imperium tenuit, Valente patruo in orientis imperio constituto. Valentinianum etiam fratrem suum, paruum admodum, socium creauit imperii "[8]. " Apollinaris " Laodicenus episcopus multimoda nostre religionis scripta composuit, qui postea a fide deuians, heresim sui nominis instituit. Constantinopolim apostolorum martirum ecclesia dedicatur. Post Auxentii seram mortem, Ambrosius ex Pagano judice, subito apud Mediolanum, " diuino nutu, episcopus a cunctis electus, moxque catholico baptismate tinctus, presul est " ordinatus: quo episcopo constituto omnis ad fidem rectam Italia conuertitur "[9].

Anno dominice incarnationis CCCLXXVI et anno ab urbe condita MCXXVIII. Valens cum Gratiano, et Valentiniano, *Valentiniani fratris sui filius* XXXIX *loco ab Augusto,* imperium quatuor tenuit annis[10]. Valens igitur impietatem, quam dudum meditatus fuerat, operibus explens, lege data[11], " ut monachi, hoc est illi christiani, qui dimissa secularium rerum a. C. 376 a. u. c. 1128

1. ul (*sic*) *C* - Jobiniano *C* — 1-2. Christi nomine *B;* ammiserat *B C; cf. nota 1* — 3. communicationem *B* - tercio *C* — 4. Granum *con abbreviatura di* gratia *registrata in Cappelli per il secolo XV* — 5. Preconum *B, ma* OROSIUS *ha pure* Procopium *come in C* — 7. extincxit *B* — 8. per *manca in B* — 9. subrupte *B* - perisse *C* — 10. Rahatas *B;* Atrahatas *C, seguo la lezione di Paolo Diacono* - defluit *B* — 11. eresim *B* — 12. infectacionem *C* — 15. martiri *C* - Valentini omnes *B* — 16. uirtute et, *manca* et *in C* - terribiliter *C, ma Paulus, XI, 4 ha* terribilem - *dopo* similiter *aggiunge* et *C* — 17. Ualentinianus *C* — 18. Brigionem *B C* — 19. sollers *C* — 20. cultissimus quaquam *C* — 21. uiciis *C* - avaricie *C* — 22. auariciam *C* - Grañus *e anche più giù* Grano, *vedi variante l. 4* — 24. Appolinaris *C* — 26. apostolorum et *B* - ecclesia *manca in C* — 27. Auxencii *C*

[1] R omette: " qui postea ".

[2] OROSIUS, loc. cit. dice: " partecipem fecit imperii ".

[3] Da " qui cum iam anno tertio " a " creavit Augustum " è preso da PAULUS, *op. cit.,* loc. cit.

[4] Da " Eodem anno " a " defluxit " è preso da PAULUS, *op. cit.,* loc. cit.

[5] OROSIUS, loc. cit.

[6] PAULUS, *op. cit.,* p. 186.

[7] In tutto questo brano, a cominciare da " Fuit " autem imperator ", R segue PAULUS, lib. XI, VI, sopprimendo qualche frase ed aggiustando qualche parola.

[8] OROSIUS, VII, 32, 15, alla lettera.

[9] BEDA, *op. cit.,* pagina cit. an. 4327 R toglie: *Hilarius episcopus Pictavis moritur.*

[10] OROSIUS, VII, 33, 1.

[11] PAULUS, XI, VIII-; il resto, da " monachi ", OROSIUS, loc. cit.

" multimoda actione, *ad unum fidei opus* se redigunt ad militiam cogerentur ", nolentes, per tribunos, et milites fustibus jussit interfici. Quorum innumera multitudo per uastas tunc Egypti solitudines effusa, martirii consecuti sunt palmam, ac per singulas ubique prouincias, aduersus catholicas ecclesias, et recte fidei populos diuersa sunt illata incommoda [1]. " Interea in Africe partibus Firmius sese, excitatis Maurorum gentibus, regem constituens, " Africam, Mauritaniamque uastauit. Contra quem Theodosius Theodosii, qui post in imperio " fuit, pater, a Valentiniano missus, effusas Maurorum gentes multis preliis fregit, ipsum Fir- " mium afflictum et oppressum ad mortem coegit; qui postquam experientissima prouidentia " Africam composuisset, stimulante inuidia, jussus a Valente interfeci, aput Cartaginem bapti- " zari in remissionem peccatorum preoptauit: ac post quam sacramentum Christi consecutus " est, percussori ultro jugulum prebens, gloriosa morte occubuit [2]. Ea tempestate gens, Hun- " norum diu in excelsis [3] seclusa montibus, repentina rabie percita exarsit in Gothos, eosque " sparsim conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Gothi transito Danubio fugientes, a Va- " lente sine armorum depositione, ac sine ulla federis pactione suscepti sunt. Deinde propter " intollerabilem auaritiam Maximi ducis, fame et ininrie [4] adacti in arma surgentes, uicto " Ualentis exercitu, per Traciam sese miscentes, simul omnia cedibus, incendiis, rapinisque " fuderunt. Quibus cognitis Ualens Antiochia egressus, cum aduersus Gothos exercitum pa- " raret, et ultima infelicis belli sorte traheretur, fera peccati penitencia ductus, episcopos, " ceterosque sanctos reuocari de exilio imperauit [5]. Denique lacrimabili cum Gothis bello " commisso [6], primo statim impetu Gothorum perturbate romanorum equitum turme nuda pe- " ditum deseruere presidia: mox legiones peditum undique equitatu hostium cincte ac primum " nubibus sagittarum obrute, deinde cum amentes metu sparsim per deuia cogerentur, funditus " cese gladiis contisque insequentium [7] periere. Ipse imperator cum sagitta saucius, uersus- " que in fugam egre in cuiusdam uillule casa deportatus lateret, ab insequentibus hostibus " deprehensus subjecto igne consumptus est " [8]. Hic denique petentibus Gothis, ut eis episcopos mitteret, a quibus regulam Christiane fidei susciperent [9]. Valens doctores ad eos Arriani dogmatis miserat: Gothi, siquidem prime fidei rudimenta, que accepere, tenuerunt [10]. Justo itaque Dei judicio ab illis igne crematus est, quos ipse perfidie sue accederat igne.

a. C. 380 c. a. u. 1132 Anni Domini CCCLXXX et " ab urbe condita MCXXXII Gratianus *cum fratre Ualenti-* " *niano XL* ab Augusto, post mortem Ualentis, sex annis imperium tenuit, quamuis jandudum " antea cum patruo Ualente, et cum Ualentiniano fratre regnaret " [11]. Gratianus itaque admodum juuenis, cum inestimabilem multitudinem hostium romanis infusam finibus cerneret, fretus Christi potentia, longe impari militum numero sese ostendit [12], et continuo apud Argentariam

---

1. accione *C* - miliciam *C* — 2. pervastano *la o fu poi aggiunta in* s — 5. in Affrica partibus *manca in B* — 7-8. Firmmum *il Sassi* — 8. expertissima *A B* — 9. stimulate *C* - Cartaginem *B* — 11. percussore *C*, persecutori *il Sassi* — 14. deposicione *C* — 15. intolerabilem *B* — 16. *di prima mano* Valente *B* — 18. penitencia *C* — 19. lacrimabilis *C* — 20. turmenuda *C* — 21. de servere *B* - equitatum *C* — 23. sequencium *C* — 24. laceret *B* — 29. Anno *C* - grañus *C* — 30. VI *C* — 32. estimabilem *B* — 33. X[i] *C* - potencia *C* - inpari *C*

[1] R interpola: " nolentes etc. ". Da Paulus, loc. cit., omettendo però, dopo: " effusa, praecipueque apud " Nitriam ".

[2] Tutto il brano è copiato da Orosius, VII, 33, 5 a 7, interpolando parole e frasi da Paulus, XI, VIII.

[3] Paulus, XI, X, da cui R copia dice: " inacessis ".

[4] Aggiusto l' " esurie " dei Codici di R, con " iniu- " rie " lezione di Orosius, VII, 33, 11 che R copiò in questo punto fino a " fuderunt ", pur seguendo nel resto Paulus, XI, X (p. 187).

[5] Orosius, VII, 33, 12 dice: " Valens egressus de " Antiochia cum ultima infelicis belli sorte traheretur, " cum peccati maximi poenitentia stimulatus episcopos " ceterosque sanctus revocari de exilio imperavit ".

[6] Paulus, XI, XI: " Denique lacrimabili cum Go- " this bello commissa ".

[7] Orosius, VII, 33, 4: " insequentum contisque pe- " rierunt ".

[8] Idem, loc. cit., R omette il resto: " et quo ma- " gis testimonium etc. ".

[9] Paulus, XI, XI, dice: " quibus fidei rudimenta " susciperent ".

[10] Orosius, VII, 33, 19: " Gothi primae fidei ru- " dimenta quod accepere tenuerunt ". Il resto: " Iusto " itaque " è copiato da Paulus, loc. cit.

[11] Idem, VII, 34, I.

[12] Paulus, XI, XIII, che R copia, dice: " numero " sese in hostem dedit ".

oppidum Galliarum formidolosissimum bellum incredibili felicitate confecit, nam plusquam xxx millia Alamannorum, nimio [1] romanorum detrimento in eo prelio interfecta narrantur. Hoc itaque Deus sue recte fidei cultori contribuit, cum usque ad id tempus Italia Arriane fidei morbo langueret. Hoc itaque tempore post Auxentii seram mortem cum Ambrosius Mediolanensis episcopus pro fide catholica libros Gratiano imperatori porrexisset, ac ueneratione, qua debuerat, susceptus esset, uniuersam statim ad rectam fidem Italiam reparauit [2]. Eo tempore in Gallia Turonis [3] multis beatissimus Martinus radiabat uirtutibus. Totoque orbi [a. C. 385] doctrinis et sciencia clarus apud Bethleem ciuitatem Palestine situs pollebat Hieronymus. Mediolani uero beatus Ambrosius episcopus. Pictauis quoque beatus Hilarius. Hyppone autem beatus Augustinus episcopus. Constantinopoli uero beatus Johannes Chrysostomus: quorum preclaris opusculis hodie usque ecclesia floret. Rome etiam Paulus Orosius presbiter disertissimus temporum scriptor. Porro Gratianus cum afflictum [4] ac pene collapsum, aduersantibus Gothis, republice statum uideret, eadem prouisione, qua Nerua quondam legerat Trajanum uirum Hispanum, per quem Respublica reparata est, legit et ipse Theodosium eque Hispanum uirum, et restituende reipublice necessitate, fauentibus cunctis, apud Sirmium purpura induit, etatis annum trigesimum agentem [5], Orientisque, et Tracie simul prefecit imperio [6]. Itaque' *cod. C, c. 42 b* Theodosius afflictam rempublicam ira Dei reparandam credidit misericordia ei, omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens, maximas illas Scithicas gentes formidatas cunctis majoribus, Alexandro quoque, *sicut* Pompejus Corneliusque testati sunt, euitatas, nunc autem extincto Romano exercitu, Romanis equis armisque instructissimis, hoc est Alanos, Unnos, et Gothos incunctanter adgressus, magnis multisque preliis uicit, urbem Constantinopolim uictor intrauit; et ne paruam ipsam Romani exercitus manum assidue bellando deterreret, fedus cum Athanarico rege Gothorum conjunxit [7]. Athanaricus autem continuo ut Constantinopolim ad Theodosium mira affectione illum suscipientem uenit [8], nec mora, superueniente ualitudine diem obiit: cujus exequias imperator ipse precedens digne eum tradidit sepulture. At uniuerse gentes, rege defuncto, aspicientes uirtutem, benignitatemque Theodosii, Romano(rum) sese imperio dederunt. In hisdem etiam diebus Parthi, cetereque barbare nationes Romani prius nominis inimice, ultro Constantinopolim a Theodosium misere legatos, pacemque supplices poposcerunt, ictumque cum eis tunc fedus est [9]. " Cujus concordiam non ferentes Ar- " riani, post quadraginta annos ecclesias, quas intrauerant, reliquerunt. Eodem tempore sexta " Synodus centum quinquaginta patrum congregatur in urbe Augusta, sub Damaso Rome epi- " scopo „ contra Macedonium Theodosium, quando Nestorius eidem urbi ordinaretur episcopus [10]. Interea uero Theodosius in Oriente subactis barbarorum gentibus Traciam tandem necnon et Daciam ab hostibus reddidisset, et secundo anno Arcadium [11] filium suum consortem

---

2. millia *C* — 4. Hoc itaque tempore *manca in C, come manca in* Paulus, XI, XIII — 7. beatissimi *B* — 8. sciencia *C* - Ieronimus *B C* — 9. Ylarius Yppone *B C* — 10. Aug̃ *C* - Johannes *C* — 14. Yspanum *B* - Yspanum *B* — 15. reipublice *C* - ap̄ *C* — 16. xxx *C* — 18. Scithicas *C* — 19. testimonio *B; seguo C conforme* Orosius *qui copiato* — 20. istruttissimas *C;* Orosius: instructissimas - Unnos *C;* Orosius: Hunos — 21. aggressus *B* — 22. detereret *C* — 27. iisdem *B* — 30. XL *C* - intraverant *B;* vi tenuerunt *C* - secunda *C* — 31. CL *C* — 32. Eudoxium *C* - Nectorius *C* - ordinatur *C* — 33. cum *C* - Traciam tandem, *manca in B* — 34. hostes *C* - secum Arcadium *B;* Archadium *C*

[1] Paulus, XI, XIII (p. 188): " minimo „.

[2] Idem, XI, XIII: " repedavit „.

[3] Idem, loc. cit.: " apud Turonos „.

[4] R prende la frase, mutando " cum animadvertis- " set „ da Paulus, loc. cit., XIII e XIIII; per il resto copia: Orosius, VII, 34, 2.

[5] " anno tertium tricesimus agentem „ aggiunge Paulus, loc. cit. nel brano di Orosius.

[6] Ricomincia Paulus, XI, XIIII e poi Orosius, VII, 34, 5.

[7] Orosius, VII, 34, 6: " cum Athanarico Gotho- " rum rege percussit „.

[8] Paulus, XI, XV, al brano Orosiano aggiunge: " quem ille mira omni iocunditate et affectione susce- " pit „. R omette poi il resto di *Paulus* fino a " ipse sui " sanguinis reus existit „. Riprende quindi con: " nec " mora „ fino a " valitudine „, e parafrasa il resto: " re- " bus excessit humanis; cuius exequias imperator ipse " praecedens dignae cum tradidit sepulturae „ (loc. cit., p. 189).

[9] Cf. pure Orosius, VII, 34, 8.

[10] Beda, *op. cit.*, an. 4337.

[11] Da " Arcadium „ ricomincia Orosius, VII, 34, 9.

fecisset imperii; Maximus, uir quidem strenuus et probus, Augusto dignus, nisi contra sacramentorum [1] " fidem per tyrannidem emersisset, in Britannia inuitus propemodum ab exercitu " imperator creatus in Galliam transiit: ubi Gratianum Augustum subita incursione perterri- " tum, atque in Italiam transire meditantem, dolis circumuentum apud Lugdunum interfecit, " anno etatis XXIX [2] fratremque ejus Valentinianum Augustum Italia expulit „[3]. " Qui tamen " justissime cum matre sua Justina penam luit exilii, que et ipsum Arriana polluit heresi, et " eminentissimam fidei catholice arcem Ambrosium Archiepiscopum, perfida obsidione uexauit; " nec priusquam prolatis beatorum Geruasii et Protasii martyrum, Deo reuelante, reliquiis in- " corruptis, nepharda coepta deseruit „[4]. Valentinianus in Orientem refugiens, a Theodosio paterna pietate susceptus, mox etiam in imperio restitutus est [5]. Fuit autem Gratianus litteris haud mediocriter instructus [6], carmen facere, ornate loqui, explicare controuersias Rhetorum more, die noctuque diuinitati deditus [7], parcus cibi somnique, ac libidinis uictor, cunctisque esset plenus bonis, si ad utilitatem reipublice diligenti cura (prout quemque decet probum Imperatorem) animum intulisset; a qua prope alienus non modo uoluntate, sed etiam exercitio fuit [8].

Siricius papa a. C. 384-399 At uero Rome Damaso papa defuncto, Siricius natione Romanus, ex patre Tiburtio, post hunc cathedram in ejus loco suscepit episcopalem, seditque annis XV. Hic constituit ut monachi fierent clerici utilitatis causa, uel necessitatis: et ut nullus presbyter missas celebraret, nisi in sacratis ab episcopo locis. Et hic dormiuit cum partibus fuis, et sepultus est ad sanctum Petrum [9].

a. C. 386 a. u. c. 1138 Anno domini CCCLXXXVI et ab urbe condita MCXXXVIII Theodosius, patre Theodosio genitus, matre Thermantia XLI Imperator, interfecto per Maximum Gratiano, imperium Romani orbis solus obtinuit mansitque in eo annis XI cum jam in Orientis partibus sex annis, Gratiano uiuente, regnasset [10]. Itaque justis necessariisque causis ad bellum ciuile permotus, cum e duobus Augustis fratribus, unius interfecti ultionem, alterius restitutionem procuraret, sese aduersus Maximum tyrannum, sola fide major, nam longe minor uniuersi apparatus bellici comparatione, proripuit [11]. Aquileje tunc Maximus uictorie sue spectator insederat; Andragathius comes ejus summam belli administrabat, qui cum largissimis militum copiis, astuto consilio, omnes alpium ac fluminum aditus communisset, dum nauali expeditione incautum hostem preuenire et obruere parat, sponte eadem, que obstruxerat, claustra deseruit. Ita Theodosius, nemine sentiente, uacuas alpes intrauit, atque Aquilejam improuisus aduenienss, hostem illum manum, ac maximum, trucem et ab immanissimis quoque Germanorum gentibus tributa, ac stipendia solo terrore nominis exigentem, sine controuersia clausit, cepit, occidit.

---

1. quidam *C* — 3. transire miliciam meditantem *C; ma in* Orosius, *che R copia manca* miliciam — 10. literis *B* — 14. intendisset *C, come in* Paulus, *invece di* intulisset — 16. Oiricius *invece di* Siricius *C* — 17. accepit *C* — 21. Anno domini CCCLXXXVI *manca in B; in C questa data è in inchiostro nero* - ex anno *C* — 23. opptinuit *C* — 25. ulcionem interfecti *C* — 27. prorupit *B* — 27-28. Andagracius *B* — 28. amministrabat *C* — 29. comunisset *C* - expedicione *C* - in quantum poterat *B C; seguo la lezione di* Paulus — 31. seciente *C* - inprouisus *C*

[1] Orosius, loc. cit.: " sacramenti fidem „.

[2] Paulus, XI, XVI, al brano Orosiano aggiunge: " aetatis novem et viginti annos „.

[3] Fin qui Orosius, VII, 34, 10.

[4] Beda, loc. cit.

[5] Da " Valentianus in Orientem „ fin qui Orosius, loc. cit.

[6] Paulus, XI, XVII: " mediocriter institutus „.

[7] Idem: " nihil aliud die noctuque agere quam " spiculis meditari summaeque voluptatis divinaeque " artis credere, destinata ferire, parcus etc. „.

[8] Idem, loc. cit. " si ad cognoscendam reipubli- " cae gerendae scientiam animum intendisset, a qua pro- " pe etc „.

[9] *L. P.*, I, p. 216: " .... sepultus est in cymiterio " Priscillae via Salaria, VIII kal. mart. „.

La data della morte di *Siricius*, secondo il martirologio Geronimiano, è " VI kal. decembris „. De Rossi, *Inscr. Christ.*, vol. II, pp. 102, 138, ne dà l'epitaffio in 10 versi, di cui riporto gli ultimi due:

" *Ter quinos populum qui rexit in annos amore*
Nunc requiem sentit, coelestia regna potitus „.

[10] Fino a " Termantia „ Paulus, XII, 1 (p. 189); il resto Orosius, VII, 35, 1 e 2.

[11] Fin qui Orosius, VII, 35, 2, poi Paulus, cf. nota seguente.

Hanc Maximi perditionem beatus Martinus ante predixit[1] quoniam ipse Maximus Britaniam omni pene armata juuentute copiisque militaribus spoliauerat, qui tyrannidis ejus uestigia secuti in Gallias, numquam ultra domum rediere. Videntes transmarine gentes seuissime Scothorum a Circio, Pictorum ab Aquilone, destitutam milite, ac defensore insulam, ueniunt et uastatam direptamque eam multos per annos opprimunt. Valentinianus recepto Italie imperio potitus est. Andragatius comes cognita Maximi morte, precipitem sese e naui in undas dedit, ac suffocatus est. Theodosius incruentam uictoriam Deo procurante suscepit[2]. Igitur Valentinianus junior restitutus in Galliam transiit[3]. Mox quoque Victorem Maximi filium, quem imperatorem pater Gallis reliquerat, occidit[4]. Ipse uero Valentinianus[5] cum in Gallia tranquillam rempublicam in pace ageret, apud Viennam dolo Arbogastis comitis sui strangulatus, atque, ut uoluntariam sibi consciuisse mortem putaretur, laqueo suspensus est. Mortuo Valentiniano Augusto, Arbogastes Eugenium tyrannum mox creare ausus est; legitque hominem, cui titulum imperatoris imponeret, ipse acturus imperium. Vir barbarus, animo, consilio, manu, audacia, potenciaque nimius, contraxit undique innumeras, inuitasque copias, uel romanorum presidiis uel auxiliis barbarorum, aliis potestate, aliis cognationibus[6] admixtus, denique extabat genere Francus, sed excultor sordidimus ydolorum. Eugenius igitur atque Arbogastes instructas acies campis expedierant: arta alpium latera, atque ineuitabiles transitus munierant[7]. " At uero Theodosius, premissis suis ab Arbogaste, omnibus interfectis, ipse al- " pibus constitutus a somno expergiscitur, sciens quod destitutus suis, nesciens quod clausus " alienis, dominum Christum solus solum, qui posset omnia, corpore humi fusus, mente celo " fixus orabat. Deinc postquam insomnem noctem precum continuatione exegit[8], et testes " propemodum, quas in pretium presidii celestis adpenderat, lacrimarum lacunas reliquit, fidu- " cialiter arma corripuit solus, sciens se non solum esse; signo(que) crucis signum prelio de- " dit, ac se in bellum, etiam si nemo sequeretur, uictor futurus immisit. Prima salutis uia " extitit Arbitio hostilium partium comes; qui cum ignarum imperatorem circumpositis exce- " pisset insidiis, conuersus ad reuerentiam presentis Augusti, non solum periculo liberauit " eum, uerum etiam instruxit auxilio. At ubi ad contingua miscende pugne spatia peruen- " tum est, continuo magnus ille et ineffabilis turbo uentorum in hora hostium ruit; ferebantur " per aera spicula missa nostrorum, atque ultra mensuram humani jactus, per magnum in " aera deportata, nusquam propemodum cadere, prius quam hostes infigerent, sinebantur. " Porro autem turbo continuus hora pectoraque hostium nunc inlisis grauiter secutis euerbe- " rabat, nunc inpressis pertinaciter obstructa claudebat, nunc auulsis uiolenter destituta nuda- " bas, nunc oppositis jugiter in terga trudebat. Tela etiam, que ipsi uehementer intorserant, " excepta uenti impetu[9], ac retrorsum coacta, ipsos, infeliciter configebant. Prospexit sibi " humane conscientie pauor; nam continuo parua suorum manu fusa uictori Theodosio ho-

---

1. Maximam perdicionem *C* - Brittaniam *C* — 3. redire *C* — 3-4. Scothorum *C* — 6. Andragacius *C* — 10-11. strangulatus est *C* — 13. aucturus *C* — 15. cognatione submixus *C* — 16. set *C* — 17. Arta *C* — 18. suis et ab *C* - interfecit *C* — 19. sompno *C* — 21. Deinc *C* - insompnem *C* — 22. precio *C* - appenderat *B* - lacrimarum lacunas reliquid *C* — 23. esse signoque crucis signum ***manca in*** *B* — 24. inmisit *C* — 25. Arvitio *C* — 27. Attubi *C* — 28. hora *C* — 29. manum *B C;* OROSIUS magnum — 31. hora *C* - illis *B* - secutis *C* — 32. impressis *B* — 33. terra *C* - tundebat *C* — 35. fusam *C*

[1] Fin qui PAULUS, XII, I e II.

[2] A cominciare da "Valentinianus" fino a questo punto: OROSIUS, VII, 35, 5; per riprendere PAULUS, XII, III.

[3] IDEM, loc. cit.: "cum in Galliam transisset" R omette il resto: "ibique tranquilla etc.".

[4] IDEM, XII, II: "Victorem quoque Maximi filium....." e finisce: "aetate reliquerat, extinxit".

[5] OROSIUS, VII, 35, 10 e PAULUS, XII, III: "ipse in Galliam transiit, ubi cum tranquilla republica etc.".

[6] OROSIUS, VII, 35, 10-12: "alibi potestate alibi cognatione subnixus". Il brano seguente è l'ultimo periodo di PAULUS, XII, III (p. 190).

[7] IDEM, VII, 35, 13 da "Eugenius" a "inevitabiles transitus *praemissis*"; R salta quindi al § 14, che dice: "*At vero Theodosius in summis alpibus constitutus expers cibi ac somni etc.*".

[8] *Transegit*, dice OROSIUS, VII, 35, 15.

[9] *Impetu supinato*, dice OROSIUS, VII, 35, 18.

" stilis se prostrauit exercitus. Eugenius captus atque interfectus est. Arbogastes sua se manu " perculit, ita et hic duorum sanguine bellum ciuile restinctum est, absque illis decem milibus " Gothorum, quos promissos a Theodosio Arbogastes delesse funditus fertur, quos utique per- " didisse lucrum, et uinci uincere fuit „[1]. Ad cujus laudem ob insignem uictoriam, Poeta quidam eximius, sed infidelis inter cetera his uersiculis cecinit[2]:

O nimium dilecte Deo! tibi militat ether
Et conjurati ueniunt ad classica venti.

" Fuit autem Theodosius propagator reipublice, atque defensor eximius, moribus, et cor-
c. 113 a " pore eminenti, Trajano similis, a quo et originem traxit[3].' Clemens animo, misericors, " communis omnibus, solo habitu differri se a ceteris putans; in omnes homines honorificus, " uerum effusus in bonos, simplicia ingenia diligere, erudita mirari, sed innoxia, largiri ma- " gno ac diligenti[4] animo magna, amare ciues, uel priuatos contubernio, eosque honoribus, " pecunia, beneficiisque ceteris munerari, presertim quorum erga se, uel patrem aspero casu " officia comprobasset. Vinolentiam, et cupiditatem detestatus est[5]. Bella non mouit, sed " inuenit. Ministeria lasciua, saltariasque comessationes lege prohibuit, Consobrinarum nupcias, " tanquam fororum interdixit, literis mediocriter doctus, sagax, multum diligens ad noscenda " gesta majorum. Execrabatur, cum legisset gesta dominantium, superba[6] precipue, perfidos " et ingratos. Irasci sane rebus indignis, sed subito flecti, unde quoque dilatione modica " emolliebatur. Interdum seuera precepta habuit a nature munere magis, quam a philosophe " doctore, qui cum uidisset eum facile commoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit, ut " cum irasci cepisset, uiginti *quatuor* Grecas litheras memoriter recenseret, ut illa concitatio,
c. 113 b " que momenti est, mente alio' traducta, parui temporis spacio interiecto languesceret, mi- " rum haud dubie, et quod est rare uirtutis! post auctam jam armis potentiam regalem, auri, " argentique pondera sublata a tyrannis multis ex suo restituit. Inerat ei cura pietatis eximie, " ut quisquis coleret patruum, tamquam genitorem, fratris mortui, sororisque liberos habere " pro suis, cognatos, affines, parentesque animo completi: et ut blandus pater, concors esset " maritus elegans, letusque conuiuium dare, nec tamen nimis sumptuosum miscere grata col- " loquia pro personis, *atque* dignitatibus, sermones cum grauitate jucundos, exercebatur; ne- " que ad illecebram, *neque* ad *lassitudinem deambulabat,* cum esset animus *reficiendi;* regebat " ualitudinem continentia uescendi[7], *et quanta in eo* apud homines mansuetudo[8], *qualisque* apud " deum deuotio extiterit, hoc monstratur exemplo. Nam cum apud Mediolanum missarum " fruiturus solemniis *voluisset* intrare *ecclesiam, beatum Ambrosium* pro quodam facinore *in-* " *troitum sibi prohibentem nisi publice peniteret,* humiliter *tulit,* et satisfactionem non erube- " scens, inductum ab episcopo modum excepit. Huic sociata in conjugio Flaccilla fuit, ex " qua Archadium et Honorium genuit. Qua defuncta Gallam Valentiniani quoque junioris
c. 114 a " sororem in matrimonium' duxit, que ei Placidiam genuit, cui postea de matris nomine,

1. sese *C* — 2. percutit *C* - illis *manca in B* - millibus *B* — 4. insignis *B,* Orosius; eximius — 14. Violentiam *AB;* Paulus: Vinolentiam - et *C* — 15. commesationes *A* - p̄hibuit *C* — 21. quattuor *A* — 23. aut *C* - annis *C* — 25. tanquam *A e B* — 27. sumptuose *AB* — 29. deambulantibus *A C* - lascitudinem *A* — 30. valetudinem *AB* - continencia *C* — 31. devocio *C* — 32. sollempnis *C* — 33. satis factionem *A* — 34. Faccella *A* — 35. Archadium *C* — 36. in matrimonio *AB*

[1] Tutto il testo virgolato è copiato da Orosius, VII, 35, 15-19.

[2] Orosius, VII, 35, 21: " quamvis ego hoc testi- " monio non laborem, quando unus ex ipsis, poeta qui- " dem eximius sed paganus pervicacissimus, huiusmodi " versibus et Deo et homini testimonium tulit, quibus " ait.... „ e riporta i versi. Cf. pure: Paulus, XII, IIII; *Hist. Misc., op. cit.,* p. 303.

[3] Paulus, XII, v (p. 191); R omette: " quantum " scripta veterum et picturae docent „.

[4] R aggiunge: *ac diligenti.*

[5] Paulus, loc. cit.: " vinolentiam scilicet cupidi- " nem triumphandi, usque eo detestatus, ut bella non " moverit sed invenerit „.

[6] *Superbiam dominantium,* dice Paulus.

[7] Do fra virgolette la parte copiata da Paulus, in corsivo le parole trasposte o aggiunte da R.

[8] Paulus, loc. cit.: *Huius et apud homines etc.*

"Galle cognomentum accessit. Ita quinquagesimum Theodosius etatis sue annum, in pace apud Mediolanum rebus excessit humanis, anno undecimo ejus imperii, utramque rempublicam compositam, ac tranquillatam utrisque filiis Arcadio, et Honorio relinquens. Corpus ejus eodem anno Constantinopolim translatum, ac sepultum est „[1].

Siricius papa a. C. 399 — *Anastasius papa* a. C. 399-401

His uero temporibus Siricio papa decedente, Anastasius natione Romanus ex patre Maximo ei in pontificatu successit, seditque annis tribus, mensibus decem[2]. Hic constituit, ut quotiescumque ⟨in eccesia⟩ euangelia recitantur, sacerdotes non sederent, sed curui starent: constituit etiam peregrinum, aut transmarinum clericum, nulla ratione in clericatu suscipi, nisi proprii episcopi cirographum designaret. Qui etiam sepultus est in Cemeterio beati Petri[3]. Hieronimus sacre interpres hystorie apud Bethleem librum, quem de illustribus uiris scripsit, usque ad quartum decimum imperii Theodosii annum perduxit.

Anno domini CCCXCVII et "anno ab urbe condita MCXLIX Arcadius Augustus in Oriente, et Honorius frater ejus in occidente quadragesimo ⟨secundo loco, c⟩ommune'[4] imperium, diuisis tantum sedibus tenere ceperunt, cum *actenus sub uno imperatore commune fuerit imperium:* quorum pater curam uiris potentissimis mandarat habere, idest, Rufino I Constantinopolitane Orientalis aule, *Stiliconi I. Romani* Occidentalis imperii, *eo quod filii ejus parvuli erant, nec dum imperium regere noverant.* Vixitque *Arcadius* post patris excessum annis duodecim, imperiique summam Theodosio filio paruo admodum moriens *reliquit* „. Eo tempore corpora sanctorum Abacuc, et Michee prophetarum, diuina reuelatione produntur. Quo tempore Pelagius Britto Dei ecclesiam impugnat[5]. *c. 114 b*

Anastasius papa a. C. 401 — *Innocentius papa* a. C. 401-417

His quoque diebus Anastasio papa diem obeunte, Innocentius natione Albanensis ex patre Innocentio ei substituitur, seditque annis quindecim, mensibus duobus[6]. Hic multos Catafrygas inuenit, quos omnes exilio dampnauit, dampnauit quoque Pelagium, et Celestinum hereticos. Et constituit, ut quicumque natus fuerit de chrtstiana, etiam pregnante, denuo nascatur per baptismum, quod Pelagius dampnabat[7]. Hic Innocentius inter missarum solempnia pacem dari precepit, et sabbato jeiunandum[8]. "Interea Gildo' comes Africe, cognita Theodosii morte, arbitratus minimam in paruulis spem fore, Africam sibi ausus est usurpare[9]. Huius frater Mascelzer germani perfidiam perhorrescens, relictis apud Africam[10] in militia duobus filiis adolescentibus, Italiam rediit. Gildo et absentiam fratris, et presentiam filiorum [eius] suspectam habens, adolescentes dolo circumuentos occidit[11]. At hunc jam ut hostem bello insequendum Mascelzer frater ejus missus est[12]. Mascelzer jam a Theodosio sciens quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem Cristi a clementia Dei impetrasset, Caprariam insulam adiit, inde secum sanctos uiros adducens[13]; cum quibus orationibus *c. 115 a*

---

3. Archadio *A C* — 4. atque *C* — 6. an. III m. III *C* — 7. quociens *C: L. P.;* quotiescumque - circumstarent *B* — 9. chirographum *B* — 10. Jeronimus *C* - ystorie *A* — 11. perducit *C* — 12. Archadius *A C* — 14. hactenus *B* — 16. Stilicone *B* — 19. Abbacuc *A C* — 22. sustituitur *A C* - an. XV mens. II *C* — 23. Cathaphrigas *C;* Cataphrigas *C;* Catafrigas *L. P.* — 25. damnabat *B* — 25-26. solemnia *B* — 27. fore *manca in A* — 28. perorrescens *AC:* PAULUS, OROSIUS: perhorrescens - miliciam *C* — 29. abscentiam *A;* abscenciam *C;* OROSIUS: abscentiam — 32. oio hominis *C* - clementiam *A C;* OROSIUS: a clementia — 33. abducens *C*

[1] PAULUS, XII, V-VIII.

[2] *L. P.*, I, 218, aggiunge: "d. X „.

[3] IDEM: "Qui etiam sepultus est in cymiterio suo ad Ursum pilatium, v kal. mai „. Sulle parole "in cymiterio suo „ e sulla data, punto accettabile "v kal. maii „: cf. DUCHESNE, p. 219, note 6 e 7.

[4] PAULUS, XII, VIIII. Le parole fra virgolette son copiate; quelle in corsivo, aggiunte e mutate da R. Cf. pure OROSIUS, VII, 36, 1. Nel Cod. Vat. sono sbiadite, e rifatte dall'amanuense del sec. XVII, le parole; *Arcadius, secundo,* im[perium].

[5] BEDA, *op.* loc. cit., p. 114, an. 4361.

[6] *L. P.*, I, pp. 220-222: *sedit an. XV, m. II, d. XXI.*

[7] IDEM, loc. cit.: *qui natus fuerit de christiana denuo nasci per baptismum, hoc est baptizari etc.*

[8] R omette il resto: Innocenzo, *sepultus est in cymiterio ad Ursum pileatum, V kal. aug.* Cf. DUCHESNE, pp. 223 e 224, note 17 e 18.

[9] PAULUS, XII, X: *spem fore Africam* iuri proprio coepit *usurpare.*

[10] *Apud Africanam,* dice OROSIUS, VII, 36, 4, che R ora copia.

[11] *Interfecit,* OROSIUS, VII, 36, 5.

[12] R omette un periodo e sopprime *igitur,* che precede Mascelzer.

[13] OROSIUS, VII, 36. 5: *unde secum sanctos servos Dei aliquot permotos precibus sumpsit.* Ma qui R comincia a copiare PAULUS, XII, X (p. 192).

" ac jejuniis dies aliquot continuauit et noctes. Ante triduum autem cum hostes contiguus fieret, cernit in somnis beatum Ambrosium paulo ante defunctum, quo uel quando uictoriam caperet, diem sibi indicantem et locum. A[c] tertio demum die post noctem orationibus hymnisque peruigilem, cum quinque solummodo milibus aduersus octoginta milia hostium pergens, Dei nutu, sine bello eos in deditionem accepit[1]. Barbari quoque, quorum magnam multltudinem Gildo deduxerat, in diuersa fugerunt; Gildo et ipsam fugam arripiens ascensa naui, cum in Africam redisset, post aliquot dies strangulatus interiit. Sane idem *c. 115b* Mascelzer' rerum secularium[2] insolentia tumens, post habitum sanctorum confortium, qui antea Deo militans uicerat, postea etiam ecclesiam temerare ausus est, atque ex ea quosdam non dubitauit extrahere: secata est pena sacrilegum, nam post aliquantum temporis et ipse punitus est[3]. Interea et ipse Rufinus, cui Orientalis aule a Theodosio cum barbarorum solaciis regnum tentaret inuadere, morte iustissima penas luit[4]. Quo tempore omnium antiquorum, presentiumque hostium longe inmanissimus Radagaisus rex Gothorum inuasit Italiam[5]. Hic supra incredibilem multitudinem, quam secum duxerat, indomitamque uirtutem, paganus erat, et Scytha, qui ut mos es barbaris hujusmodi gentibus omnem Romani generis sanguinem Diis suis propinare, deuouerat: qui non tantum gloriam, aut predam, quantum inexaturabili crudelitate ipsam cedem amaret in cede[6]. Hoc igitur Romanis arcibus imminente, inuadit illico Romam pauor infinitus; fit omnium paganorum in urbe concursus: acclamatur a cunctis seu ideo perpeti, quod neglecta fuerant sacra deorum[7]. Magnis querelis ubique agitur, et continuo de repetendis sacris, celebrandisque tractatur. Feruent tota urbe blasphemie, uulgo nomen Christi, tanquam lues aliqua presentium temporum pro- *c. 116a* bris in'grauabatur[8]; sed non finit Deus rem potentie sue, uirtute hostium, maxime infidelium, superari. Conducuntur itaque a Romanis Huldin, et Sarus Hunorum, et Gothorum duces: hii adsunt in presidio Romanorum. Conterritus quippe diuinitus Radagaisus, ejusque totus exercitus in aspero Fesulani montis jugo, urgente undique timore, concluditur, qui cum fame, ac siti atque languore deficerent, rex Radagaisus solus spem fuge sumens, captus a Romanis uita priuatur. Tanta uero multitudo captiuorum Gothorum fuisse fertur, ut uilissimorum pecudum modo, singulis aureis passim greges hominum uenderentur. Interea Alaricus Italiam cum Gothis ingressus est; ac uero Stilico Occidentalis tutor imperii, immemor collatorum beneficiorum, immemor etiam affinitatis, nam socer extabat Honorii regnum Eucherio filio affectans, ingentia reipublice intulit mala; nam[9] Alaricum, cunctamque Gothorum gentem pro pace optima, et quibuscumque sedibus, suppliciter orantem, occulto

---

1. aliquod *C* — 4. ymnisque *A;* ymnis *C* - millibus *A B* - millia *A B* — 6. Gilbo *A B;* Paulus: Gildo — 8. insolentia] *di seconda mano fu in C corretto:* sollercia - post habito sanctorum consortio *B* — 11. Et ipse punitus est, cui interea Rufinus cui a Theodosio orientalis aule *C; A B seguono il testo Paolino* — 12. solatiis *A B;* Paulus: solaciis — 13. immanissimus *A B* - Rhadagaisus *B* — 15. Sitha *A;* Scitha *C* — 17. inexaturabili crudelitate *manca in A;* ipsa, *non* ipsam *A C* — 18. inminente *A C* - ilico *C* — 19. sed hec ideo perpeti *C* — 23. Hunnorum *B C;* Paulus: Hunorum, *così* Orosius — 24. Rhadagaisus *B* — 26. Rhadagaisus *B* — 28. pecodum *C* — 29-30. immemor collatorum beneficiorum *manca in C* — 32. et suppliciter *C*

[1] Dopo *accepit,* Paulus ha: *quo viso auxiliaris Gildonis barbari ilico terga dedere; Gildo et ipse etc.*

[2] Paulus: *secundarum.* Cf. pure: Orosius, VII, 36, 11 e 12.

[3] Dopo *tumens,* Paulus scrive: *ecclesiam dei temerare ausus est atque ex ea quosdam non dubitavit extrahere; secuta mox poena sacrilegium est, nam post aliquantum temporis ipse punitus est.*

[4] Paulus, XII, xi (p. 193). r omette due periodi e salta al § XII.

[5] r omette un periodo.

[6] r aggiunge a Orosius, VII, 37, 4 e a Paulus, loc. cit.

[7] Orosius, § VII, 37, 6: *Hoc' igitur Romanis arcibus imminente fit omnium paganorum in Urbe concursus hostem esse cum utique copia virium tum maxima presidio deorum potentem....*

[8] Dopo questa parola r sunta Orosio, per ricominciare con *conducuntur* ad attingere a Paulus, XII, e Orosius, VII, 37, 12 sg.

[9] r che da *Interea Alaricus Italiae* fin qui ha parte copiato, parte suntato Paulus, XII, xiii (pp. 193 e 194), seguendo poi quasi alla lettera la *Historia Miscella,* lib. XIII, § 25 (p. 310) fino a *nam,* continua copiando Orosius, 38, 2.

“defendere fouens [1], pubblice autem et belli, et pacis copia negata, ad terendam rempublicam reseruauit. Quos cum delere posset, fouit, sepe eos uicit, sepe conclusit, semperque dimisit. Cumque ab Honorio sedes [2], quo cum suo exercitu consistere posset, expeteret, Honorius deliberato consilio ei Gal'lias concessit; qui cum ad Gallias pergens, ob recupe- *c. 116 b* rationem jumentorum apud Pollentiam [3] resedisset, Stilico comes [4] in perniciem reipublice Gothos pertemptans, dum eos insidiis aggredi cuperet, belli Summam Sauli pagano duci commisit, qui ipso sacratissimo die Pasche, Gothis nil tale suspicantibus [5], super eos irruit, magnamque eorum partem prostrauit. Gothi uidentes irruptionem a Romanis fieri, primum perturbati, ac propter Pasche religionem cedentes [6], demum arma corripiunt, more solito coarctantur, uictoremque uirtute potiori prosternunt exercitum. Hinc in rabiem furoris accensi, Romam contendunt petere, cuncta, per que ierant, igni, ferroque uastantes; nec mora, uenientes Urbem capiunt, deuastat, incedunt. Data tamen prius precepto ab Alarico, ut si quis in loca sancta, precipueque sanctorum apostolorum Petri, et Pauli basilicas confugisset, hos in primis inuiolatos, securosque esse sinerent, deinde in quantum possent prede inhiantes a sanguine temperarent. Capta itaque Roma est anno MCLXIIII conditionis sue [7]. Accidit quoque, quod magis illa Urbis irruptio indignatione Dei apta, quam hostis fortitudine probaretur, ut beatus Innocentius Romane ecclesie episcopus, occulta prouidentia Dei apud Rauennam tunc positus,' peccatoris populi excidium non uideret, ubi dum moraretur, *c. 117 a* dedicauit basilicam Protasii et Geruasii martyrum ex deuotione cuiusdam illustris femine Vestine [8]. Tertia die Barbari quam ingressi Urbem fuerant, sponte discedunt, facto quidem aliquantarum edium incendio, sed ne tantum quidem, quantum DCCCXVII conditionis ejus anno Cesar effecerat [9]. Deinde per Campaniam, Britiam, Lucaniamque simili strage bacchantes, Regium peruenere [10]. Post paucos itaque dies Alaricus apud Cosentiam, quam ipse destruxerat, subita morte defunctus est [11]. Gothi Basentum amnem de alueo suo captiuorum labore deriuantes, corpus Alarici in medio ejus alueo sepeliunt, amnemque proprio meatui reddentes, ne quis locum scire possit, captiuos, qui interfuerant, extinguunt. Regem deinceps Athaulfum Alarici affinem Gothi constituentes Romam redeunt; si quid residui fuit, locustarum more eraderent, auferentes exinde Galliam Placidiam Theodosii principis filiam, sororem Honorii, quam sibi Athaulfus apud Forum-Cornelii conjugio sociauit, que post reipublice multo commodo fuit. Nam mariti animum acerrimi ingenii [12], subtilibus blandimentis ad hoc inflexit, ut ultro [a] Romanis pacem expeteret: qui cum ad Gallias profi'cisceretur [13], *c. 117 b*

---

6. pertentans *A B*; *Historia Miscella*: pertemptans — 7. Pasce *A* — 13. precipueque Petri et Pauli sanctorum Apostolorum *A B*; *C è conforme all'Historia Miscella* — 16. Accedit *C* - acta *B* — 19. Prothasi *A C* — 22. Brutiam *A B*; Paulus: Britiamque — 22-23. bachantes *C* — 23. Rhegium *B* — 24. Bassentium *A B C*; Paulus: Basentum — 26. posset *B* — 27. Athaulphum *A B*; Paulus: Athaulfum - afinem *C* - residuum fuit *A B* — 28. more *manca in C* - auferentesque *C* — 29. Athaulphus *A B*

[1] Il Sassi ha giustamente annotato: Orosius, *occulto foedere fovens.*

[2] *Post haec autem Italiam ingressus* cum ab Honorio sedes, dice la *Historia Miscella*, lib. XIII, § xxvi (p. 312), che R qui segue.

[3] *Historia Miscella*, loc. cit.: *apud Pollentiam aliquantulum resedisset.*

[4] Idem: *Stilicho patricius.*

[5] Idem: *supplicantibus nihilque tale sperantibus super eos etc.*

[6] Idem: *Nam primum perturbati Gothi ac propter religionem cedentes....*

[7] Idem, lib. XII, cap. xxvii, omettendo tutte le aggiunte che Eyssenhardt ha ricavato dal solo codice *D* e variando qualche parola. Cf. pure Paulus, XII, xiii (p. 194).

[8] *L. P.*, I, 220: [*Innocentius*] *eodem tempore dedicavit basilicam sanctorum Gervasi et Protasi ex devotione cuiusdam inlustris feminae Vestinae.* Il Duchesne (p. 222, nota 4) dice che questa chiesa, rinnovata più volte, porta il nome di San Vitale, fra il Quirinale e il Viminale in Roma. Orosius, VII, 39, 2, parla di Innocenzo a Ravenna; ma non dice che abbia consacrata la chiesa dei martiri. R evidentemente confuse.

[9] Orosius, VII, 39, 15: *quantum septingentesimo conditionis eius anno casus effecerat.*

[10] R omette un periodo di Paulus, XII, xiv.

[11] Paulus, loc. cit. non parla della distruzione di Cosenza.

[12] Ibidem. XII, xv, che R qui copia: *nam ad hoc mariti animum acerrimo ingenio subtilibus....*

[13] Paulus, loc. cit.: *qui ad Gallias proficiscens deinde apud.*

" non multo post apud Barcilonem fraude suorum occisus est. Post quem Gensericus regnum capiens, dum pacem Romanis seruare disponit, et ipse a suis peremptus est; deinde (in) Vallia regni jura suscepit, ad hoc electus a Gothis, ut pacem infringeret, ad hoc a Deo ordinatus, ut confirmaret. Preterea comes Stilico Wandalorum perfide ac dolose gentis genere editus, paruipendens quod sub adolescente imperatore imperabat [1]; Eucherium filium ejus, ut dictum est, jam christianorum persecutionem a puero priuatoque meditantem, ut in imperio quoquo modo substitueret, ante biennium Romane irruptionis sollicitauit Alanos, Sueuos, Wandalos, atque Burgundiones invenire contra Romanos, ut sub hac necessitatis circumstantia extorquere imperium a genero posset in filium [2]. Tandem ubi imperatori Honorio, et exercitui Romano hec tam ingentia dampna patefacta sunt, commoto justissime exercitu, occisus est Stilico, occisus est et [Eucherius] filius ejus ".

Innocentius papa a. C. 417 — *Zosimus papa* a. C. 417-418

Interea Innocentio rebus humanis excepto, Zosimus, natione Grecus, ex patre Abrahamo, ei papa subsistitur; sedit anno uno, mensibus octo [3]. Hic sabbato sancto cereum in omnibus titulis benedici precepit; et ut nullus clericus poculum in publico propinaret, nisi tantum in *c. 118a* cellis fidelium, maxime clericorum [4]. Qui etiam ' sepultus est uia Tiburtina, juxta corpus beatii Laurenti martyris [5].

Huic autem in episcopatu successit Bonifacius, natione Romanus, ex patre Jocundo presbytero, seditque annis tribus mensibus septem [6]. Hic sub intentione cum Eulalio ordinatur uno die; Eulalius quippe ordinatur in basilica Constantiniana; Bonifacius autem in basilica Julii, et fuit magna dissensio in clero. Audiens hoc Placidia Augusta cum filio suo Valentiniano, dum sederent Rauenne, retulit hoc Honorio Augusto Mediolani sedenti. Tunc ambo Augusti missa auctoritate preceperunt, ut ambo exirent de ciuitate. Qui cum pulsiexissent, tandem utrique Augusti miserunt [7], et reuocauerunt Bonifacium in urbe Roma, et constituerunt episcopum. Bonifacius autem presul Romanus constituit, ut nulla mulier, aut monacha uasa sacrata, uel pallam altaris [8] contingeret, nec in ecclesia incensum poneret, nec seruum clericum fieri, nec obnoxium curie, uel cujuslibet rei. Hic fecit oratorium in cemeterio sancte Felicitatis, et ornauit sepulchrum ejus, et sancti Siluani [9]. Preter hec apud Britannias Gratianus tyrannus mox creatur occiditur. Hujus in loco Constantinus ex infinita militia propter solam spem no- *c. 118b* minis sui,' sine merito uirtutis eligitur; qui ad Gallias transiens, sepe a barbaris incerto federe illusus detrimento reipublice magis fuit quam augmento. Tunc duo juuenes locupletes Didi-

---

1. Barzilonem *A;* Barcinonem *B* - postquam *C* - Gersericus *C;* Orosius, *VII, 43, 9, che* Paulus *sunta:* Segericus — 2. peremptus *C* — 3. Walia *B;* Orosius, *§ 10:* Vallia; Paulus: Wallia — 4. Guandulorum *A C;* Paulus, *XII, XVI:* Wandalorum — 6-7. in imperium *C* — 7. subsisteret *A C;* Paulus: substitueret — 8. Guandalos *A C* - marina *invece di* uenire *A C* - ac *invece di* hac *C* — 10. damna *B* — 11. [Eucherius] *manca in A B;* Euchericus *C* — 12. exempto *B* — 13. substituitur *B* - an. I m̄. VIII — 15. celle *C* — 17. Huic autem in episcopatu Bonifatius successit *C* — 18. an. III m̄. VIII *C* - contentione *A B; L P, che R copia:* intentione — 21. sederet *A B; L P:* sederent — 22. exirent *A B; L P:* exisset — 26. cimiterio *A C* — 30. magis quam augmento fuit *A B;* Paulus, *XII, XVII:* magis fuit quam augmento - Verinianus *B*

[1] Da *parvipendens* a *imperabat* aggiunto da R. Cf. Paulus, XII, XIII (p. 195); *Historia Miscella*, lib. XIII, cap. XXIX.

[2] Paulus, loc. cit., che R qui muta, dice: *Romanae irruptionis gentes copiis viribusque intolerabiles, hoc est Alanorum Suevorum Wandalorum Burgundionum, ultro in arme suscitavit easque pulsare Gallias voluit, ut sub hac necessitate a genero in filium extorquere imperium possit.*

[3] *L. P.*, I, p. 225: *sedit ann. I, m. III, d. XI.*

[4] Idem: *.... et per parrocia concessa licentia cereum benedici. Et praecepit ut nullus clericus in poculum publicum propinaretur, nisi tantum cellae fidelium maxime clericorum.*

[5] Idem, che R copia, aggiunge: *VII kal. ianuar.* che è la data giusta. De Rossi, *Bullett.*, 1881, p. 91 sg. alle tombe dei tre papi Zosimo, Sisto II e Ilario assegna le tre arche nel basso della primitiva basilica di San Lorenzo, e reintegra i frammenti epigrafici. La ricostruzione non è acccettata da Duchesne, *op. cit.*, p. 226, nota 4:

Discere si me(rens pat)ris meritum (cupis almi),
Hunc Petrus (Zosimus) verum secum ei (sociavit).
Somnio prae(cessis den)is is vix mensib. A(nno)
Natali popu(lo ferias co)ncedere iussit
Vixit (an.....) M. XI. D. VI.

[6] Ibidem, I, p. 227: *ann. III m. VIII d. VII.*

[7] R qui sunta due periodi di *L. P.* Ricomincia la copia da *Bonifacius autem.*

[8] *L. P.*: *.... monacha pallam sacratam contingere.*

[9] R omette il resto.

mus, et Viridianus, assumptis propriis seruulis ac uernaculis, sese patriamque a barbaris, et tyranno defensare moliti sunt: aduersus hos Constantinus Constantem filium ex monacho Cesarem factum cum quibusdam federatis barbaris Hispaniam misit. Costans barbarorum fultus auxilio, eos primo prelio peremit [1]. Igitur imperator Honorius dum uires reipublice cotidianis cerneret labefactari incommodis, girum strenuum ac bellicosum Constantium comitem ad Galliam cum exercitu mittit. Is mox (ut) Gallias ingressus est, Constantinum tyrannum apud Arelatum extinxit. Constans uero filius ejus a Gerontio suo comite apud Viennam peremptus est. In cujus locum Gerontius Maximum quemdam substituens, ipse a suis militibus jugulatus est. Maximus exinde [2] purpura exutus, in Hispania exulans obiit. Exinde Jobinus apud Gallias mox ut assurrexit, cecidit. Sebastianus frater ejus continuo creatus occisus est. Tertullus consul, qui se futurum principem in senatu gloriatus est, pari nichilominus exitu periit. Attalus a Go'this imperator effectus, postmodum captus a Constancio, missusque Honorio, truncata manu *c. 119 a*
uite relictus est. Heraclianus quoque cum Sabino genero cum tribus milibus ac septingentis nauibus ex Africa Romam tendens, occursu comitis Marini territus et in fugam uersus, arrepta naui solus Carthaginem rediit, ibique peremptus est. Hos omnes Honorius optima religione magnaque Constancii industria superauit, merito sane in his diebus precipiente Honorio fauente Constantio, sopitis apud Africam hereticis, pax catholicis reddita est, in qua fulgentissimus tunc apud Yponii regium, totiusque magister ecclesie florebat Augustinus [3]. Tunc quoque Lucianus presbyter, cui reuelauit Deus, septimo Honorii principis anno, locum sepulchri, et reliquiarum beati protomartyris Stephani, ac Gamalielis ac Nicodemi, qui in euangelio, et in actibus Apostolorum leguntur scripsit ipsam reuelationem greco sermone ad omnium ecclesiarum personas; quam reuelationem Habitus presbyter, homo Hispanus genere in latinum uertit eloquium, et adjecta epistola sua per Orosium presbyterum occidentalibus dedit. Qui etiam Orosius ad loca sancta perueniens, quo eum Augustinus ad Hieronymum pro discenda ab eo ratione anima miserat, reliquias beati Stephani accepit, et reuersus est [4]. Interea Wallia Go'thorum rex, dei judicio territus, Placidiam apud se honeste habitam exigente *c. 119 b*
Constantio, fratri Honorio reddidit, pacemque cum eo, datis lectissimis obsidibus, pepigit [5]. Wandali quoque, Alani, atque Sueui pacem cum eo pepigerunt. Eo tempore Britanni [6]. Scotorum, Pictorum, que intestationem non serentes, Romam ob hostium [7] mittunt, et sui subiectione promissa, contra hostes auxilia flagitant; quibus statim missa ab ea legio, magnam barbarorum multitudinem sternit [8]. Ceteros Britannie finibus pellit, ad domum reuersura precepit, ob arcendos hostes, murum trans insulam inter duo maria statuere; qui absque artifice magistro, magis cespite, quam lapide factus, nihil operantibus profuit [9]; nam mox ut discessere Romani, aduectus nauibus prior hostis, quasi maturam segetem obuia sibi queque cedit,

---

1\. Verinianus *B* - assumtis *B* — 3. Yspaniam *A* — 4. quotidianis *A B;* Paulus, *XIII, I:* cotidianis — 6-7. Arelantem *C* — 8. Jeroncius *A* — 9. Yspania *A* — 12. Constantino *A B;* Paulus: Constantio — 13. Heraclius *C;* Paulus: Heraclianus - millibus *A B* — 15. Carthaginem *C* - peremtus *A B;* Paulus: peremptus - hoc *C* — 16. magnaque Constantii industria *manca in A B, ma si trova in* Paulus — 17. catholica *C* — 18. Tunc *manca in A;* Hipponensis episcopus *B; così pubblicò il Sasso* — 21. leguntur *manca in B* — 22. Habundius *B; così Sasso* - Yspanus *A C* — 24-25. discenda *C* — 26. Walia *C* - apud *C* — 28. Guandali *A C* - Suaui *C* — 29. ob *manca in C* — 30. ea *A B* — 33. nil *A* — 34. adductus *A B;* Paulus: aduecti nauibus - obuiam quoque *C*

[1] Paulus, XII, xvii. r omette gli ultimi periodi e passa con *Igitur imperator* al lib. XIII, i (p. 196).

[2] Idem, XIII, i: *deinde.*

[3] Idem, loc. cit., p. 196.

[4] Beda, loc. cit., an. 4376. Sasso annota: Beda, *Avitus.*

[5] Paulus, XIII, ii. r omette il resto del paragrafo, e omette pure i §§ III, IV e V.

[6] *Ea tempestate Brittani,* dice Paulus, XIII, v, che r riprende a copiare.

[7] *Forte adiiciendum: pavorem,* nota il Sasso. Paulus però dice: *Romam mittunt ac sui subiectione promissa....*

[8] *Stravit,* dice Paulus.

[9] Beda, *Historia ecclesiastica,* lib. XII, cap. xii; Migne, *Patr. lat.,* vol. XCV: .... *ceteros sociorum finibus expulit: eosque interim a dirissima depressione liberatos hortata est instruere inter duo maria trans insulam murum qui arcendis hostibus posset esse presidio.... at insulani murum quem iussi fuerant, non tam lapidibus quam cespitibus construentes....*

calcat, deuorat. Iterum petito auxilio, Romani aduolant, et cesum hostem trans maria fugant[1], conjunctisque sibi Britannis, murum non terra ut antea puluereum sed saxo solidum, inter ciuitates, que ibidem ob metum hostium fuerant facte, a mari usque ad mare collocant. Sed in litore meridiano maris, quia et inde hostis timebatur, turres per interualla ad prospectum *c. 120 a* maris statuunt; sic ualle dicunt sociis, tanquam ultra non reuersuri[2]. 'His ita sopitis, Honorius Galliam Placidiam sororem suam comiti Constantio fide integerrimo et ingenii uiro in matrimonium sociauit, ex qua Constantius Valentinianum filium habuit[3]. Cernens itaque Honorius Constantii uirtutem et ingenium[4], eum in regni consortium asciuit, qui nec dum septem mensibus euolutis, ex hac luce subractus est. His diebus apud Bethleem Palestine Ieronimus[5], expletis nonaginta uno annis, uita migrauit ad Christum. Honorius uero postquam cum minore, de quo premissum est, Theodosio Archadii germani sui filio, annis quindecim imperasset, cum jam antea cum fratre annis tresdecim, ac sub patre ubique regnasset, rem publicam, cui preerat[6], pacatam relinquens, apud urbem Romam uita exemptus est[7]. Fuit Honorius moribus, et religione patri Theodosio non ualde absimilis.

Bonifatius papa † a. C. 422 *Celestinus papa* a. C. 422 432

Bonifacio autem papa uita decedente, Celestinus, natione Romanus[8], ex patre Prisco, huic in pontificatu successit, seditque annis octo, mense uno[9]. Hic constituit, ut Psalmi Dauid *c. 120 b* CL antiphonatim cantarentur ante canonem, quod antea non fiebat, sed tantum epistole beati Pauli et euangelia legebantur. Et hic sepultus est in cemiterio Priscille uia Salaria[10].

a. C. 424 a. u. c. 1177

Anno dominice incarnationis CCCCXXIV, et anno ab Urbe condita MCLX(X)XVII' Theodosius minor Archadii filius, quadragesimo tertio loco ab Augusto, Orientale regebat imperium. Qui comperto patrui Honorii funere, Valentinianum filium amite sue Placidie Cesarem effectum, cum matre sua ad regendum Occidentis dirigit imperium[11]. Valentinianus igitur, consensu totius Italie imperator efficitur, cujus mater Augusta nuncupatur; qui mira felicitate regni gubernacula apud Rauennam obripiunt, cunctos rebellione depopulantes. Interea effera gens Wandalorum, Alamannorum, et Gothorum[12] cum Geiserico suo rege ab Hispanis ad Africam transiens, cunctamque ferro flamma ac rapinis simul crudelissime deuastans, catholicam insuper fidem Arriana impietate sedauit, nonnullos etiam propter hoc in exilium episcopos relegauit. Sub hoc turbine beatus Augustinus ypponensis episcopus, et omnium doctor eximius literarum, ne ciuitatis sue ruinam uideret, tertio ejus obsidionis mense migrauit ad dominum v kalend. septembris, cum uixisset annos LXVII cum in clericatu, uel *a. C. 440* in episcopatu annos fere XL complesset[13]. Sequenti uero anno Wandali, capta Carthagine[14], Siciliam quoque deleverunt; cujus captiuitatis Paschasius Lilybitanus antistes, in epistola, quam

---

5. sociis *manca in C* — 8. consortio *A C* - VII *C* — 9. Pale Palestine Jeronimus *C* — 11. germani filio suo *C* - XV *C* — 12. XIII *C* — 13. exeptus *B;* exemptus *A C; conforme* PAULUS — 17. CL *manca in A* - antifonatim *C* — 18. cemeterio *B* — 19. anno incarnationis domini *C con inchiostro nero* — 20. XLIII *C* — 25. Guandalorum *A C* - Genserico *A B;* PAULUS: Geiserico — 28. religatis *C* — 32. Lilibetanus *A C*

[1] PAULUS, loc. cit.

[2] BEDA, loc. cit. Da *his ita etc.* PAULUS, XIII, III (p. 196 sgg.).

[3] R omette due periodi.

[4] PAULUS, loc. cit.: .... *ubique se Constantio virtute et ingenio seu per belli pacis etc.*

[5] *Palaestinae beatissimus Hieronim.*, PAULUS, loc. cit.

[6] *Ut cupierat, pacatam,* PAULUS, XIII, VII, che R qui copia.

[7] R omette due periodi.

[8] *L. P.*, I, p. 230: *natione Campanus* i codici classe *B* e *C* hanno però: *Romanus.*

[9] *Idem: sedit an. VIII, m. X, d. XVII.*

[10] R omette: *VIII id. april.* La tomba di Celestino è nella chiesetta di san Silvestro, in via Salaria, presso l'ipogeo Priscilliano. DE ROSSI, *Roma sott.*, I, p. 176, pubblicò l'epitaffio di cui do alcuni degli ottoversi:

Praesul apostolica sedis venerabilis omni
Quem rexit populo, decimum dum conderet annum,
Caelestinus agens vitam migravit in illam
Debita quae sanctis aeternos reddit honores.

[11] PAULUS. VIII, IX: .... *cum matre Augusta, ad recipiendum occidentis dirigit regnum.* R omette quindi alcuni periodi.

[12] BEDA, 452: *effera gens Vandalorum Alanorum et Gothorum ab Hispaniis ad Africam transiens.*

[13] PAULUS, XII, X; BEDA, 452: *Historia Miscella,* lib. XIV, X assegnano a Sant'Agostino *mense sex et septuaginta vitae annis expletis.*

[14] PAULUS, XIII, XIV (p. 199): *igitur Carthago ab Vandalis hoc modo capta est annis quingentis octoginta et quinque* (sic) *evolutis.* Cf. pure: *Historia Miscella,* lib. XIX, cap. XVI (ediz. cit., p. 326).

de ratione ' Paschali pape Leoni scripsit, meminit [1]. Ad Scotos in Christum credentes ordinatus a papa Celestino Palladius primus episcopus mittitur, anno Theodosii octauo [2]. *c. 121 a* Per idem tempus Brittanni, de quibus premissum est, cum rursus Scottorum et Pictorum incursibus premerentur [3], irrupto muro, cesis, captis, fugatisque ab eis muri custodibus, mittunt ad Romane potestatis uirum Etium consulem, uigesimo tertio Theodosii principis anno, petentes auxilium, nec impetrant [4]. Quibus dum Etius minime annuisset, eo quod contra uiciniores hostes occupatus existeret, quidam Brittannorum strenue resistentes, hostes abigunt, quidam uero coacti, hostes subiciuntur, denique subactam Picti extremam insule partem, eam sibi habitationem fecere, nec ultra exinde hactenus ualuerunt expelli. At uero residui Britannorum dum continue Scothorum impetus formidarent, ultra jam de Romanorum presidio diffidentes, Anglorum gente cum rege suo Vertigerno ad defensionem sue patrie inuitauere, quos amicali societate exceptos uersa in contrarium uice, hostes pro adjutoribus impugnatoresque sensere [5]. At uero Theodosius, dum absque uiginti et uno superioribus anni, quibus cum Honorio patruo regnauerat, septem et uiginti annis imperium ' gessisset, ex quibus cum Va- *c. 121 b* lentiniano [6] XXV transegit, apud Constantinopolim morbo consumptus obiit [7]. Cujus imperii tempora tertia sinodus in Epheso congregata est cc patrum contra Nestorium Auguste urbis episcopum, presidente Roma papa Celestino. “ Eudoxia Theodosii principis uxor ab “ Hierosolimis remeauit, beatissimi Stephani primi martiris reliquias, que ostense sunt Luciano “ presbitero, secum deferens, que in basilica sancti Laurentii posita uenerantur. Bleda et “ Attila fratres, multarumque gentium reges tunc Illyricum, Thraciamque depopulati sunt „ [8].

Defuncto papa Celestino, Xystus natione Romanus ex patre Xysto episcopali cathedre *Celestinus papa † a. c. 432* Rome sublimatus est, seditque annis octo [9]. *Syxtus papa a. C. 432-440* Hic, congregata sinodo pro crimine sibi illato, coram LVII [10] episcopis canonice purgatur, et condempnatur Bassus, qui hoc ei apud Augustum crimen intulerat, ita tamen, ut ultimo die uiaticum ei non negaretur, propter humanitatem pietatis ecclesie. Qui Bassus cum defunctus esset, corpus ejus Xixtus episcopus cum aromatibus manibus suis tractans sepeliuit. Hic edificauit ecclesiam beate dei genitricis Marie, que dicitur ad Presepe, et hodie ecclesia major uocatur, in monte juxta macellum Libie [11]. Hic et in distribuendas pauperibus eleemosinas studuit, et multas auro argentoque basilicas decorauit. Qui etiam ' sepultus est in uia Tyburtina in cripta, juxta corpus beati Laurentii [12]. *c. 122 a*

Leo natione Tuscus, ex patre Quintiano, huic successit in episcopatu, seditque annis *Leo papa a. C. 440-461* uiginti uno et mense uno [13]. Hic ecclesiam a Nestoriana et Eutichiana heresi, sua predicatione liberauit, et Dioscori superbiam calcauit Denique misit hic ad Martianum Augustum fidelem principem catholicum, ut ejus auctoritatem concilium contra hereses conuocaretur.

---

1. dixit, *non* scripsit *C* — 3. Britani *A B;* PAULUS: Brittani - Scotorum *A B;* PAULUS: Scottorum — 7. Britanorum *A B* - habigunt *C* — 9. actenus *C* — 10. Scottorum impetus continue *C* — 12. excepta *C* — 18. Jerosolomis *C* — 20. Tractiam *C* — 22. VIII *B C* — 23. quadraginta et septem *A B; L P:* LVI — 26. hedificauit *C* — 28. auro et argento *C* — 30-31. an. XXI m̄. I *C*

[1] PROSP. AQUITAN., *Chron.*, ad an. 438, ediz. Roncall., p. 661; PAULUS, XIII, 12: *Per idem tempus piratae multas insulas praecipueque Siciliam populati sunt.* Cf. pure: CASSIODORI, *Chron.*, ad an. 440: *Gaisericus Siciliam depraedatus Panormum diu obsedit*...; ISIDORI, *Istoria Wandalorum*, ediz. Mommsen, p. 227: *Ille (Gensericus) autem sacramenti religione violata, Carthaginem pervadit, Siciliam depraedatus Panormum obsidet*.... Cf. pure: LANCIA DI BROLO, *Storia della chiesa di Sicilia nei primi dieci secoli*, Palermo, 1880, vol. I, 276 sg. Per l'epistola di Pascasino a papa Leone, MIGNE, *Patr. lat.*, vol. XCV cit., *Appendix*, p. 321: *Tunc inquit, cum declinatur, ne X kal. maii die Pascha teneretur, celebrata est die VIII kal. aprilis.*

[2] BEDA, *Hist. Eccles.*, I, XIII (an. CCCCXXX).

[3] PAULUS, XIII, XVII (p. 200).

[4] BEDA, p. 452.

[5] PAULUS, XIII, XVII, *ad literam* da *Quibus dum Etius* fino a questo punto. Cf. pure BEDA, p. 452.

[6] *Valentiano genero,* dice PAULUS, XIII, XVIII.

[7] PAULUS, loc. cit., aggiunge: *ibique sepultus est.*

[8] BEDA, *De sex aetatibus mundi*, p. 114.

[9] *L. P.*, p. 232: *sedit an. VIII, d. XIX.*

[10] IDEM: .... *purgatur a LVI episcopis et condemnatur Bassus a synodo, ita tamen ut ultimo die viaticum ei non negaretus pietatis ecclesiae.*

[11] IDEM: *basilicam sanctae Mariae, quae ab antiquis Liberii cognominabatur.* Nel sommo dell'arco trionfale di questa chiesa, v'è l'iscrizione in mosaico: SISTUS EPISCOPUS PLEBI DEI. Cf. DUCHESNE, p. 235, nota 2.

[12] Sul luogo della tomba cf. ZOSIMUS, p. 96, n. 5.

[13] *L. P.*, I, p. 238: *sedit an. XXI, m. I, d. XIII.*

Hujus itaque auctoritate principis factum est in ciuitate Calcedona concilium episcoporum DCCXXX cum cirographo sancti archiepiscopi Leonis, in qua fides ecclesie catholica exposita est et confirmata: confirmaueruntque fideliter, ac catholice in uno domino Jesu Christo duas naturas, ut unus idemque Christus ueraciter Deus et homo credatur. Tunc dampnauerunt Nestorium, et Eutichium nefandissimorum presulem Manicheorum [1].

a. c. 451 a. u. c. 1204 Anno dominice Incarnationis CCCCLI et anno ab Urbe condita MCCIV. Marcianus quadragesimus quartus in numero Augustorum, defuncto Theodosio, Orientali aule preficitur imperator. Ceterum Valentiniani tempora hujus, uel superioris imperatoris curriculis adscribuntur. Igitur Valentinianus occidui rector imperii, pacis ea tempestate federa cum Genserico Wandalorum rege firmauit certisque spatiis Africa inter utrosque diuisa est [2]. " Interea c. 122 b " rex Hunnorum Attila, dum cum fratre Bleda [3] regnum intra Pannonias,' Daciamque gere" ret, Macedoniam, Misiamque et Achaiam, utrasque etiam Tracias, inmanissima rabie deuasta" ret, Bledam germanum, regnique consortem peremit. Fultus itaque fortissimarum gen" tium, quas sibi subjugarat, presidio, ad occidentale demoliendum animum intendit imperium. " Erant siquidem subiecti ejus dominio rex ille Gepidarum Adaricus, Gualamir etiam Go" thorum regnator, ipso tunc, cui seruiebat, rege nobilior, fortissimeque nichilominus gentes " Marcomanni, Sueui, Quadi, preterea Eruli, Turcilingi, siue Rugi cum propriis regulis " alieque, preter hos, barbare nationes Aquilonis in finibus commanentes „ [4]. Cujus angustias, hostiumque preparationes, Etius Rome consulari solerti preuidentia agnoscens, legatos ad Theodericum [5], qui eo tempore Gothis, apud Tolosam regnabat, dirigit, ut cum eo pacis federa sociarent. Qui promittit se cum eo pariter contra Attilam pugnaturum [6]. Fuerunt preterea Romanis auxilio Alani [7], Burgundiones, Franci Saxones, Riparioli, Briones, Sarmate, Armoriciani, Liticiani, et pene totus populus occidentis [8]. Conueniunt itaque hinc et hinc [9] fortissime nationes in campis Catalaunicis, conseruntur acies, fit bellum acre nimis; *accensi denique utriusque* ardore prelii nec quieuere, *donec nox superueniens pugnandi* c. 123 a *finem daret.*' Eo siquidem prelio CLXXX milia hominum ex utraque parte cesa referuntur, quamuis neuter exercitus cessisset [10] Rex ibi Gothorum Theodericus pater Turismundi [11] regis occubuit. Attila uero Pannonias repedauit [12], multumque potiorem exercitum coarceuans, Italiam furibundus intrauit, et primum Aquilejam ciuitatem in ipso Italie sitam principio expugnare aggressus est; quam continuo triennio obsedit, nec preualuit, resistentibus ei strenue ciuibus. Cum autem die quadam aspiceret Ciconias uno impetu ex urbe migrare, fetusque suos sublatos rostris per rura forinsecus deportare: *aspicite* (inquit ad suos), *aues futurorum prescias perituram relinquere ciuitatem;* statim adhibitis machinis, ciuitatem acriter expugnauit, ac sine mora cepit [13]. Diripiuntur opes, captiuantur, trucidanturque ciues, residuum di-

1. Chalcedona *B; L P:* Calcedona — 2. chirografo *B* — 4-5. damnauerunt *B* — 6. Anno Domini *B* — 7. XLIII *C* — 9-10. Gelserico *manca in C* - Guandalorum *A C* — 12. Thracia *A B* - Traciam immanissima *C* — 14. subiugauerat *A B;* Paulus: subiugarat — 16. nihilominus *B* — 17. Squadi *A B;* Paulus: Quadi - Heruli *A B* — 18. commorantes *A B;* Paulus: commanentes — 20. Tholosam *B* — 21. sociaret *A B*: Paulus: sociarent — 22. Britones *B* — 23. Luticiani *A B* - conuenerunt *A B* — 24. conferuntur *A B C;* Paulus: conseruntur — 26. utrumque *C* — 29. sitam *manca in A B* — 32. per rura *manca in C* - inquid *C* — 34. Diripiunta *C*

[1] *L. P.: praesentia Augusti congregatum concilium* numero ICC *episcoporum una cum Augusto Marciano, qui exposuerunt fidem catholicam, duas naturas in uno Christo, Deum et hominem.... ubi et damnaverunt Euticium et Nestorium.*

[2] Paulus, XIV, I (pp. 200 e 201). R omette il resto del paragrafo.

[3] Idem, XIV, II, dice: *Bleba* non *Bleda.*

[4] Idem, loc. cit.: *ad litteram.*

[5] Idem, XIV, III: *Quas eius astutias Aetius non minori acumine praevidens legatos ad Theodotum.... .*

[6] R sunta il periodo di Paulus, che segue immediatamente: *annuit iuxta Aetii votum etc.*

[7] Idem, § IV: *Alani cum Sangibano.*

[8] R omette il resto.

[9] Paulus, VIV, V: *Conveniunt hinc et inde.*

[10] Idem, VI. R omette frasi intere.

[11] *pater Turrismundi,* aggiunto da R.

[12] Paulus, VIV, IX (p. 203): *At vero Attila cernens se relicto hostes ad propria remeasse, erectis animis ac spe salutis elevatus Pannonias repedavit.*

[13] Idem: *statimque adhibitis mattinis tormentisque hortatur suos, acriter expugnat urbem ac sine capit mora.*

reptionis igni supposito, flamma consumit [1]. Exinde per uniuersam Uenetiarum urbes, hoc est, Uicentiam, Ueronam, Brixiam, Pergamum, seu reliquas ciuitates, nullo resistente Hunni bacchabantur. Mediolanum, Ticinumque pari sorte diripiunt, ab igne tamen prohibentes [2], et ferro. Deinde Emilie ciuitatibus similiter expoliatis; maxime in eo loco [3] quo Mincius fluuius in amnem defluit Padi, castra metati sunt. Ubi Attila consistens, dum utrum adiret *c. 123 b* Romam, an desisteret, animo fluctuaret, non urbi, cui infestus erat consulens, sed Alarici exemplum pauens, qui capta a se urbe, non diutium superuixit: dum ergo animo tempestates reuolueret, repente illi legatio placidissima a Roma aduenit. Nam per se uir sanctissimus Leo papa ad eum accessit, qui dum ad regem barbarorum ingressus esset [4], cuncta, que optauerat, obtinens, non solum Rome, sed totius Italie salutem deportauit [5]. Territus namque nutu dei Attila fuerat, nec aliud Christi sacerdoti loqui ualuit, nisi quod ipse preoptabat. Fertur itaque, post discessum pontificis cum interrogatus esset Attila a suis, cur ultra solitum morem tantam reuerentiam Romano pape exhibuerit, quandoquidem pene ad omnia, que ille imperasset, obtemperaret? Quibus ille respondit: *non illi hanc exhibui reuerentiam, sed alium juxta illum uidi stantem, forma precelsum, canitie uenerandum, in habitu sacerdotis, magis fulgentem in mane euaginatum tenentem gladium, mihique mortem promittentem, atque dicentem:* " nisi huic sacerdoti concesseris omnem uoluntatem, mox meo gladio interibis „ [6]. Igitur Attila tali modo a sua seuitia repressus, relicta Italia, Pannonias repetit, ibique effusione sanguinis, qui ei de naribus affluere solitus erat, quod maxime propter uini crapulam accidit, *c. 124 a* extinctus est [7]. " Dum hec agerentur, apud Britanniam Pelagiane heresis assertores, Britan- " norum temptabant subuertere fidem: qui a Gallorum episcopis auxilium petentes, ad recte " fidei defensionem sanctissimum uirum, Germanum nomine, multisque uirtutibus clarum Al- " tiodorensis ecclesie episcoporum accipiunt, et Lupum Trecasenum presulem, eque Aposto- " lice gratie uirum. Qui non minus signorum miraculis, quam doctrine uerbis, omnes ad " recte fidei confessionem deduxerunt [8]. Ecce adhuc ibidem sanctis episcopis consistentibus " ualida Saxonum, Pictorumque manus Britanniam aggreditur, mox Britones [9] arma corripien- " tes, hostibus, obuiam pergunt, cum quibus beatissimus Germanus sponte se offerens, una " cum ipsis pergit ad prelium. Cumque ipse dux belli ante confertam aciem constitisset, " jamque hostes conglobati propius aduentarent, non turbe clamoribus [10], non gladiis fidens, " imperat solummodo sanctus Antistes, ut cum ipse prior inclamasset, Deus, uoce consona " eundem respondere[nt] sermonem, moxque eleuata uoce magna, Alleluja insonuit. Cumque " omnis exercitus, sublato ad sidera clamore, Alleluja respondisset, cunctaque per circuitum " loca resonassent, continuo tantus hostes pauor inuadit, ut dissoluta aciem fugam arripientes, *c. 124 b* " ac si singulorum ceruicibus gladius immineret, tremebundi ad propria fugerunt [11]. Sed [12] " quia semper uirtus inuidiam parit, Valentinianus imperator [13] prosperos Etii successus, ut " premissum est, pertimescens, eum simulque Boetium senatorem gladio peremit. Ita uir

---

2. Vicentiam *AB* - Bresciam *AC* — 5. castramentati *C* — 7. animos *C* — 10. optines *A* — 11. dei nutu *BC* — 16. michique *BC* — 17. compleueris *C* — 19. effluere *C* — 21. tentabat *B* — 22-23. Alciorensis *AC;* Altisiodorensis *B, così stampò Sasso;* Paulus: Altiodorensis — 23. Trecasium *AB;* Beda, Paulus: Trecasenum - itaque *AB;* eque *conforme* Paulus *C* — 26. Brithaniam *C* — 30. et *invece di* ut *B* — 31. respondisset *AB*; Paulus; responderent — 32. sydera *AB* - circuitus *C*

[1] R salta per intero il § X e tutto il primo periodo dell'undecimo, che riprende con *Exinde per universa etc.*

[2] *abstinentes,* Paulus.

[3] *novissime eo loco,* Paulus.

[4] Paulus, XIV, xii: *barbarum introgressus esset.*

[5] Idem: *reportavit.*

[6] R volge in diretto il discorso che Paolo riporta indirettamente.

[7] R parte sunta, parte riproduce Paulus, XIV, xiii (p. 205).

[8] Paulus, loc. cit., copiando Beda: *omnes ad sanae fidei confessionem reduxere.*

[9] Idem: *Brittaniam advehitur nihilo minus Brittones mox etc.*

[10] Idem: *clangoribus.*

[11] Fra virgolette metto tutto il brano copiato da Paulus, XIII, xiv.

[12] *Igitur quia semper virtus etc.,* dice Paulus nel § XV sg.

[13] R omette: *quantum rex edocuit* di Paulus.

" bellicosissimus Etius, et quondam Attile regis potentissimi terror occubuit, cum quo pariter " Occidentis imperium, salusque reipublice corruit, nec ultra hactenus ualuit releuari. Sed " nequaquam Valentiniano mors Etii impune cessit, nam et ipse anno sequenti a Transilla " Etii milite, cum tricesimum annum imperii gessisset, confossus interiit, ex quibus cum Theo- " dosio socero uiginti [quinque], cum Marciano quinque imperauit [1]. Mortuo Valentiniano, " regni jura Maximus apud Urbem inuadens, ne dum duobus expletis mensibus a Romanis " peremptus est. Continuo aduectis ex Africa nauibus, adest Geisericus cum ualidissimo [sue " gentis] exercitu, necnon fultus auxilio Maurorum, cum adhuc Romane glorie [ecclesie] " beatissimus Leo ageret pontificatum. Percussis itaque Romanis tam terribili nuncio, nobi- " libusque, ac popularibus ex Urbe fugientibus, urbem omni presidio uacuam Geisericus ob-
c. 125 a " tinuit. Occurrente sibi extra portam sancto Leone episcopo, cujus supplicatio ita eum, " Deo adjuuante, liniuit, ut cum omnia potestati ejus essent tradita, ab igne tamen et cede, " atque suppliciis abstineretur. Quartodecimo interim die secura et libera scrutatione, omni- " bus opibus suis Roma uacuata est, multa milia captiuorum [2] cum regina Eudoxia, que Gei- " sericum regem ad hoc facinus inuitauerat, duabusque filiabus ejus in Carthaginem ducta " sunt. Capta itaque a Geiserico Roma est, postquam eam primo Alaricus inuaserat, secunda " jam uice, expletis ab eo tempore quadraginta quatuor annis, a conditione sua mille ducentis " septem [3] euolutis. Relicta itaque Roma, per Campaniam Wandali, Maurique sese infun- " dentes, cuncta ferro, flammisque consumunt, quicquid superesse potest, diripiunt. Captam " nobilissimamque ciuitatem Capuam, ad solum usque deiciunt " [4]. Dehinc hac, illacque bac- chantes, per adjacentia Neapolitane ciuitatis, atque Nolane, queque capere poterant, rebus hominibusque agris exinanitis, demoliti sunt. Quicumque autem gladio superfuerant, capti- uitatis jugo subiciuntur [5]. Geisericus autem Italie opibus ditatus, ad Africam regressus est [6]. Inter has procellas uir piissimus Paulinus Nolane urbis episcopus, quicquid habere poterat,
c. 125 b in captiuorum redemptionem expendit, nouissime cum nichil ei aliud, nisi ipse sibi solum- modo superesset, pro cujusdam uidue filio, maternas non ualens piis ferre uisceribus lacri- mas, ad eumdem regem ad Africam proficiscens, uice uicaria in seruitium traditur. Cujus sanctitas cum apud eamdem barbaram gentem, dei nutu, cognita fuisset, demum cum suis ciuibus, qui in captiuitatem ducti fuerant, cum gaudio ad urbem propriam remeauit [7]. Re- cedente igitur ab urbe Geiserico, Romani exinanite rei publice imperatorem Auitum preficiunt [8]. Leo autem sanctissimus urbis episcopus, omnia uasa sacrata, et utensilia ecclesiarum, que a Wandalis erant erepta, plerasque basilicas reparauit, restituitque [9]. Diuisi Gothi quoque circa hec tempora, cum rege suo Theoderico, Theoderici filio, transcensis Pyrenei jugis Hispanias inuadunt [10]. Tunc etiam Johannes Baptista caput suum duobus monachis orientalibus, qui ad orationem uenerant Hierosolimam, juxta Herodis quondam regis habitaculum, reuelauit, quod deinceps emissum Fenicem urbem perlatum, et digno honore collocatum est [11]. " At uero

---

1. potentissimus *C* — 2. actenus *C* — 3. ac *non* a *C* — 7. peremtus *A B*; Paulus: peremptus - Continuo ex Africa aduectis *C* — 10-11. optinuit *A B* — 11. Occurrente sibi sancto Leone episcopo extra portam *A B*; *C conforme a* Paulus — 13. abstinerentur *C* - quarto decimo *C*; Paulus: quatuordecim — 15. Cartaginem *A B* — 17. expletis itaque *L* - quattuor *A* — 18. Guandali *A C* — 19. quidquid *A B* — 20. Dehin *C* — 20-21. bachantes *C* — 26. usceribus *C* — 32. Guandalis *A C* — 35. Ierosolimam *A C* - regis *manca in A B*

[1] R, finito il § XV, comincia il XVI di Paulus.

[2] R omette: *prout cuique aetate aut ante placuerant.*

[3] Paulus, XIV, che R copia, come ha copiato il precedente paragrafo, dice: *mille ducentis atque octo evolutis.*

[4] R omette: *predantur.*

[5] R sunta il § XVIII di Paulus, p. 207.

[6] Paulus, XIV, xix.

[7] Idem, § XVIII.

[8] Idem, loc. cit.

[9] *L. P.*, I, p. 39: *Hic (Leo) renovavit post cladem Wandalicam omnia ministeria sacrata argentea per omnes titulos, conflatas hydrias VI basilicae Constantinianae, duas basilicae beati Petri apostoli, duas beati Pauli, quas Constantinus Augustus obtulit etc.* Questa notizia non fu riportata nè da Beda nè da Paolo.

[10] Paulus, loc. cit.: *Wisigothae quoque circa haec tempore cum rege suo Theoderico Theoderiti filio transcensis Pirenaei iugis Hispanias invadunt.*

[11] Beda, *De sex aet. cit.*, p. 114, an. 4402: *Ioannes Bap-*

" Marcianus imperator cum apud Constantinopolim urbem septem annos regnum administras- " set, facta suorum conjuratione peremptus est [1].

Leo papa † a. C. 461 — *Hilarus papa a. C. 461-468*

Interea Leo papa uita decessit, et successit ei Hilarus, natione Sardus, ex patre Crispino, seditque annis rex, mensibus tribus [2]. Hic interdixit, ut pontifex successorem sibi non ' eligeret, qui non solum in helemosinis dandis pauperibus cotidie studuit [3], uerum etiam et *c. 126 a* plerasque basilicas auro, argentoque decorauit. Et hic sepultus est ad sanctum Laurentium in crypta juxta corpus beati Xisti episcopi [4].

Anno dominice Incarnationis CCCCLVIII et anno ab urbis conditione MCCXI. Leo *a. C. 458 a. u. C. 1211* quintus ac quadragesimum Romanorum regnum apud urbem Constantinopolim Augustali potitus est dignitate. Qui Leonem filium suum consortem imperii fecit. Exempto quoque in Italia humanis rebus Auito, Majorianus apud Rauennam inuasit imperium, quod cum prope IV annos obtinuisset, haud procul a Veronense, Detornensi ciuitate occisus est. Statimque Seuerus apud Rauennam imperator efficitur, qui cum IV annis imperasset, morte apud urbem occubuit [5]. Dehinc cum consensu totius militie jura imperii Anthemus suscepit. Eodem tempore egresso inopinate igne, magna edium strage Constantinopolis cremata est [6]. His quoque diebus inter Anthemum principem, ejusque generum Ricimerem patricium, qui tunc Mediolani positus preerat Ligurie, discordia exorta est. Diuisa itaque Roma est, quidam fauebant Anthimo, quidam autem Ricimeris perfidiam sequebantur [7]. Quarto autem anno imperii Anthimi, Ricimer urbem inuadens, eumdem Anthimum gladio trucidauit [8]. Inter hec Olibrius ab Augusto Leone missus ad urbem,' regiam adeptus est dignitatem. Interea Ricimer post *c. 126 b* menses excruciatus languoribus interiit. Olibrius quoque dum per VII mens imperium gessisset, Rome defunctus est [9]. " Post quem Glicerius [10] domesticus a Gundibaro Patricio, totius " etiam uoluntate exercitus, apud Rauennam imperator efficitur. Anno deinde sequenti Gun- " dibarus patricius cum exercitu ueniens, Glicerium ab imperiali exuit potestate, eumque apud " Salonas Dalmatiarum urbem episcopum ordinauit ". Ipso denique anno Augustulus apud Italiam cum exercitu ueniens, fugato Gundibaro, imperii regimen inuasit [11]. Circa hec tempora Theodericus, cognomento Strabo Triarii filius cum magna Ostrogothorum multitudine usque ad tertium urbis miliarium armatus aduenit, nulli tamen Romanorum noxius, continuo in Illyricum reuersus, mortuus est [12]. Leo igitur Augustus postquam Orientale imperium decem et septem annos, rexisset diem clausit extremum [13]. " Hic pro tomo Calcedonensi per " uniuersum orbem singulis orthodoxorum episcopis, singulas consonatesque misit epistolas; " quid de eodem tomo sentirent, rescribi sibi postulans, quorum adeo consonantia de uera " Christi incarnatione suscepit omnium rescripta, ac si uno tempore, unoque dictante fuissent " uniuersa conscripta: Theodoratus episcopus ciuitatis, que a Cyro rege Persarum condita, " Cyrie nomen habet, scri'bit de uera incarnatione domini saluatoris aduersus Eutychen, et *c. 127 a* " Dioscorum Alexandrie episcopum, qui humanam in Christo carnem negant, scripsit et histo-

---

1. regnauit *C* — 3. Ylarius *C* — 5. eleemosinis *B* - quotidie *AB* — 7. cripta *A C* — 8. Anni domini *C* - ab urbi *C* — 9. Constantinopolitanam *C* — 11. Maioramus *C* — 12. optinuisset aut *A C* — 13. quattuor *C* — 14. Anthimus *B;* PAULUS: Anthemius — 15. inopinato *A* — 16. Ricimerum *B* — 18. Ricimeri *B e così di prima mano in C* — 19. Olibrius *manca in C* — 20. Ricimerius *A* — 21. excruciatu *A* — 22. Gondibaro *B C* — 27. Tricerii *C;* Nicerii *B e così il Sasso* — 32. thomo *C* — 34. Theodorus *A;* BEDA: Theodoratus — 35. scripsit *A B* - Euticen *A*

tista caput suum duobus monachis orientalibus, qui ob orationem venerant Hierosolymam iuxta Herodis quondam regis habitaculum revelat, quod deinceps Emisam Pheniciae urbem perlatum et digno honore cultum est.

[1] PAULUS, loc. cit.

[2] *L. P.*, I, p. 242: *sedit an. VI, m. III, d. X.*

[3] Ignoro donde R tragga questa notizia.

[4] *L. P.* cit. La sua tomba è insieme con quella di Zosimo e Sisto. Cf. DUCHESNE, p. 247, nota 13.

[5] PAULUS, XV, I, ma R salta qualche periodo.

[6] R, dopo un periodo del § II di Paolo, interpola un periodo del § I (p. 208).

[7] R prende il primo e l'ultimo periodo del § 3 di Paolo, mutando qualche parola.

[8] PAULUS, XV, IV (p. 209).

[9] R sunta il § IV e il principio del V.

[10] *Licerius*, PAULUS.

[11] PAULUS, XV, VII, p. 215.

[12] IDEM, XV, VI, p. 209 da IORDANUS, R 239.

[13] IDEM, XV, VII, p. 210.

" riam ecclesiasticam a fine librorum Eusebii, usque ad suum tempus, id est usque ad impe- " rium Leonis hujus, sub quo et mortuus est. Victorius, jubente papa Hilario, scripsit Paschalem " circulum quingentorum triginta duorum annorum „[1].

Hilarius papa † a. C. 468
Simplicius papa a. C. 468-483

Hylario autem papa defuncto, Simplicius natione Tyburtinus, ex patre Castino ei in pontificatu successit, seditque annis XV mensem I. Hic XXVII presbyteros Rome constituit, propter penitentes, et baptisma[2]. Sub hujus episcopatu uenit relatio de Grecia per cirographum ab Acacio Constantinopolitano episcopo, simulque et a Thimotheo Catholico, et affirmauit Petrum Alexandrie urbis episcopum esse euticianistum hereticum, plurima de eo crimina affirmans. Quo audito Simplicius dampnauit Petrum, ita tamen, ut penitente seruaret tempus[3]. Simplicius autem sepultus est in basilica beati Petri apostoli.

a. C. 475

Anno Dominice incarnationis CCCCLXXV.

Mortuo Leone, Zeno continuo *quadragesimus sextus ab Augusto*[4], Augustalem adeptus est dignitatem. Leonem autem, de quo premissum est quem pater Leo in regni sociauerat dignitate mater Zenonis occulte clericum fecit[5]. Interea Odouacer cum fortissima Herulorum

c. 127 b

multitudine, insuper Turcilinguorum, siue Scyrorum' Italiam ab extremis Pannonie finibus properare contendit, qui ueniens postmodum, non solum totius Italie, insuper et usus est urbis potestate[6]. Cumque totam Italiam proprio juri subderet, statim regiam arripuit dignitatem. " Augustulus autem, qui imperii presumpserat potestatem, cernens uniuersam Italiam Odoua- " cri juribus subdi, metu perterritus, sponte miserabilis purpuram abiciens, cum uix undecim " mensibus rem publicam obtinuisset, imperialem deposuit majestatem. Ita Romanorum apud " Romam imperium toto [terrarum] orbe uenerabile, et Agustalis illa sublimitas, que ab Augu- " sto [quondam] Octauiano creata est[7], cum Augustulo periit „.

Simplicius papa † a. C. 483
Felix III a. C. 483-492

Interea Rome Simplicio papa decedente, Felix natione Romanus ex patre Felice presbytero, pontificalem suscepit catedram[8]. Sub hujus episcopatu iterum relatio de Grecia uenit, Petrum Alexandrinum reuocatum ab Acatio episcopo Constantinopolitano. Tunc Felix uenerabilis archiepiscopus apostolice sedis romane misit duos episcopus Mesenum, et Vitalem, ut facta synodo, si inuenirent Acatium complicem Petri, dampnarent utrosque. Qui uenientes, corrupti sunt pecunia data; et non fecerunt ut eis jussum fuerat et reuersi sunt. Eo tempore uenerabilis papa Felix sinodus fecit, et operata discussione inuenit iudices ambos

c. 128 a

episcopos Mesenum, et Vitalem reos et corruptos pecunia, eosque a cōm'munione dejecit una cum Acatio et Petro. Et hoc factum est tempore Odouacris regis[9]. Hic autem sepultus est in basilica beati Pauli Apostoli[10].

Gelasius papa a. C. 492-496

Post cujus obitum Gelasius natione Afer ex patre Valerio in pontificato Romano sublimatus est, seditque annos IV, menses VIII[11]. Hic autem tempore Zenonis Augusti, et Theodorici regis Manicheos inuenit in urbe Roma, et exilio deportari jussit, quorum codices concremari fecit. Hic fuit amator cleri, et pauperum, liberauit a periculo, et fame ciuitatem Romam. Hic in perpetuum dampnauit Acatium, et Petrum, si non peniterent. Hic Gelasia-

---

2. Ylario *A* — 6-7. chirographum *B* — 8. Acatio *A B; L P:* Acacio - Catheo *C* — 9. damnauit *B* — 10. apostoli *manca in A B* — 11. Anno domini *C* — 12. Mortuo *capolettera ornata C* — 14. Heculorum *C* — 15. Turci linguorum *A* — 16-17. insuper et usus est urbis potestate *C* — 19. miserabilem *A B;* PAULUS: miserabilis — 20. optinuisset *A C* — 27. damnarent *B* — 28. eis iussum fuerat *C* — 29. Felix uenerabilis *C* — 32. basilica beati Petri *C* — 37. imperpetuum *C* - damnauit *B*

[1] BEDA, *De sex. aet.* cit., an. 4409.

[2] *L. P.*, I, p. 249: *Hic fecit ordinationes in urbe Roma IIII per mens. decembr. et febr. presbiteros LVIII, diaconos XI, episcopos per diversa loca LXXXVIII.*

[3] *L. P.*, loc. cit.

[4] R in PAULUS, XV, VII (p. 210) aggiunge; *quadragesimus sextus ab Augusto.*

[5] R omette: *exigentique vehementer Zenoni.*

[6] PAULUS, XV, VIII, da cui R trae alcuni periodi.

[7] IDEM, § X che R copia *ad litteram*, mutando il *coepta est* in *creata est.*

[8] *L. P.*, I, p. 252. R omette: *sedit an. VIII, m. XI, d. XVII.*

[9] *L. P.*, loc. cit. che R segue quasi alla lettera.

[10] Felice è il solo papa, come dice il Duchesne, p. 254, nota 15, seppellito a San Paolo, dove era la sua tomba di famiglia.

[11] *L. P.*, p. 255: *sedit an. IV, m. VIII, d. XVIII.*

num librum composuit, fecitque tractatus, et ymnos, sicut beatus Ambrosius declarauit, qui libri recipi in ecclesia debeant, et qui contempni, et quo tempore ordinationes sacerdotum ceterorumque ordinum fieri debeant, fecitque et libros aduersus Euthychen, et Nestorium[1]. Sub hoc quoque presule, et tempore Zenonis Augusti, oraculum beatissimi Archangeli Michelis inuentum est in monte Gargano[2]. " Interea mortuo Theoderico Triarii filio, alius " Theodoricus cognomento Walamer, *cujusdam Theodori filius,* Gothorum suscepit regnum, " qui utramque Macedoniam, Thessaliamque depopulatus est, et plurima regie ciuitatis loca " igne succendit "[3].

Anno Dominice incarnationis CCCCLXXVI anno ab urbis conditione MCCIX. " A Gajo " autem ' Cesare, qui primo singularem arripuit imperii dignitatem, anno quingentesimo sep- " timo decimo, ab incarnatione [autem] domini nostri Jesu Christi eterni, et in perpetuum " regnatoris anno CCCCLXXV dejecto ab Augustali dignitate Augustulo, urbem Odouacer " ingressus, totius Italie adeptus est regnum. Quod dum per annos quattuordecim nullo in- " quietate tenuisset, ab Orientis tunc partibus Theodoricus adueniens Gothorum rex [Theodo- " ricus] Italiam possessurus intrauit "[4]. Cui Odouacer rex cum grandi suorum exercitu, totisque Italie uiribus occurrit, et multotiens cum eo conflixit, ac sepe victus ab eo, nouisismeque in fidem ab eodem Theoderico susceptus, Odouacer truculente occisus est[5]. Theodericus igitur totius Italie adeptus est dignitatem, dehinc Romam profectus, rex a Romanis cum gaudio susceptus est[6]. Interea Theodoricus, ut sui regni uires constabiliret, Honoricus rex Wandalorum Arrianus, in Africa, exulatis diffugatisque plusquam " CCCXXXIV episcopis " catholicis, ecclesias eorum clausit, plebem uariis affecit suppliciis, et quidem innumeris " manus abscidens, linguas [eorum] precidit, nec tamen loquelam catholice confessionis eri- " pere potuit ". Eo tempore corpus Barnabe apostoli, et euagenlium Matthei ejus stylo scriptum, ipso ' reuelante, reperitur[7].

(a. C. 476 / a. u. c. 1209 — c. 125 b — a. C. 475 — c. 126 a)

His autem diebus Gelasio papa defuncto, Anastasius natione Romanus, ex patre Petro, post hunc suscepit episcopatum, seditque anno I, mensibus XI[8]. Hic Anastasium Constantinopolitanum excommunicauit imperatorem. Eo tempore multi clerici, et presbyteri se a communione ipsius eduxerunt, eo quod sine consilio episcoporum presbyterorum comunicasset V. Fotino Diacono Thesalonicensi, qui communis erat Acatio, et quia Acatium occulte reuocare uoluit, et non potuit, diuino nutu percussus est. Qui etiam sepultus est in ecclesia beati Petri[9]. Zeno itaque Augustus cum per annos XVII rei publice prefuisset, apud urbem Constantinopolim uite terminum accepit[10].

(*Gelasius papa* † a. C. 492 — *Anastasius papa* a. C. 496-498)

" Cessante iam Romane urbis imperio utilius aptiusque [mihi] uidetur ab annis dominice " incarnationis, supputationis lineam ducere, [quo facilius] quid quo tempore actum sit euiden- " ter possit cognosci "[11].

"Anno dominice incarnationis CCCCXCII post Zenonis excessum Anastasius purpuram a. C. 492

---

1. hymnos *B* — 2. comtemni *C* — 3. Euticen *A C* — 4-5. Arcangeli Michelis — 5. Theodorico Marii filio *A B* — 9. urbe condita *C* — 11. ab incarnatione uero domini *C* — 14. Orientis] erroris *C* - Ostrogothorum *A B*; Paulus: Gothorum — 19. Himericus *B*; *in A nel margine d'altra mano:* Henricus; rex Guandalorum *A C* — 22. abscindens *A C* — 23. potest *C* — 29. Photino *B* — 33. in eo *A B* - Rome *C*

[1] Dei libri di papa Gelasio R pare abbia avuto conoscenza diretta, come si desume dal brano *qui libri recipi in eclesia debeant* et qui contempni *et quo tempore ordinatione sacerdotum ceterorumque ordinum fieri debeant.* È noto che R coltivò molto la liturgia. Alla notizia quindi dei libri Gelasiani, oggi perduti, che il Duchesne trasse dal ms. Veronese di *Gennadius* (Fr. A. Eckstein, *Quaestiones Gennadianae,* Leipzig, 1881, prog. pp. 16-19) si può aggiungere anche quella data dal nostro cronista.

[2] Ignoro donde R tragga questa notizia.

[3] Beda, *De sex aet.,* an. 4426.

[4] Paulus, XV, x (p. 211).

[5] Idem, § XVII (p. 213): *post a Theoderico susceptus ab eo truculente peremptus est.*

[6] Idem, § XVIII.

[7] Beda, loc. cit., an. 4426.

[8] *L. P.*, I, p. 258: *sedit an. I m. XI d. XXIIII.*

[9] Tranne il brano: *Hic Anastasium* a *imperatorem*, il resto è copiato quasi letteralmente dal *L. P.*

[10] Paulus, XV, xx (p. 216).

[11] Idem, lib. XVI, i.

" induit, qui XLVII in imperii numero extitit. Hic Romani decus imperii, Euthychiana here- " seos illuuione maculauit "[1].

Anastasius papa † a. C. 498 *Symmachus papa* a. C. 498-514

Quo tempore Anastasio papa rebus humanis exempto, Symmachus natione Sardus ex patre Fortunato pontificali cathedra sublimatus est, seditque annis XV, mensibus VII[2]. Hujus *c. 129 b* temporibus tanta propter Simmachi, et Laurentii, electionem Rome' dissensio fuit, ut sena- *Laurentius* tores Laurentii partibus fauentes, aduersus ceteros, qui Simmacho pontifici aderebant, bel'um inferrent, multasque cedes, et omicidia in medio urbis facientes, plerosque sacerdotes, multos etiam clericorum, ciuiumque Romanorum extinguerent[3]. Denique ordinati sunt uno die ambo. Simmachus quidem in basilica Constantiniana, Laurentius uero in ecclesia sancte Marie[4]. Sed cum neutra pars alteri cederet, constituerunt, ut lis accepta judicio regis Theoderici finiretur. Qui Rauenne positus dum legatos utriusque partis audisset, decreuit ut qui prior ordinatus esset, aut quem major pars cleri simul, et populi elegisset, ipse in sede apostolica resideret. Unde Symmachus pontifex factus, constituit Laurentium in Nucerie ciuitate episcopum, intuitu misericordie[5]. In hac discensione sanctissimus Paschasius ecclesie Romane diaconus partibus fauebat Laurentii. "Eo tempore Trasamundus, qui fratri Henrico apud " Africam in Wandalorum regnum successerat fratris, uel patris Geiserici secutus perfidiam, " clausis catholicorum ecclesiis, CCXX episcopos in Sardiniam exilio religauit; quibus beatus " papa Simmachus cotidiana subsidia, et uestes ministrare non destitit "[6]. Hic etiam inter multa *c. 130 a* ecclesiarum opera, que uel a fundamentis creauit, uel prisca renouabit ac decorauit, ad bea'tum Petrum et beatum Paulum, et beatum Laurentium, pauperibus habitacula construxit[7], quibus cotidie necessaria subministrabat, et per singulos annos episcopis, et ceteris clericis, qui in exilio erant per Africam, uel Sardiniam, pecunias, et uestes ministrabat[8]. Hic constituit omnibus dominicis diebus, et in nataliciis apostolorum, et martyrum ymnum angelicum ante canonem decantari. " Inter has tempestates Fulgentius in confessione fidei, et scientia floruit[9]. " His ipsis apud Africam diebus, dum Arrianus quidam Olimpius nomine, corpus aquis bal- " nearibus abluens, indigna quedam, et blasphema de sancte trinitatis fide uerba emoueret, " ueniente subito ignito celitus jaculo, uisibiliter combustus est. Barbas quoque Arrianus " episcopus, de nostre fidei regula, minore scilicet patri filium, sanctumque spiritum asserere " cupiens, cum baptizaturus dixisset: *Baptizo te [Barbas] in nomine patris filium in spiritu* " *sancto,* statim aqua, que baptizandum allata fuerat, nusquam comparuit. Quod aspiciens qui " baptizandus erat, confestim ad ecclesiam catholicam fugiens, juxta morem fidei baptismum " Christi suscepit. Theodericus uero dum pacifice apud Italiam regnaret, per singula queque " [celebriora] loca regia sibi habitacula construxit "[10].

1-2. Euthiciane hereos *A* — 10. incepta *B* — 11. partis *manca in B* — 12. apostolica sede *AB* — 14. dissensione *AB* — 16. Guandalorum *A C* - Gesserici *A C* — 17. relegavit *B* — 18. quotidiana *B* — 19. renouault *B* — 21. quotidie *B* — 23. natalitiis *AB* - hymnum *AB*

[1] PAULUS, lib. XVI, II.

[2] *L. P.*, I, p. 265: *sedit an. XV m. VII d. XXVII.*

[3] PAULUS, loc. cit. R omette: *ut Festus senatorum nobilissimus et exconsul et alius exconsul Probinus Laurentii partibus faventes adversus Faustum exconsulem ceterosque, qui etc.*

[4] *L. P.*, loc. cit.

[5] *Idem*, loc. cit. Conosciamo gli atti del sinodo 1° marzo 499, in cui *Caelius Laurentius archipresbiter tituli Praxidae his subscripsi et consensi synodalibus constitutis atque in hac me profiteor manere sententia.* Il lettore (dice DUCHESNE, *op. cit.*, p. 264, n. 6) conosce il vescovato avuto da Lorenzo.

[6] PAULUS, XVI, III (p. 217).

[7] *L. P.: Hic fecit basilicam sancti Andreae apostoli apud beatum Petrum.... Item ad fontem in basilica beati Petri apostoli.... Basilicam vero beati Petri ornavit.... Item aput beatum Paulum apostolum.... Item ad beatum Petrum et ad beatum Paulum et sanctum Laurentium pauperibus habitacula construxit*, p. 262 sg.

[8] *L. P.*, loc. cit.: *Hic omni anno per Africam vel Sardiniam ad episcopos qui exilio erant retrusi pecunias et vestes ministrabat.* Trattasi dei vescovi che Trasamondo, re dei Vandali esiliò in Sardegna dopo il 508. Cf. *Vita di san Fulgenzio*, c. 41 in MIGNE, *Patr. lat.*, vol. LXVIII, p. 948.

[9] PAULUS, loc. cit.

[10] IDEM, § IV letteralmente, con una trasposizione di parole: *Christi suscepit.*

Simmachus papa † a. C. 514 — Hormisda papa a. C. 514-523 — c. 130 b

Interea Simmacho papa uita decedente, successit ei Hormisda natione Campanus[1], ex patre Justo, seditque annis' VIII. "Anastasius autem imperator dum in heresi, qua delapsus "fuerat, perseueraret, duasque in Christo naturas, deitatis uidelicet, et humanitatis Euthy-"chium heresiarcem sequens, denegaret, Hormisda papa direxit Enodium Ticinensem, epi-"scopum, aliosque cum eo in Constantinopolim legatos, cum catholice fidei scriptis, quatenus "Anastasium *si respiceret, atque Acatium cum complicibus suis,* ad ecclesie reducerent gre-"mium. Is non solum etiam salubria eorum monita spreuit, [sed] insuper etiam a suis con-"spectibus non sine ⟨graui⟩ contumelia ⟨eos⟩ expulit, nauique fragili impositos, mandat ne "uspiam per totam Greciam ad aliquam ciuitatem accederent. Quam ejus impiam temeri-"tatem diuina continuo ultio subsecuta est. Nam cum jam septem et *viginti* imperii ageret "*annos,* ui fulminis percussus interiit „[2]. Hormisda uero inter multa basilicarum ornamenta, que fecerat cum helemosinas pauperibus studiose, ac sine intermissione distribueret, fecit apud sanctum Petrum trabem ex argento ML librarum decoratam[3]. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri[4].

Hormisda papa † a. C. 523 — a. C. 518 — c. 131 a

Anno dominice incarnationis DXVIII. "Punito Anastasio heretico, Justinus catholicus "Augustali potitus est solio; ad hunc ob causam' reintegrande fidei, directus ab Hormisda "pontifice uir sanctitate precipuus Germanus Capuane sedis episcopis digne susceptus est, "multorumque dubiam religionem solidauit[5]. Eo tempore apud Africam defuncto Trasamundo "Wandalorum rege [Arriane perfidie] Ildericus ejus filius ex captiua Valentiniani principis "filia ortus, Wandalorum adeptus est regnum, qui non patrem hereticum, sed matris catholice "monita frequens, recte fidei cultor enituit. Hunc pater Trasamundus[6] ad mortem ueniens "sacramenti nodis astringere curauit, ne umquam in regno suo catholicis consuleret; qui mox "ut suus genitor uita caruit, prius ⟨quam⟩ regni jura assumeret, omnes episcopos, quos Tra-"samundus in exilium *miserat,* regredi fecit, *eosque* ecclesias reformare precepit, post septua-"ginta quattuor annos, *quam in exilium fuerant destinati* „[7].

Johannes papa a. C. 523-526

Quo tempore Hormisda rebus humanis exempto, Johannes, natione Tuscus, ex patre Constantio ei in pontificatu successit, seditque annis duobus[8]. At uero in Orientis partibus dum adhuc heresis Arriana uigeret, Justinus ardore orthodoxe fidei, ut hereticorum nomen extingueret, statuit ubique ecclesias catholica religione consecrari. Quod dum in Italia rex Theodericus audisset, Johannem papam, qui Hormisde successerat,' simulque cum eo Theodorum, (c. 131 b) atque Agapitum consulares uiros, aliumque Agapitum patricium Constantinopolim ad Justinum principem dirigit; mandat per eos interminans, ut, nisi quantocius hereticis suas ecclesias redderet, ipse omnes Italie catholicas ecclesias destrueret[9]. "Qui uenientes ad Augustum, "cum ab eo digne, ut conpetebat, suscepti essent, magnis eum de sua, suorumque salute sol-"liciti fletibus postulant, ut sue legationis seriem, quamquam esset injusta, libenter exciperet,

---

3-4. Eutichianam heresiarcem *A B;* euticianam heresiarcam *C;* Paulus: Euthychium — 4. Euodium *A B; così il Sasso* — 7. His *B C* — 8. impositis *A B* — 8-9. neuspiam *A B* — 10. viginti] annis *C* — 12. helemosinam *C* — 13. decoratum *B C* — 15. Anno Domini *B C* — 19. Guandalorum *B C* — 20. Guandalorum *B C* - matrem *B C* — 22. unquam *A B* — 23. decessit *A B;* Paulus: caruit - susciperet; Paulus: adsumeret — 26. Joannes *A B* — 29. ibique *C* — 32. quantocyus *B;* quam tocius *C* — 34. competebat *A B*

[1] *L. P.,* I, p. 269: *de civitate Frosinone, sedit an. VIIII d. XVII.*

[2] Paulus, XVI, v, pp. 217 e 218 letteralmente. *Vi fulminis percussus interiit* è preso da Beda, loc. cit.

[3] *L. P.,* p. 271: *Eodem tempore fecit papa Hormisda apud beatum Petrum apostolum trabem ex argento quem cooperuit, qui pens. lib. I. XL.*

[4] Idem, *VIII id. aug. consulatu Maximi* [523]. L'epitaffio di lui fu dal De Rossi, *Inscr. christ.,* vol. II, p. 108, riconosciuto nel poema d' Alcuino. Dümmler, *Poetae lat. aevi Carolini,* vol. I, p. 144. L'epitaffio fu scritto da *Silverius,* figlio di Hormisda, che fu papa nel 536.

"Quamvis digna tuis non sint, pater, ista sepulcris, etc....

[5] Paulus, XVI, vi, p. 218.

[6] R omette: *quia cernebat eum catholicae parti favere.*

[7] Paulus, XVI, vii. Alcuni brani son però tratti da Beda, loc. cit.

[8] *L. P.,* I, p. 275: *sedit an. II m. VIIII d. XVII.*

[9] Paulus, XV, viii. R però omette o muta alcune frasi e parole.

" Italieque periture *subuenirct*[1]. Quorum fletibus Justinus permotus, eis quod *petebant* concesit, Arrianosque suo juri reliquit. Dum hi in itinere demorantur, Theodericus rabie sue iniquitatis stimulatus, Simmachum consulem, et patricium, et ejus generum Boetium senatorem, et consulem catholicos uiros post carceris custodiam, gladio trucidauit. Johannes uero pontifex dum Constantinopolim uenisset, ad portam, que uocatur aurea, populorum turbis ei occurrentibus, in conspectu omnium, roganti ceco lumen reddidit. Qui dum cum sociis rediens Rauennam ad Theodericum uenisset, Theodericus inuidie malitia ductus, quod catholice pietatis defensor Justinus illos honorifice suscepisset „[2], eum cum comitibus, carceris

c. 132 a afflictione peremit. Sed hanc immanissimam crudelitatem animaduersio diuina secuta est, nam nonagesimo [octauo] die post hoc factum, subita morte defunctus est, cujus animam solitarius quidam apud Liparum insulam, uir magne uirtutis, aspexit inter Johannem papam et Symmachum patricium deduci, et in Vulcani ollam demergi[3]. Gothi igitur Athanaricum filium ejus in regnum preficiunt[4].

Johannes papa † a. C. 526 *Felix IV papa* a. C. 526-530

Rome uero post Johannem, Felix, natione Samnis, ex patre Castorio in ordine pontificali constituitur, seditque annis tribus[5]. Hic patriarcham Constantinopolitanum excommunicauit. Tunc etiam beatissimus abbas Benedictus uirtutum gloria claruit, cujus gesta beatus Gregorius papa in libro Dialogorum scripsit[6]. "At uero Justinus cum Augustalem dignitatem annos duodecim administrasset, apud Constantinopolim in pace quieuit „[7]. His ipsis diebus Audoin Langobardorum rex Guaconis regis filius, Langobardos in Pannoniam deduxit[8]. Tunc quoque in Gallia Theodericus Francorum rex habebatur, qui Theodeberto filio suo despondit uxorem, uocabulo Guisegardam, filiam Guaconis regis Longobardorum. Habuit quoque idem Guaco et alteram filiam, nomine Gualderadam, quam Theobaldus Francorum rex Theodeberti filius sibi in matrimonium sociauit[9].

c. 132 b Hic admonet locus, ut et de Langobardorum' historiis, Francorumque gestis, pro ut tempus exigit, summatim aliquid interponatur. Tempore igitur Constantini Magni imperatoris, Guinili, qui et Longobardi, ab insula Germanie, que Scandinauia: dicitur, egressi, Ybor, et Ajone ducibus, regionem que Scoringa dicitur, quasi habitaturi sunt ingressi, eamque per aliquot annos obtinuere. Quo tempore Cymbri et Assi Wandalorum[10] duces uicinas quasque prouincias bello premebant. Guinili igitur, qui et Longobardi, commisso prelio cum Wandalis, acriterque dimicantes, uictoriam capiunt[11]. De qua regione Longobardi, transacto non modico tempore, propter famis penuriam exientes, transierunt in Mauringam, unde progressi habitauerunt in Golandam[12]. Mortuis autem ducibus, regem sibi Agelmundum, filium Ajonis ducis statuerunt, qui per triginta tribus annorum curricula illis prefuit[13], qui quodam flumine trans-

---

1. petebat *C*; Paulus: petebatur — 3. Simmachum *AB* — 8. suscepixet *C* — 11. Lyparim *B*; Paulus: Liparam — 12. Simachum *B C* - Atanaricum *A B*; Paulus: Athalaricum — 15. III *C* — 17. Dialogorum *C* — 18. amministrasset *A C* - Audoinus *AB* — 20. Theoderico *A B* — 21. Guisecarda *A B* — 24. ammonet *B C* - ystoriis *A C* — 28. optinuere *A C* - Guandalorum *A C* — 29. Guandalis *A C* — 32. Golanda *C* — 33. triginta trium *B*; XXXIII *C*

[1] Paulus, XV, IX (p. 219): *consuleret.* R copia alla lettera.

[2] A cominciare da *Iohannes* fino a questo punto, R copiò da Beda, *op. cit.*, p. 115, an. 4480.

[3] R parte sunta, parte copia Paulus, XVI, X (p. 219).

[4] Paulus, lib. cit., § XI.

[5] *L. P., sedit an. IIII m. II d. XII.*

[6] Beda, *op. cit.*, loc. cit. Cf. anche Paulus, XVI, XX, p. 233.

[7] Paulus, XVI, XI, p. 219.

[8] *Wachonis* annota il Sasso. Cf.: Paulus Diaconus, *De gestis Langobardorum*, lib. I, cap. XXII in Migne, *Patrol. lat.*, vol. XCV, col. 464; e Pauli, *Hist. Rom.* cit., lib. XVI, XX, p. 223.

[9] Paulus, *De gestis Lang.*, I, cap. XXI. *Wacho.... habuit filia duas. Nomen uni Wisegarda, quam tradidit in matrimonium Theodeberto regi Francorum. Secundo autem dicta est Walderada quae sociata est Cuswald alio regi Francorum....* (col. 463).

[10] Idem, I, cap. II: *De Scandinavia insula, et quia ex ea Winilorum, hoc est, Langobardorum gens est egressa;* II: *Quod Jbor et Ayo primi duces Winilorum....*

[11] Idem, cap. VII: *Quod Winili in Scoringam venerunt; et quia Ambri, et Assi Wandalorum duces ei tributa persolvere mandaverunt.*

[12] Idem, cap. XIII: *Quod Langobardi in Mauringam transierunt, ac deinde ad ulteriora loca progressi sunt.*

[13] Idem, cap. XIV: *Quia mortuis Jbor et Ayone ducibus, Langobardi primum regem Agimuldum habuerunt.*

meato in finibus Vulgarorum, ter cum eis dimicauit[1]. Longobardi eorum igitur duobus preliis terga dantes, tertio prelio uictoriam capientes, contritis Uulgaribus, magna de illis sunt preda potiti[2]. Defuncto Lamissone, Lethus rex successit, qui cum quadraginta annis regnasset, reliquid successorem filium suum Ildeoch. Hoc quoque defuncto, quintus rex Guidehoc 'regnum suscepit[3]. c. 133 a

Tunc in Noricorum finibus beatus Seuerinus mire abstinentie sanctitate preditus, pollebat uirtutibus[4]. Interea mortuo Guidehoc, successit filius ejus Claffo. Quo defuncto Tato filio ejus septimus ascendit in regnum[5]. Egressi Longobardi de Rugilant, uenerunt in campis patentibus, qui sermone barbarico *felt* appellantur. Quo in loco dum tribus annis commorarentur, Radulfus rex Herulorum fedus, quod cum Tatone pepigerat, inrumpens, eo quod compererat, fratrem suum a filia Tatonis peremptum, bellum ei intulit. Sed ipse cum suis a Longobardis superatus atque occisus est, et ejus exercitus consternatus[6]. Tatone consilio fratris sui interfecto scilicet Guaccone, regnum ipse octauus super Longobardos optinuit. Qui super Sueuos irruens suo dominio subjugauit[7]. Mortuo uero Guaccone, Gualtari filius ejus, cum per septem annos regnasset, mortuus est. Post quem nonus rex Audoin adeptus est regnum[8].

At uero tempore Valentiniani imperatoris, Franci a Meotidis paludibus uenientes, ripas Rheni occupauerunt. Duces sibi Marcomirum, Sunnonem, et Genebaudum eligentes, plurima Germanorum oppida peruaserunt[9]. Qui tempore Theodosii imperatoris Treuerorum Gallie urbem' inuaserunt, mortuisque ducibus, primo regem sibi statuunt Faramundum, Marcomiri c. 133 b filium. Quo defuncto successit ei filius ejus Clodio crinitus, qui post eum regnauit annis XX. Eo tempore Francorum reges Criniti habebantur[10]. Clodioni uero successit Meroueus. Qua tempestate Hunni Rhenum transeuntes, Metis ciuitatem concremant. Treueris diripiunt, Tungri deuastant, Aurelianensem quoque adeuntes urbem, obsidione claudunt. Erat tunc temporis ejusdem ciuitatis presul uirtute admirabilis Anianus, cujus meritis, et orationibus, non solum urbs liberata est, sed etiam hostes hac, illacque profugi, atque protriti sunt. Post mortem quoque Merouei, regnauit Childericus filius ejus[11]. Ea tempestate Anthemio gubernante imperium Romanorum, et Leone Constantinopolitanum, apud Tholosam Gallie urbem e medio ejus tota die sanguis largissimos profluxit riuos. Apud Noricorum etiam fines, beatus Seuerinus pollebat uirtutibus.

Eo tempore defuncto Anastasio papa, Symmachus ordinatur, sed cum magna dissentione. Childericus autem Francorum rex regnauit annis XXIV. Post cujus mortem regnauit Clo-

1. Bulgarorum *B* - eorum *manca in A B* — 2. Bulgaribus *B* — 4. Guideoch *A B* — 7. Guideoch *A B* — 9. appellatur *C* — 10. Radulphus *B C* - pepigere *B C* - irrumpens *B C* — 11. interentum *non* peremptum *C* — 13. a Guacone filio fratris sui interfecto *B C* - optinuit *A C* — 14. Suasuos *C* — 15. regnascet *C* — 18. Reni *C* — 19. tempore *manca in A B* — 23. Remum *A;* Renum *C* — 31. Simachus *A C* — 32. regnavit annis *C*

[1] Paulus, *De gestis Lang.*, I, cap. XVI: *Quomodo Bulgares noctu super castra Langobardorum irruentes Angelmundum regem interfecerunt, et filiam eius captivam duxerunt.*

[2] Idem, cap. XVII: *Quomodo Lamissio rex effectus est, et qualiter Bulgares superavit.*

[3] Idem, cap. XVIII: *Quod, mortuo Lamissione, regnum Lethu suscepit, et post huic, filius eius Hildeoc, post quem quoque Gudeoc regnavit.*

[4] Paulus, *Hist. Romana*, XV, VIII (p. 210): *Qui (Odovacer) adhuc per Noricorum rura exercitum duceret, cognita Severini fama Christi domini servi, qui illis tunc degebat in locis....*

[5] Idem, *De gestis Lang.*, I, cap. XX: *Mortuo Gedeoc, regnavit Classo, et post hunc Tato qui delevit regnum Herulorum.*

[6] Idem, loc. cit., col. 438 sg.

[7] Idem, I, cap. XXI (p. 463): *Eodemque tempore Wacho super Suevos irruit, eosque dominio suo subjugavit.*

[8] Idem, cap. XXII cit.: *Waltari ergo cum per septem annos regnum tenuisset, ab hac luce rubtractus est. Post quem etc.*

[9] Gregorius Turonensis, *Historia Francorum* (ediz. Wilhelmus Arndt, M. G. H., *Scriptores Merovinguarum*, I, 1, Hannover, 1884), lib. II, 3, p. 72: *Eo tempore Genobaude, Marcomere et Sunnone ducibus Franci in Germaniam prorumpere.*

[10] Idem, p. 77: *Tradunt enim multi eosdem de Pannonia fuisse degressus, et primum quidam litora Rheni omnes incoluisse, dehinc transacto Rheno, Thoringiam transmeasse, ibique iuxta pagus vel civitate regis crinitos super se creavisse de prima et, ut ita dicam, nobiliorum suorum familia.* Cf. pure *Gesta Francorum*, cap. I.

[11] Idem, loc. cit.: *De huius stirpe quidam Merovechum regem fuisse adserunt, cuius fuit filius Childericus.*

doueus filius ejus, qui fuit uir in rebus bellicis strenuus, et uirtute egregius[1]. His autem
c. 134 a diebus beatus Remigius Remensem 'episcopatum regebat[2] Clodoueus autem duxit uxorem Christianam nomine Chrotildem[3], per quam ipse rex ad catholicam christiane religionis fidem uenit, quem beatus Remigius episcopus baptizauit. Hic construi fecit basilicam in honore beati Petri apostolorum principis in ciuitate Parisiaca, in qua sedes ejus erat[4]. Anastasio imperatore defuncto, successit ei Justinus senior[5]. His etiam diebus apud Uiennam Gallie urbem, multorum domus, simul et ecclesie terremotus concusse ceciderunt. In Paschali uero festiuitate beato Mamerto ejusdem urbis episcopo missarum solemnia celebrante, palatium regale, quod in eadem erat ciuitate, celesti concrematum est igne. Lupi quoque uel ursi siluis profugi eidem ciuitate nimium ceperunt esse infesti, adeo ut multorum lacerantes corpora, propria eos cogerent deserere habitacula. Unde memoratus sacerdos, adueniente dominice ascensionis die festo, conuocato populo premonuit agere triduanum jejunium, ac omnipotentis Dei exposcere suffragium. Appropinquante ergo die statuto, conuenit omnis populus ad ecclesiam cum gaudio, letanias peragens cum triduano jejunio. Exinde uniuerse ecclesie mos inoleuit, ut a cunctis fidelibus hee letanie peragantur[6]. Regnauit autem Clodoueus an-
c. 134 b nis xxx obiit uero anno dominice incarnationis quingentesimo.' A transitu sancti Martini usque ad transitum ipsius Clodouei regis computantur annis CXII[7]. Post quem quattuor filii ejus, idest Theodericus filius ejus, et Clodomirius, Childebertus, atque Clotharius regnum inter se equa lance diuidunt[8]. Et Theodericus quidem sedem regni sortitus est meatis; Clodomirius Aurelanis, Clotharius Suessonis, Childebertus Parisius, quo et pater eorum; quo tempore Johannes qui papa Hormisde successerat. Constantinopolim ad imperatorem Justinum a Theoderico Gothorum rege est missus. Prefatus autem Clodomirus oratu matris Sigismundum regem Burgundionum orthodoxum, benignum, ecclesie dei cultorem pium, positis insidiis, cepit, eumque cum filiis capite cesum in puteum proiici jussit, quem sanctorum collegio Christum dominum connumerasse ideo non ambiguum habetur, quod febricitantes quique, si pro remedio anime ipsius salutare fideliter fecerint offerre sacrificium, continuo ab infirmitatis sue liberantur incommodo[9]. Sed non multo post, idem Clodomirus a Burgundionibus est in bello occisus[10]. Cujus regni fortem Clotharius frater ejus accepit, ejus quoque filio gladio negauit. Theodericus igitur Francorum rex, quem supra meminimus, cum jam XXIV annis regnum
c. 135 a Theodeberto' filio suo sedem regni moriens reliquit. Qui mansuetus cunctis, atque modestus, justitie quoque fuit egregius moderator, et cultor, eloquioque affabilis. Theodebertus autem defunctus est anno regni sui quartodecimo. Succeditque ei Theodebaldus filius ejus, uir quidem deo deditus, et seruos ejus unice diligens, sed in suos crudelis.

---

2. Rhemensem *B* — 5. Parisiana *B* — 10. siluis profugi *manca in A B* — 15. mox *C* - ee *A B* — 18. Chodomirus *A B* — 19. meatis *manca in A B* - Chodomirus *A B* — 21. qui *manca in A B* — 22. Gothorum rege *B* - Chodomirus *A B* — 24. im *invece di* in *C* — 26. fecerint offerre *C* — 28. necavit *A B* — 30. sedem regni *manca in A B* - reliquid *C* — 31. fuit egregius cultor et egregie moderator *C*

[1] GREGORIUS TURONENSIS, II, p. 88: *mortuo Childerico regnavit Chlodovechus filius eius.*

[2] IDEM, pp. 88-89: *Remedius, sanctus Remegius, Remensis urbis episcopus.*

[3] IDEM, p. 90: *Chrotchildis filia Chilperici.*

[4] IDEM, p. 90, lib. II, 43: *His (Chlodovechus) ita transactis apud Parisius obiit, sepultusque in basilica Sanctorum Apostolorum, quam cum Chrodechilde regina ipse construxerat.*

[5] *Historia Miscella*, p. 356.

[6] GREGORIUS TURONENSIS, II, 34, p. 97 sg., riporta da AVITI, *Epistolae*, 2, 3, 28: "Refert enim in quadam "omilia, quam de rogationibus scripsit, hos ipsas roga"tiones, quas ante ascensionis dominicae triumphum "caelebramus, a Mamerto ipsius Viennensis urbis epis"copo, etc.... Nam terrae moto frequenti quatiebatur, "sed et cervorum et luporum feritas portas ingressa per "totam.... urbem nihil metuens oberrabat.... adveni"entibus paschalis sollemnitatis diebus, expectabat mi"sericordiam Dei plebs tota devote, ut vel hic magnae "sollemnitatis dies huic terrori terminum darent. Sed "in ipsa gloriosae noctis vigilia, dum missarum celebra"rentur solemnia, subito palatium regale intramuraneum "divino igne succenditur etc.„.

[7] IDEM, IV, 51, p. 188.

[8] IDEM, III, 1 (p. 109): "Defuncto igitur Chlodo"vecho regis quattuor filii eius, id est Theudoricus, "Chlodomeris, Childebertus atque Chlothacharius, re"gnum eius accipiunt et inter se aequa lantia dividunt„.

[9] IDEM, III, 5, p. 112.

[10] IDEM, III, 6, p. 114.

Cujus tempore Stella ex aduerso ueniens, in lunam ingressa est. Tunc quoque uue in arbore, que sambucus dicitur, nate sunt. Theodebaldus autem defunctus est anno octauo regni sui, principatum gentis, quam regebat, cum thesauris Clothario dereliquit habendum [1]. Childebertus autem defunctus est anno quadragesimo nono, postquam regnare ceperat, cujus regnum et thesauri ad Clotharium redierunt. Clothario itaque Francorum regente principatum, Longobardorum genti preerat Audoynus rex, qui non multo post tempore Longobardos in Pannoniam deduxit; qui cum famosissimum, et uirtutibus clarum ubique nomen haberet, ipse Clotharius rex Clothsiundam filiam suam ei in matrimonium sociauit [2] Audoin rex quippe bellum cum Hunnis egit, nobiliterque eos deuicit. Cum Gepidis quoque bellum gessit, eosque deuictos omnino sibi subegit, Cunimundo eorum Rege interfecto ab eo. Eo tempore Gothi cum Totila rege eorum Italiam' incolebant; quo tempore beatus Medardus Vermadensis episcopus plenus uirtutibus migrauit ad Christum [3] Clotharius autem, postquam in Galliam per quadraginta et unum regnauerat annos, diem clausit extremum, regnumque filiis suis Chereberto, et Guthranno, Chilperico, atque Sigiberto reliquit. Regnum itaque ii quattuor fratres ex equo sortiuntur, et Chereberto quidem, qui et Aribertus est dictus, Parisiorum urbs quondam Childeberti forte peruenit: Guthranno Aurelianis, regnum uidelicet Chlodomiri: Chilperico Suessonis assignatur ciuitas, caput et ipsa regni paterni: Sigeberto autem medio matricumque, que et Metis, cessit, Theoderici patrui quondam subjecta dominatui, urbs formosa, et inclyta [4]. Fuerat preterea Clothario filius alius, nomine Gunthrannus, corpore quidem elegans, mente leuis, dolis nulli uersutorum secundus; huic animus inquietus, prompta audacia, effera uis animi, qui tirannica adactus crudelitate, res aliorum rapinis diripiebat, quem cum pater ejus modesta increpatione redargueret, ille mandata patris uilipendens, dum ei insidias parat, igne concrematus est. Chil[de]bertus itaque, qui et [Ch]aribertus rex Parisiorum ancillas suas diligens, uxorem propriam abiciens, non post multum temporis sine filiorum posteritate, finem' uite sortitus est [5]. Guthrannus autem fuit pacis et equitatis amator sed lenociniis meretricum deditus, licitum refutauit matrimonium; hic quodam die uenatum in sylua profectus sociis, pro ut res exposcebat, huc illucque dispersis, ipse cum uno suorum fidissimo fidelium, sub arbore quieturus resedit, positoque in ipsius gremio capite, oculos cupiens furari labori, obdormiuit: et ecce ex ore quiescentis regis [paruum animal] in modum reptilis egressum, oram preter labentis riuuli percursare, ac in ulteriorem ripam transire satagere cepit; quod cernens ille, super cujus genua rex caput inclinauerat, gladium uagina nudatum fluuio superposuit, et sic animal illud ad aliam transmeauit partem, atque sub radice cujusdam montis ingressum, post aliquod rediit horarum spatium, et eodem ponte usum in

c. 135 b — c. 130 a

1. in luna *C* — 3. dereliquid *C;* dereliquit habendum *A C* — 8. in matrimonio *C* — 12. in Gallia *A B* — 14. reliquid *C* — 16. Todomiri *A B* — 17-18. Mediomatricum *B;* medio matri cum que *C* — 18. subiectam *C* — 19. Guthrannus *B* — 23. inne *C;* igne *A B* - Chelbertus *A B;* Cherbertus *C* - Aribertus *A B C* — 30. oras *C* - propter *C* — 31. capud *C*

[1] Gregorius Turonensis, III, 36, p. 138 sg.; IV, 9, p. 146 sg.: *Sub huius tempore uvas in arbore quam saucus vocamus absque vitis coniunctione natus videmus et flores ipsarum arborum, quae negra, ut nostis grana proferre solite sunt, racimorum grana dederunt.... (Theodovaldus) septimo regni sui anno mortuos est, regnumque eius Chlothacharius rex accepit....*

[2] Idem, IV, 19 (p. 156): *Tempore quoque Chlotharii regis sanctus Dei Medardus episcopus, consummato boni operis cursu et plenus dierum, sanctitate praecipuus, diem obiit.*

[3] Idem, IV, 3, p. 143: *Alboenus quoque rex Langobardorum Chlotsindam filiam regis accepit.*

[4] Idem, IV, 22, p. 159: "[Chilpericus] et mox Parisius ingreditur sedemque Childeberthi regis occupat; "sed non diu ei hoc licuit possedere; nam coniuncti "fratres eius eum exinde repulerunt, et sic inter se hii "quattuor, id est Charibertus, Gunthramnus, Chilpericus atque Sigibertus divisionem legitimam faciunt. "Deditque sors Charibertum regnum Childerti sedemque "habere Parisius, Gunthramno vero regnum Chlodomeris ac tenere sedem Aurilianensem, Chilperico vero "regnum Chlotari, patris eius, cathedramque Sessonias "habere, Sygibertho quoque regnum Theoderici sedemque habere Remensem „.

[5] Idem, IV, 26, p. 160: "(Charbertus). Habebat "tunc temporis Ingoberga in servitium suum duas puellas pauperis cuiusdam filias, quarum prima vocabatur "Marcovefa, religiosa veste habens, alia vero Merofledis; in quarum amore rex valde detenebatur „.

os Guthranni regis ingressum est. Et surgens rex et familiari narrans somnium mirabile se uidisse: " conspexi, inquit, fluuium per maximum pontem ferreum constratum, per quem tran" suectus, et speluncam cujusdam montis radice constitutam ingressus, inibi inestimabiles the" sauros repperi absconditos ": refert alter de eo quid et ipse intuitus sit, consonaque sibi
c. 136 b apparuerunt sompnii uerba, ac uisio manifesta.' Quid plura? conuenientibus sociis, effossus est locus, maximusque auri ac argenti inuentus est thesaurus ueterum patrum, de quo Guthrannus ciborium mire magnitudinis simul et pulchritudinis compactum, sepulcrum Sancti Marcelli in Basilica, que Cabillonensi adjacet ciuitati; apud Condensem poni jussit. Chilperico autem Francorum regi erant filii Theodebertus, Meroueus, et Clodoueus; Theodebertus, autem a Sigeberto fratre suo est interemptus. Chilpericus uero interemit Sigibertum, qui regnauit annis quatuordecim [1].

Felix papa † a. C. 530 *Bonifatius II pp.* a. C. 530-532

Preterea Rome post Felicem papam Bonifacius natione Romanus, ex patre Sigibuldo ordinatur in episcopatu, cum quo sub intentione Dioscorus ordinatur, fuitque dissensio magna in clero, et populo, sed, dei judicio, defuncto Dioscoro, Bonifacius in sede constituitur. Hic constituit, ut electio Romani pontificis non fieret, nisi post tertium diem depositionis eius [2], et ut nullus episcopus successorem sibi ordinaret. Et hic sepultus est in ecclesia beati Petri [3].

Johannes II qui et Mercurius a. C. 533-535

Cui successit Johannes, qui et Mercurius, natione Romanus, ex patre Projecto, seditque annis II, m. IV [d. VI] [4].

Anno Domini DXXVIII Justinianus Justini nepos ex sorore Romanorum quadragesimus
c. 137 a nonus Augustalem adeptus' est principatum. Hic et bella prospere per duces suos, maxime per Belisarium, gessit, et in causis ciuilibus componendisque legibus mirabilis extitit; nam per Belisarium patricium Persas fortiter deuicit [5]. Qui postea in Africam ab eodem Justiniano missus, Wandalorum gentem usque ad internicionem deleuit, capto Gelismero eorum rege, et Constantinopolim ad imperatorem misso [6]. Carthaginem quoque, ac totam Africam Romano restituit imperio post annos nonaginta sex excissionis sue.

Johannes II † a. C. 535 *Agapitus papa* a. C. 535-536

At uero Rome Johanne papa defuncto, Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero ecclesie sanctorum Johannis et Pauli, cathedram pontificalem suscepit, seditque mensibus XI [7].

Interea Theodatus Gothorum rex sentiens se infestum habere Justinianum principem, pro eo quod matrem Athanarici regis strangulare preceperat, et quod multum Italiam premeret [8], " beatum papam Agapitum Constantinopolim dirigit, quatenus ei apud Justinianum facti im" punitatem impetraret. Qui sanctus pontifex, dum Justinianum principem adiisset, facta " cum eo de integritate fidei *conlocutione* [9], repperit eum in Euthychetis *heresim* [10] corruisse,

---

2. ingressum *C* - Exurgens *A B* - mirabile *manca in A B* — 3. cuiusdam radice montis ingressus *C* — 4. reperi *A B* — 5. somni *B* — 7. mire *manca in C* — 10. intemptus *C* — 12. Sigibaldo *A B; L. P.* Sigibuldo — 13. contentione *A B; L. P.* intentione — 19. Anno Domini DXVIII *A C;* PAULUS: quingentesimo vicesimo nono — 19-20. XLVIIII *C* — 20. dignitalem principatum *C* — 21. mirificus extitit *C* — 22. Bellisarium *C* — 23. Guandalorum *C* - internecione *A B* — 24. Cartaginem *B C* — 25. excisionis *A B* — 27. sancti Joannis et Pauli *Sasso* — 29. Theodahatus *A B* — 33. Euticetis *C*

[1] GREGORIUS TURONENSIS, p. 180 sg. Figli di *Chilpericus I* erano: " Theodeberthus, Merovechus, Chlodo" vechus ".

[2] *L. P.*, I, p. 281: *sedit an. II dies XXVI.* " Hic " congregavit synodum in basilica beati Petri apostoli " et fecit constitutum ut sibi successorem ordinaret ".

[3] DE ROSSI, *Inscr. Christ.*, vol. I, p. n. 1029; cf. vol. II, pp. 126, 141: ha riportato l'epitaffio di cui qui dò i primi e gli ultimi versi:

"Sedis apostolicae primaevis miles ab annis
Post etiam toto praesul in orbe sacer
Membra beata senex Bonifatius hic sua clausit
Certus in adventu glorificanda Dei.
. . . .
SED. AN. II DIES XXVI. *Dep. in pace XVI kal. nov. [532] Iter. post Cons. FFll. Lampadi et Orestis uu. cc.*

[4] *L. P.*, I, p. 785. Cf. pure nota 1 e l'epigrafe di *Iohannes de Caelio monte:* † SALBO PAPA. N. IOHANNE COGNOMEN | TO MERCURIO etc.

[5] PAULUS, *Hist. Rom.*, XVI, XI, p. 219:... " Iusti" nianus Iustini filius Romanorum etc. ".

[6] BEDA, *De sex aet.*, loc. cit.; PAULUS, XVI, XIV, p. 221.

[7] *L. P.*, I, p. 287: *sedit m. XI dies XVIII.*

[8] PAULUS, XVI, XII e principio del XIII (p. 220). Il resto del § XIII R lo copia quasi letteralmente.

[9] IDEM: *collatione.*

[10] IDEM: *dogma.*

" a quo primitus graues minas antistes perpessus est. Ad hoc siquidem usque uerbis pro- " gressum est, ut talia princeps' a presule audiret: Ego Justinianum imperatorem christia- *c. 137 b* " nissimum uidere desideraui, sed Dioclitianum inueni; tandem ex uoluntate Dei; monitis eius " acquiescens ad catholice fidei confessionem cum multis pariter, qui similiter desipiebant, " regressus est. Anthimum quoque eiusdem regie ciuitatis episcopum, prefate hereseos defen- " sorem, conuictum publice (a) communione priuauit ac persuaso principe in exilium *direxit* „ [1]. Beatissimus quoque Agapitus, ex rogatu ipsius principis, catholici consecrauit in loco Anthimi *Agapitus papa † a. C. 536* episcopum catholicum, nomine Mennam, nec multos post dies pontifex apud eamdem urbem obiit, cuius corpus Romam translatum sepultum est in ecclesia beati Petri [2].

Huic successit in pontificatu Siluerius, natione Romanus, ex patre Hormisda episcopo, *Siluerius papa a. C. 536-537* seditque anno uno, mensibus v. Hic primus post beati Siluestri tempora, sine imperiali assensu, Gothorum manu est ordinatus episcopus; Theodatus siquidem Gothorum rex Italie, talem indixit in clero timorem, ut qui non consentiret, gladio puniretur [3]. " Justinianus autem " Belisarium patricium multis iam preliis gloriosum aduersus Theodatum dirigit, ut etiam " Italiam a Gothorum seruitio liberaret „ [4]. Interea mortuo Theodato, in loco eius Guittingis Gothorum rex successit.' Bellisarius itaque per Siciliam iter faciens in Campaniam ad Neapo- *c. 138 a* lim uenit, " quem Neapolitani ciues excipere noluerunt, quibus indignatus ad eiusdem urbis " expugnationem totis se uiribus erexit, aliquantisque fortiter impugnatam diebus, tamdem " ciuitatem per uim capiens, ingressus est, tanta non solum in Gothis, qui ibi morabantur, sed " etiam in ciues ira deseuit, ut non etati, non sexui, postremo non sanctimonialibus, uel ipsis " sacerdotibus etiam parceret; uiros in conspectu coniugum *miserabiliter* perimens, superstites " matres, ac liberos captiuitatis iugo abduxit; cuncta rapinis diripiens, *ecclesias etiam expo- " liauit* [5]. *Dehinc* Romam properauit, quo *ciuitatem* ingresso, Gothi, qui in urbe morabantur, " noctu egressi Rauennam confugiunt. Guittingis autem mox aduersus Belisarium Romam " cum ingenti Gothorum exercitu uenit. Belisarius non aptum tempus sibi bellandi *uidens* [6], " intra urbis se menia clausit „. Cumque per unum annum Gothi Romam obsedissent, demum territi Rauennam redierunt. " Belisarius uero Neapolim proficiscens, eamque, prout compe- " tebat, ordinans, reconciliauit, ordinatamque relinquens, Romam ingressus est „ [7].

Interea Siluerius papa fraude Uigilii archidiaconi' sui, qui Constantinopolim tunc eius *c. 138 b* apocrisarius erat [8], ex precepto Theodore Auguste per eiusdem Uigilii suggestionem, exilio apud Pontia[na]m insulam deportatus est; ibique pane tribulationis et aqua angustie Confessor mortuus est, eo quod reuocare noluisset Anthimum Constantinopolitanum a predecessore suo excommunicatum [9].

Huic itaque Uigilius, natione Romanus ex patre consule Iohanne, successit in pontificatus *Uigilius papa a. C. 537-555*

---

1. mina *C* — 5. Anthemum *C* — 6. comunione *C* — 7. catholici principis *C* — 8. apud eadem urbem *C* — 9. Roma *C* — 11-12. ascensu *C* — 12. Theodahatus *B* - Italie *manca in C* — 15. seruicia *C*; seruitio *A B* — 17. Neapolim ciues *C* — 18. tot se uiribus — 21. etiam sacerdotibus *C* — 22. blandi *C* — 27. proficissens *C* — 29. qui Costantinopoli *C* — 30. Apocrifarius *C* - suggestionem monachus factus *C* — 31. ad Pontianam insulam *C* — 33. excomunicatum *C*

[1] PAULUS, XVII, XIII: *coegit.*

[2] *L. P.*, I, p. 288. Nel Cod. Vat. 4961, come riferisce il Duchesne (n. 8) dal Maassen, si ha un *Exemplar libelli Mennae presbyteri ac xenodochi, qui factus est episcopus Constantinopolitanus sub die III id. mart., iterum post Consulatum Paulini iun. u. c. [536].*

[3] IDEM, I, p. 290: *sedit an. I mens. V dies XI.* " Hic " levatus est a tyranno Theodato sine deliberatione de- " creti. Qui Theodatus, corruptus pecunias datum, ta- " lem timorem induxit clero ut qui non consentiret in " huius ordinationem gladio puniretur „.

[4] PAULUS, XVI, XV, p. 221.

[5] IDEM, XVI, XVI, R varia *nec a sacrosanctis ecclesiis expoliandis abstinuit,* con cui Paolo chiude il paragrafo.

[6] IDEM, § XVII, pp. 221 e 222: *sibi bellandi tempus coniciens intra urbis....* dice Paolo. Cf. pure *L. P.*, loc. cit.

[7] PAULUS, XVI, XVIII.

[8] *L. P.*, I, p. 292: *Tunc erat Vigilius diaconus apocrisarius in Constantinopolim, etc.* Tutti questi fatti si trovano pure in MARCELLINUS, *Chronici contin.*, ad an. 537; PROCOPIUS, *Bell. Goth.*, I, 25; ma più distintamente in LIBERATUS, *Brev.*, 22, riportato per intero dal DUCHESNE, I, p. 294 sg., nota 18.

[9] R attinge simultaneamente a PAULUS, loc. cit. e al *Liber Pontificalis*, prendendo intere frasi dall'uno e dall'altro.

honore, seditque annis decem et septem, mensibus sex: cuius temporibus apud Constantinopolim quinta synodus congregata est sub Iustiniano principe contra Theodorum et omnes hereticos, qui beatissimam Mariam solum hominem non Deum et hominem genuisse affirmabant. In qua synodo catholice statutum est ut beata Maria semper uirgo Theodocos[1] diceretur, quia sicut catholica fides habet: non solum hominem, sed uere Deum et hominem genuit. Uigilius autem licet fraudolenter accepisset episcopatum, quia tamen resipiscens facti penituit, firmus et perseuerans imperialibus noluit obedire preceptis, et ideo Auguste precepto exilio ductus apud Constantinopolim uitam finiuit. Cuius corpus in locello positum Rome translatum est[2].

c. 139 a *Pelagius papa* a. C. 556-561 Pelagius' natione Romanus ex patre Iohanne uicario huic successit in pontificatum, seditque annis XI mensibus X[3]. Hic precepit ut scismatici episcopi per seculares potestates comprimerentur et hic sepultus est in basilica beati Petri[4].

Preterea Guittingis Gothorum rex, coacto in unum iterum magno Gothorum exercitu, cum Belisario conflixit factaque suorum maxima strage in fugam conuersus est, qui fugientem comprehendit secumque Constantinopolim detulit[5]. Mauros quoque post hec Africam infestantes mirabili uirtute potriuit[6]. Gothi igitur capto Guittingi trans padum Eldebatum[7] sibi regem constituunt, qui eodem anno perimitur. Cui succedit Erarius et ipse nec dum anno expleto iugulatur. Dehinc sibi Baduilam, qui et Totila dicitur, in regnum preficiunt. Moxque allecto undique exercitu, Gothi cum Totila rursus Italiam inuadunt. " Exinde per Campa-" niam ad uiri Dei Benedicti patris cenobium iter facientes, perque ac Lucanie Brutiorum, " fines Rhegium proficiscuntur, ultra Siculum transgressi fretum, Siciliam inuadunt „ *cuncta ferro atque rapinis deuastantes*[8]. Indeque reuertentes per Apuliam, atque Sampnium Romam petunt, eamque obsidionibus circumcludunt. Que tantam tunc famis penuriam perpessa est, *c. 139 b* ut pre 'magnitudine inopie natorum suorum carnes comederent. Fessis igitur nimium Romanis nec ualentibus menia tueri, Totila a porta Ostiensi urbem ingressus est. Qui parcere Romanis cupiens per totam noctem clangere bucinas iubet, quatenus ab incendiis et rapina Gothos cohiberet[9]. Quod ut Iustinianus comperit, statim Narsim eunuchum suum cubicularium cum ualida manu dirigit. Hic autem Narsis prius quidem Carthularius fuit, deinde propter uirtutum merita Patriciatus honorem meruit. Erat enim uir piissimus, in religione catholicus, in pauperes munificus, in reparandis sanctorum basilicis satis studiosus, uigiliis, et orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus ad Deum profusis, quam armis bellicis uictoriam obtineret. Hac tempestate Langobardorum[10] gens apud Pannoniam degebat, quibus preerat rex Alboyn. Narsis igitur ad Italiam ueniens, cum iam Langobardos amicitia federatos haberet, legatos ad Alboyn dirigit, quatenus ei cum Gothis pugnaturo ipse cum suis auxilium ministraret. Tunc Alboyn electam e suis manum direxit, qui suffragium Narsi ad-

1. in honore *A B* - an. XVII m. VI *C* — 5. non hominem solum *A B* — 14. factumque *C* — 16. protriuit *A B;* pertriuit *C* — 18. Badualam *A B C;* PAULUS: Baduilam — 20. Briciorum *C* — 21. Regium *C* — 23. eaque obsidionis *C* - tantum *A C* — 24. comederet *A B* - nimium *manca in A B* — 25. hostiensi *C* — 26. buccinas *A B* - quatenus ut ab incendiis *C* — 30. recuperandis *C;* reparandis *A B* — 32. Langobardorum PAULUS — 33. amiciciam *C*

[1] Θεοτόκος *annota Sasso.*

[2] *L. P.*, I, pp. 296-299: " Venerunt Siciliam in ci-" vitate Syracusis. Adflictus calculi dolorem habens, " mortuus est „. Il luogo e la data di morte di " Vigilius „ si hanno nel *Catalogus* di Verona, c. 3 *b*. Cf. DUCHESNE, I, p. 46: " Vigilius sedit annos decem et octo, " menses duo, dies novem; moritur in Syracusis secunda " feria, nocte, septimo idus iunias, indictione tertia „.

[3] IDEM, p. 303: *sedit an. XI m. X dies XVIII.*

[4] DE ROSSI, *Inscr. Christ.*, II, p. 208, riporta l'epitaffio di lui, che termina: " Hic requiescit Pelagius pp. " qui sedit annos IIII m. X dies XVIII. Depos IIII nonas " martias „.

[5] PAULUS, XVI, XIX, p. 223.

[6] *Historia Miscella*, lib. XVIII, cap. XXVIII: " Inte-" rea vicesima die mensis decembris captae sunt quaedam " partes Africae a Mauritanis insurgentibus adversus " Africam ita „. Cf. PAULUS, *De gest. Lang.*, I, cap. XXV.

[7] PAULUS, XVI, XXII, p. 224: " Capto igitur Witi-" gis Gothi Transpadani Heldebadum sibi regem con-" stituunt „.

[8] IDEM, loc. cit. R aggiunge: " cuncta ferro atque " rapinis devastantes „.

[9] IDEM, loc. cit.

[10] Alla lezione di R preferisco sempre quella di PAULUS.

uersus Gothos conferrent. Qui maris Adriatici sinum transuecti, sociati Romanis magno cum Gothis certamine conflixere. Quibus deuictis et usque ad internecionem pariter cum Totila eorum rege pene deletis, honorati multis muneribus Longobardi uictores ad propria remearunt, *c. 140 a* et omni tempore, quo Langobardi Pannoniam possederunt, Romane reipublice aduersus emulos adiutores fuerunt. Sicque Narsis uniuersam Italiam ad reipublice iura reduxit. Totila interfecto, qui iam ultra decem annos in ea regnauerat. Pari etiam modo Iustinianus et alias gentes, non solum per Belisarium Patricium uerum etiam et per alios suos duces belli iure compressit. " Quam ob causam propter horum omnium uictorias ut Alamannicus, Gothicus, " Franciscus, Germanicus, Alticus, Alanicus, Africanusque diceretur, habere *hec nomina*[1] " meruit. Leges quoque Romanorum, quarum prolixitas nimia erat, inutilisque dissonantia " mirabili breuitate correxit. Nam omnes constitutiones principum, que utique multis in uolu" minibus habebantur, intra duodecim libros coartauit, *ipsumque* uolumen Codicem appellari " precepit. Rursum[que] singulorum magistratuum siue iudicum leges, que usque ad duo " millia pene libros erant extense, intra quinquaginta librorum numerum redegit eumque Co" dicem Digestorum, siue Pandectarum uocabulo nuncupauit. Quattuor etiam Institutionum " libros, in quibus breuiter uniuersarum legum textus comprehenditur, nouiter composuit. " Nouas quoque leges quas ipse statuerat in unum uolumen' redactas, eumdem Codicem *c. 140 b* " Nouella[ru]m nuncupari sanciuit. Construxit[2] quoque idem princeps intra urbem Constan" tinopolim sanctum Dei patris templum, quod greco uocabulo ' Agian Sophian ' idest Sanctam " Sapientiam nominauit. Cuius opus adeo cuncta edificia excellit, ut in totis terrarum spatiis " huic simile non possit inueniri. Erat enim hic princeps fide catholicus, in operibus rectus, " *pietate insignis,* in iudiciis iustus, *equitatis cultor egregius,* ideoque omnia ei occurrebant " in bonum „[3].

His autem temporibus beatissimus pater Benedictus apud Cassinum radiabat uirtutibus, *Benedictus Cas. † 21 marzo 543* qui nocte illa que sanctum precedebat diem sabbati, quo uigilia resurrectionis Christi colitur, scilicet duodecimo kalendas aprelis Deo spiritum reddidit[4]. " Huius temporibus Cassio" dorum apud urbem Romam tam seculari, quam diuina scientia claruit[5]. Hic primitus consul, " deinde senator, ad postremum uero monachus fuit[6]. Hoc etiam tempore Dionysius abbas in " urbe Roma constitutus paschalem calculum mira[nda] argumentatione composuit „[7], incipiens ab anno dominice incarnationis .DXXXII. qui est annus Diocletiani CCXLIX Uictor quoque Capuanus episcopus librum de pascha scribens, Uictorii arguit errores[8]. " Tunc quoque " apud Constantinopolim Priscianus Cesariensis grammatice artis' profunda rimatus est[9]. *c. 141 a* " Arator etiam Romane ecclesie subdiaconus apostolorum actus uersibus[10] exarauit „. Quo tempore beatus Germanus parisiace urbis episcopus in sanctitate clarebat[11]. Tunc etiam

---

1. Getas *C* — 3. suo rege *B C* - pene deletis *manca in A* - remeare *C* — 5. jurare duxit *C* — 6. quia *C;* qui *A B* — 8. Alamanicus *A B* — 13. Rursus *A B* - iudiciam *C* — 14. milia *A B* — 16. comprenditur *C* — 17. volumen ab eo *C* - eundem *C* — 18. Novellam *A B C;* Paulus: Novellarum - nuncupare *C* — 21. huic principis *C* — 24. Casinum *A* — 34. diocliciani *C* - CC.LXX *C*

[1] Paulus, *De gest. Lang.,* I, cap. xxv: *habere agnomina meruit.*

[2] Paulus, loc. cit.: *Enxtruxit.*

[3] Idem: " Erat enim hic princeps fide catholicus, " in operibus rectus, in judicio justus, ideoque et omnia " concurrebant in bonum „.

[4] Idem, cap. XXVI, a proposito di Benedetto dice: " Cuius vitam, sicut notum est, beatus papa Gregorius " in suis Dialogis suavi sermone composuit.... „. Stando all'opinione più comune, san Benedetto morì il 21 marzo 543. Cf. Tosti Luigi, *Della vita di San Benedetto*, Montecassino, 1892, p. 281.

[5] R riprende a copiare il cap. XXV di Paolo, di cui omette però dopo *claruit:* " qui inter cetera, que " nobiliter scripsit, psalmorum precipue occulta poten" tissime reseravit „.

[6] Paulus,.... " ad postremum monachus *extitit* „.

[7] R copia Paulus, fin qui; mostrando nel resto di conoscere direttamente l'opera di *Dyonisius Exiguus.*

[8] *Victor episcopus Capue* eletto nel febbraio 541, morto 17 ottobre 554. Cf. *Patrologia latina*, LXVIII, 251. R però trasse la notizia da Beda, *De sex aetatibus mundi*: " Victor quoque Capuanus episcopus librum " de pascha scribens; Victorii arguit errores „.

[9] R copiando Paulus, dopo " artis „, omette, *ut ita dixerim.* Così nel principio del periodo seguente omette: *Tunc quoque nihilominus....*

[10] R omette: *hexametris.* Pare che questo fatto si riferisca ai tempi di papa Vigilio, verso il 544.

[11] Gregorius Turonensis, *op. cit.*, IV, 27.

corpus sancti Antonii, diuina reuelatione repertum, Alexandriam refertur [1]. Justinianus igitur eo in tempore, postquam XXXVIII. annis imperium felici forte rexit, regni sceptrum cum **corona Justino reliquit minori, deficientibus in eo Romanorum historiis** [2].

Pelagius papa † a. C. 561
Iohannes III p. a. C. 561-574
a. C. 564 Iustinus Curopolate

Interea Rome defuncto Pelagio, Iohannes natione Romanus de patre Anastasio illustri **uiro, pontificali cathedra sublimatus est, seditque annis XII mensibus IX** [3].

Anno Domini DLXIV. Iustinus apud Constantinopolim suscepit imperium, uir in omni auaritia deditus, improbus moribus, exemptor pauperum, senatorum expoliator, opumque tenacissimus, cui tanta fuit cupiditatis rabies ut arcas ferreas fieri iuberet in quibus ea que rapiebat auri argentique talenta congereret [4]. Is cum a diuinis mandatis aurem cordis auerteret, iusto Dei iudicio amens effectus est. Hic Tiberium Cesarem asciuit, qui eius imperium gubernaret, hominem iustum, utilem, strenuum, sapientem, elemosinarium, largum, in iudiciis equum, in uictoriis clarum, et quod his supereminet, uerissimum' christianum [5]. Interea Narses, cuius ad omnia studium uigilabat, a quibusdam Romanis emulis apud imperatorem Iustinum et eius coniugem Sophiam accusatur, quorum verbis in tantum aures accomodarunt ut Cesar ira exardescens successorem Narseti Longinum direxerit prefectum. Augusta uero inter alias minas atque iniuriosa uerba que de Narsete dixerat, quia eunuchus erat, dixit eum non consulatum debere romanum sed in gyneceo seminarum pensa diuidere lanarum. Ad hec Narses: " talem se, inquit, ordi(na)turum telam (ei), qualem ipsa (cum uiro) dum uiueret, deponere non posset ". Nec promissa moratus, ad Alboyn regem Langobardorum legatos mittit, qui Pannonie pauperima rura deserere et ad Italiam solo uberem hortarentur transire [6]. Narses autem urbe Roma relicta apud Neapolim post aliquarum temporis defunctus est. Continuo apud Italiam ignee acies in celo apparuerunt [7]. Langobardi igitur cum uxoribus et filiis, de Pannonia egressi, postquam habitauerunt ibi XLII. annis, et commodantes terram, quasi propriam hereditatem, uicinis suis ingressi sunt Italiam,

a. C. 568

cum iam ab incarnatione domini DLXVIII. anni essent euoluti, et preerat Langobardis rex Alboyn. Alboyn itaque Italiam ingrediens pro indictione tertia' [8] cepit Aquileiam, Uenetiam, Forum Iulii, Ueronam et Mantuam ac Mediolanum omnesque Ligurie ciuitates, Ticinum quoque, ubi sedem regni statuerat, et alias usque Tusciam ciuitates; Roma quoque tantis malis a Langobardis adacta est, sicut beatus testatur Gregorius, ut eis postea tributaria fuerit, ita ut ciues quintam partem frugum suarum pactione tributi Langobardis persoluerent [9].

---

3. reliquid *C* - hystoriis *A*, ystoriis *C* — 4. Ioannes *B C* — 6. Anno ab incarnatione Domini *B C* — 8. auaricia *C* - inprobus *B C* — 9. congererit, ex his *C* — 11. eleemosinarium *Sasso* — 14-15. aurem accomodare *C* — 15. direxit *C* — 17. ginicio *C* - pensam *B C* — 18. inquid *B C* — 21. Narsis *C* — 22. Continuo apud Italiam igne de Pannonio.... *C* — 24. commendentes *B C* — 25. anni *manca in C* — 26. per indictionem *C*, come PAULUS, lib. II, cap. VII — 30. paccionem *B C*

[1] *L. P.*, I, p. 303.

[2] R parafrasa gli ultimi periodi del lib. XVI, riferentesi a Giustiniano, della ***Historia Miscella***.

[3] *L. P.*, I, p. 305: " .... sedit an. XII, mens. XI, dies XXVI.

[4] ***Historia Miscella***, lib. XVI, porta la coronazione di Iustinus al 558. R parte parafrasa, parte copia e corregge dalla fine di questo libro: " Hic Iustinus in " initio imperii sui bonus fuit, post in omnem avari- " tiam incidit, id est, exemptor pauperum, senatorum " expoliator. Cui tanta cupiditatis fuit rabies, ut arcas " iuberet ferreas fieri, in quibus quecumque rapiebat " auri talenta *congregaret* „.

[5] ***Idem***, lib. XVII: " .... Erat autem Tiberius iu- " stus, utilis, strenuus, sapiens in eleemosynis largus, " in iudicio iustus, in victoria clarus, nullum depiciens, " sed omnes in bona voluntate complectens „.

[6] PAULUS, ***De gestis langobardorum***, II, v, di cui R riproduce qualche periodo.

[7] IDEM, loc. cit.: " Continuo apud Italiam terri- " bilia noctu signa visa sunt, hoc est, igne acies in " coelo apparuerunt.... „.

[8] IDEM, II, VII: " Igitur Langobardi, relicta Pan- " nonia, cum uxoribus et natis, ***omnique suppellectili***, " ***Italiam properant possessuri***. Habitaverunt ***autem*** an- " nis quadraginta duobus .... per indictionem pri- " mam .... cum iam a Domini incarnationem anni " quingenti sexaginta octo essent evoluti „.

[9] R in questo periodo sunta PAULUS, lib. cit., cap. IX, XIV e XV, etc. Un annotatore del sec. XVII. nel Cod. *A*, aggiunse nel margine: " Haec infrascripta verba per " apostillam sunt in margine diversaque caractere exa- " rata „, trascrivendo parte del capo X del lib. II di PAULUS, con aggiunte e varianti: " Eodem tempore ro-

Interea rex Alboyn postquam in Italia annis tribus et mensibus VI regnauerat, insidiis coniugiis sue interfectus est [1]. Fuit autem Alboyn bellicosissimus, summeque audacie uir, bello famosissimus, statura procerus, strenuus et ad bella peragenda toto corpore coaptarus [2]. Tandem Langobardi preficiunt in regnum Cleph nobilissimum uirum; quo uita decedente postquam uno anno et mensibus sex tenuit principatum: duces in Langobardorum gente decennio sunt creati, et unusquisque ducum suam regebat ciuitatem [3]. Per hos duces Italia ex magna parte capta et Langobardis subiugata est, nonnullis ciuitatibus subrutis, expoliatis ecclesiis populisque interfectis [4]. E quibus ducibus aliquanti Gallias predandi cupiditate petentes irruerunt, preda et incendiis cuncta uastantes. Quibus ad dimicandum cum exercitu Gunthrannus apud Prouinciam cum Amato patricio occurrit, et bello conflicto' patricium c. 144 b
ipsum interemerunt, regem uero Gunthrannum fugauerunt, tantamque tunc stragem Langobardi uictores de Burgundionibus fecerunt, ut uix possit colligi numerus occisorum, et diuites facti de ingenti captiuorum grege ac de inestimabili preda ad Italiam sunt reuersi [5]. Non multo post tempore tres Langobardorum duces Gallias irruperunt: quorum unus quidem nomine Amo Ebredunensem carpens uiam; usque Machouillam accessit ibique tentoria fixit [6]. Alius autem dux, nomine Zaban, per Deinsem descendens usque ad Ualentiam uenit. Tertius uero dux, nomine Rodanus, Gratianopolim ciuitatem aggressus est. " Et Amo quidem Arelatensem debellauit prouinciam cum urbibus, que circum site sunt, et usque ad ipsum lapideum campum qui adiacet urbi Massiliensi accedens, uniuersa que inuenire poterat depopulatus est [7]. Rodanus quoque et Zaban pari modo incendiis et rapinis loca ad que accesserunt demoliti sunt. Que cum Mummulo patricio perlata fuisset: cum ualida manu ueniens, primum cum Rodano [8] conflixit, et multos de eius exercitu peremit, ipsumque Rodanum lancea uulneratum ad montium excelsa fugere compulit. Qui exinde cum quingentis uiris qui ei remanserant per deuia siluarum prorumpens, ad' Zaban, qui tunc urbem c. 143 a
Ualentiam obsidebat, peruenit eique omnia que acta fuerant nuntiauit. Qui pariter dum ad Ebredunensem omnia depredantes uenissent, ibi eis Mummulus cum innumero exercitu (Francorum) occurrit, et commisso prelio eosdem *deuicit* [9]. Tunc Zaban et Rodanus sine ullius lucri conquisitione Italiam *remearunt* [10] ". His auditis Amo, ut erat animo fortis,

1. III *B C* — 8. cuppiditate *C* — 11. Guthrannum *C* — 16. Dersen *B*. *Seguo la lezione dei Codd. più antichi di* Paulus, II, VIII - Ualenciam *B C* - tercius *B C* — 17. Gradionopolim *A B C*. *Anche qui seguo la lezione di* Paulus *loc. cit.* — 19. Marsiliensi *B C* — 12. adque *C* — 21. Mumulo *A B* — 22. prius *A B*. *Seguo la lezione di* Paulus *loc. cit.* - 23. moncium *B C* — 24. sylvarum *A C* — 25. nunciauit *C* — 26. Mumulus *A B* — 28. conquisicionem ac *C*

" manam ecclesiam vir sanctissimus Benedictus papa " regebat. Aquilejensi quoque civitati (eiusque populis) " beatus Paulus Patriarcha preerat. Qui Langobardo" rum rabiem [Paulus, dice: *barbariem*] metuens ex " Aquilcia ad Gradum confugit, *et corpora beate Her" macore et aliorum sanctorum qui ibi iacebant asportavit, " et ibi apud idem castrum Gradensii recondidit, ipsumque " Aquileiam novam vocavit. Deinde post tempore Pelagii " primi Helias tertius patriarcha in Synodo XX episcoporum " auctoritate dicti Romani pontificis eandem urbem totius " Venetie metropolim.... instituit et sic primum Venetie regno " in insulis maritimis cepit habitari circa annos Domini " DLXX, cui primus dux Paulucius extitit nominatus* ".

[1] Paulus, II, xxviii. r mette assieme parole dell'intestazione e del primo periodo di Paulus. Queste intestazioni nell'edizione Migne sono distribuite a capo di ciascun capitolo; mentre in quella del Waitz, in *M. G. H. SS. RR., Langob. et Ital. saec. VI-IX*, sono raccolte a sommario nel principio di ciascun libro.

[2] Idem, loc. cit., dice: " Vir bellicosissimus et " summe audacie, nihil contra hostem prevalens.... ".

[3] r parafrasa e copia Paulus, II, xxxi e xxxii.

[4] Paulus, II, xxxii: " Per hos langobardorum duces septimo anno ab adventu Albuin, et totius gentis, " spoliatis ecclesiis, sacerdotibus interfectis, civitatibus " subrutis, populisque, qui more segetum excreverant, " extintis.... Italia ex maxima parte capta et a Langobardis subiugata est ".

[5] r sunta i primi tre capitoli del lib. III di Paulus.

[6] Paulus, III, viii. r muta le prime parole, copia il resto e dopo *Machavillam* omette: " quam Mummulus " munere regis meruerat ".

[7] r continuando a copiare Paulus, loc. cit., omette: " Aquinsibus autem obsidionem parans, viginti duabus " libris acceptis argenti, ab eodem loco discessit ".

[8] r omette: " qui Gratianopolim debellebat ".

[9] Paulus, loc. cit., *vicit*.

[10] Idem, loc. cit., *repetentes*, r omette: " Secusium " devenere. Quam urbem Sisinius magister tunc militum, a partem retinebat imperatoris. Ad quem puer " Mummuli adveniens, litteras ei directas a Mummulo " porrexit, eumque citius adventare dixlt. Quo comperto, Zaban et Rhodanus exinde mox ad propria " discesserunt ".

intrepidus Mummulo occurrit et acriter cum eo preliando ipsum fugauit, et eius exercitum strauit. Quo superato cum omni preda collecta Italiam profectus est [1]. Eo siquidem tempore Langobardi comam capitis tondebant, nam ceruicem usque ad occipitium radentes nudabant, capillos a facie usque ad hos dimissos habentes, uestimenta uero erant laxa et maxime linea qualia Saxones habere solent, ornata institis latioribus uario colore contextis. Tibialiis cum fasciolis eorum crura stringebantur: calige uero eis erant usque ad summum policem pene aperte, et alternatim laqueis corrigiarum retente. Postea uero ceperunt sibi osis uti more romanorum super quas equitantes birreos imitabantur.

a. C. 575 — c. 143 b

Anni Domini DLXXV "mortuo Iustino" cum duodecim annis regnasset, "Tiberius "Constantinus Romanorum regum quinqua'gesimus sumpsit imperium. Hic sub Iustino adhuc "Cesar cum rem publicam regeret, et multas egenis elemosynas erogaret, magnam ei dominus auri copiam subministrauit. Nam deambulans per palatium uidit in pauimento domus "tabulam marmoream dominice crucis uexillo insignitam, et ait: *Crucem domini qua pectus "frontemque munire debemus indignis quid pedibus conculcamus?*. Et simul cum uerbo iussit "eandem tabulam auferri a pauimento, qua amota, reperiunt et aliam simili signaculo ex-"pressam; post hanc quoque reperiunt et tertiam, quibus ablatis, inuenit magnum thesaurum "habentem supra mille auri centenaria, sublatumque aurum pauperibus abundantius quam "consueuerat largitur. Narsetis quoque thesaurum in quadam Italie urbe, terra defossum, "quodam decrepito sene indicante, inuenit, et in simile opus distribuit [2]. Ad hunc Chil-"pertus rex Francorum suos dirigens legatos, multa ab eo ornamenta, aureos etiam quin-"quaginta singularum accepit librarum, habentes ex una parte effigiem imperatoris et in circulo "scriptum: *Tiberii Constantini perpetui Augusti*, ab alia uero, quadrigam et ascensorem con-"tinentesque scriptum: *gloria Romanorum* [3]. Huius exercitus ab eo missus Persas potentis-"sime' debellauit uictorque regrediens, tantam prede molem cum uiginti pariter elephantis "abduxit ut humane crederetur posse sufficere cupiditati" [4].

c. 144 a

Iohannes III papa † a. C. 574 — *Benedictus papa* a. C. 575-579

Preterea Rome Iohanne defuncto, Benedictus natione Romanus, de patre Bonifacio, ei in pontificatu successit, seditque annis quatuor, mense uno. Quo tempore gens Langobardorum omnem inuasit Italiam, comitante fame et mortalitate. His autem laboribus et afflictionibus idem Benedictus papa mortuus est et sepultus in basilica beati Petri [5].

Pelagius II papa a. C. 579-590

Huic itaque successit Pelagius, natione Romanus ex patre Unigildo, seditque annis decem mensibus II. Hic absque iussione principis est ordinatus, eo quod Langobardi obsiderent Romam nec posset quisquam a Roma progredi [6]. Hic autem nouem prefationes tradidit ecclesie ante canonem decantandas, et hic sepultus est ad sanctum Petrum. His autem diebus beatus Gregorius diaconus, cum esset apocrisarius in eadem urbe regia, morales libros in Job composuit, et Euthychium eiusdem urbis episcopum in conspectu Augusti superauit, ita ut ipse Augustus librum illius, quem de resurrectione scripsit, suis catholicis

---

1. Mumulo *A B* — 3. occipicium *B C* — 4. os dimissos *A B* — 5. hornata *C* - lacioribus *C* — 8. imittabantur *C* — 9. Anno d(ominice) incar(nationis) *C* — 10. elemosinas *C*. *seguo la lezione di* Paulus — 14. ait, *dopo* indignis, *aggiunge C* - calcamus *A B*. *seguo la lezione di* Paulus — 15. repperiunt *B C* — 16. terciam *B C* — 17. habundacius *C* — 19. inventum *C* — 19-20. *così i Cod.*; *ma* Paulus *ha* Hilpericus — 21. ab una parte *C*; *A B seguono il testo di* Paulus — 24. elefantis *B*; eleffantis *C* — 26. Ioanne *B* — 27. annis IIIJ mense I, *B C* — 30. itaque *manca in B* — 31. absque *A B*; atque *C* — 32. poxent quisquam *C* - prephationes *C* — 34. urbem regiam *C*; Paulus, apud eamdem regiam urbem — 35. Euticium *B C*

[1] Paulus, loc. cit.: "His auditis, Amo, collecta "omni preda, Italiam rediturus proficiscitur.....".

[2] Idem, *op. cit.*, cap. 12. R copia quasi letteralmente la prima parte del capitolo mutando, aggiungendo o sopprimendo qualche parola o frase.

[3] Idem, cap. 13. R muta solo: *librarum suscepit* e *prescriptum in circulo*.

[4] Ibidem, cap. 12, ultimo periodo.

[5] *L. P.*, I, 308: "Benedictus.... sedit an. IIII, m. I, "dies XXVIII". "Qui sepultus est in basilica beati Petri, "in secretarium". Beda, *De sex aet.* (a. 4557): "Gens "Langobardorum comitante et mortalitate omnem in-"vadit Italiam, ipsamque Romanam vastatrix obsidet "urbem".

[6] *L. P.*, I, 309: "sedit an. X, m. II, dies X". R copia quasi letteralmente.

assertionibus destruens deliberaret flammis cremari. Docebat enim idem Euthychius corpus nostrum in illa resurrectionis gloria [inpalpabile], et uenti aërisque subtilius esse futurum, contra illud' dominicum: palpate, et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me c. 144 b
uidetis habere [1]. " Tiberius uero [2] Constantinus postquam imperium septem rexerat annis, sen- " tiens sibi diem mortis imminere [3], Mauricium, genere Cappadocem, uirum strenuum „, tradita sibi in matrimonio filia sua, " ad imperium elegit „ [4]. Sic ad eternam patriam migrauit, maximum luctum populis de sua morte relinquens. " Fuit autem summe bonitatis, eleemosynis " promptus, in iudiciis iustus, in iudicando cautissimus, nullum despiciens, sed omnes in sua " bona uoluntate complectens, omnes diligens, ipse quoque a cunctis est dilectus „ [5].

Anni Domini DLXXXII [6]. " Mauricius indutus purpura, redimitus diademate ad circum " processit, ecclamatisque sibi laudibus, largitis per populos muneribus primus ex Grecorum " genere in imperio confirmatus est [7]. At uero Langobardi cum per annos decem sub pote- " state ducum fuissent, tandem communi consilio Authari filium Clephonis supra memorati " principis regem sibi statuerunt. Quem etiam propter dignitatem Flauium appellauerunt, " quo prenomine omnes, qui postea fuerunt Langobardorum reges usi sunt, ut Flauii dicerentur: " Cui' ob restaurationem regni duces, qui tunc erant, mediam totius substantie tribuerunt „ [8]. c. 145 a
Guthrannus autem rex Francorum propriis orbatus filiis, anno regni Chliperici quinto decimo Chilbertum nepotem suum adoptauit in filium, eumque regem constituit [9]. Eo tempore " Mau- " ricius imperator; Childeberto regi Francorum quinquaginta millia solidos per legatos suos " direxit, ut cum exercitu super Langobardos irrueret eosque Italia propelleret [10]. Qui col- " lecta multitudine „ [11] hoc agere temptauit, sed minime potuit. Interea Childebertus rex Francorum bellum aduersus Gothos agens, eos acie superauit. Rursus uero Mauricius imperator legatos ad Childebertum Francorum regem misit, orans ut exercitum contra Langobardos mitteret; Childebertus itaque legatis Mauricii acquiescens, iterum Francorum exercitum atque (Alamannorum) ad Italiam (contra Longobardos) direxit [12]. Uerum Langobardis aciem producere atque aduersariis ire obuiam meditantibus, " Franci ac Alamanni dissensionem inter se habentes, sine ullius lucri conquisitione ad patriam remearunt [13]. Sed non multo post Childebertus " legationem ad Mauricium imperatorem direxit, mandans ei ut " quod prius non' fecerat, nunc contra Langobardorum gentem susciperet bellum, eos ab c. 145 b
" Italia remoueret. Qui nihil moratus exercitum suum ad Langobardorum debellationem " direxit in Italiam. Cum quo Authari rex et Langobardorum acies non signiter confligunt [14]. " In ea pugna Langobardi uictoriam capiunt, Franci uehementer cesi, nonnulli (uero) capti,

1. assercionibus *B C* - Euticius *C* — 2. [impalbabile] *A B manca*; uentii (*sic*) *C* — 4-5. senciens *B C* — 7. elemosinis *B C* — 8. set *B C* — 9. est *manca B* — 10. Anno ab incarnatione domini *B C* - Mauricius *iniziale ornata C* — 11. largis per populos *B*, *così Sasso*. — 12. per annis Christi *C*, *manca* decem — 13. Autari *B C* — 14. eciam *B C* — 16. tocius *B C* - contribuerunt *B* — 17. Gunthrannus *B*, *così Sasso* - Francorum res *C* - Chilperci *C* — 18. suum nepotem *B C* — 19. milia *B C* — 21. s; *A C* — 26. obuiam ire *B C* — 26-27. discensionem *C* - conquisicione *B C* - set *B C* — 29. bellum susciperet *C*; PAULUS, bella — 30. nichil *B C* — 31. Cui Autari *C*, *come* PAULUS

[1] PAULUS, III, XIII. Cf. pure BEDA, *Historia ecclesiastica*, II, I, in MIGNE, *Patr. lat.*, *XCV*, col. 75 e 76.

[2] IDEM, cap. XV: *igitur*.

[3] R omette: " una cum consilio Sophie Auguste „.

[4] PAULUS, loc. cit.: " .... virum strenuum, ad im- " perium elegit, ornatamque suam filiam regalibus or- " namentis ei eam tradidit.... „.

[5] IDEM, loc. cit.

[6] *Historia Miscella*, anno 577.

[7] PAULUS, loc. cit., ultimo periodo, cap. XV.

[8] IDEM, lib. III, cap. XVI. R. muta: " *Huius in diebus* " *ob restaurationem....*, in *Cui ob restaurationem;* mo- " difica: *duces qui tunc erant omnem substantiarum sua-* " *rum medietatem regalibus usibus tribuent* „; e sopprime il resto del periodo.

[9] GREGORIUS TURONENSIS, l. c.

[10] PAULUS, lib. cit., XVII, R. modifica: *eosque de Italia exterminaret.*

[11] R fin qui da PAULUS, loc. cit.

[12] PAULUS, loc. cit., XXII: " Rursum vero Mauricius " Augustus, legatum ad Childebertum mittens, eum ut " contra Langobardos in Italiam exercitum diriget per- " suasit. Childebertus existimans suam adhuc germanam " apud Constantinopolim vivere, legatis Mauricii acquie- " scens, utsuam posset sororem recipere, iterum adversum " Langobardos Francorum exercitum ad Italiam direxit„.

[13] PAULUS, loc. cit. R modifica una parte del periodo e copia il resto, segnato fra virgolette, salvo a mutare il *sunt reversi* in *remearunt.*

[14] IDEM, lib. III, cap. XXVIII. R, dopo *acies non signiter* omette: " obviam pergunt, prope libertatis statu " fortiter *confligunt* „.

" plurimi etiam per fugam elapsi, uix ad patriam reuertuntur [1] „. Interea Autari rex accepit uxorem Theodelindam filiam regis Bajoariorum. Authari uero per Spoletum Beneuentum peruenit et easdem regiones accepit. Dehinc usque Regium ambulauit, cuncta sibi componens, et quia apud Regium intra undas maris columna quedam posita esse dicitur, usque ad eam equo sedens accessit, et eandem haste sue cuspide tetigit dicens: ***huc usque erunt fines Langobardorum*** [2]. Anno xviiii Guthranni atque Chilperici, Burdigalensis ciuitas terre motu concussa est et de Pyrineis montibus immensi lapides sunt euulsi, quibus immensa hominum pecorumque multitudo interiit, ipsaque ciuitas in proximo incendio concremata est. Aurelianensis urbs incendio simili uastata est. Apud Carnotinum pagum de effracto pane sanguis effluxit. Celum quoque ardere uisum est [3]. Anno septimo Childeberti regis, qui

c. 146 a fuit xxi. Chilperici regis 'atque Guthranni, stella cometes uisa est in die sancto pasche. Apud Suessonam ciuitatem celum ardere uisum est. In Parisiaco pago sanguis de nube fluens uestimenta multorum hominum cruentauit. Inualitudines uarie ac mortalitas magna eo anno Francorum attriuere gentem [4]. Per idem tempus Chilpericus Francorum rex in Sabellianam heresim lapsus est; qui non multo post tempore reuertens de uenatione ut ei mos erat fraude Fedegundis coniugis sue interfectus est a Landrico, qui cum ea stupri consuetudinem habere consueuerat. Iste quidem inuisus suis fuit, nec amabilis extraneis. Regnauit autem annis xxiii. " Eo tempore fuit aque diluuium in finibus Uenetiarum et Ligurie, seu ce- " teris regionibus Italie, quale post Noë tempora creditur non fuisse. In hac ualida aquarum " procella tantum Athesis fluuius excreuit ut circa basilicam beati Zenonis martyris, que extra " Ueronensis ciuitatis muros sita est, usque ad fenestras superiores aqua pertingeret, licet in " eadem ecclesia aquam minime introierit „, muris eiusdem ciuitatis maxima ex parte subrutis. Apud urbem uero Romam " in tantum Tyberis fluuius excreuit, ut aque super muros

c. 146 b " Urbis influerent et maximas in ea regiones occuparent. Tunc per alueum fluminis eiusdem' " cum multitudine serpentium draco etiam mire magnitudinis per Urbem transiens usque ad " mare descendit; subsecuta statim est hanc inundationem grauissima pestilentia, quam ingui- " nariam uocant, que tanta strage populum deuastavit, ut de inestimabili multitudinem uix " pauci remanerent, primumque Pelagium papam perculit et sine mora extinxit. Dehinc in " populo se extendit „ [5].

Gregorius papa a. 590-604. Dum igitur tanta tribulatio miseram quateret Romam, beatus Gregorius, qui tunc monachos et leuita erat a cunctis generaliter papa electus est [6], anno regni Guthranni Francorum regis uicesimo quarto, indictione VII. In cuius ordinatione cum nihil aliud, quam iussio

---

2. Theodolindam *A B; accetto C conforme* Paulus - Baioarriorum *C* - Autari *B C* — 3-4. Rhegium *B* - colupna *C* — 5. aste *C* — 6. nono decimo *B* — 7. Pireneis *A B* — 9. extracta *C*, exfacto *A B*. ***Seguo la lesione di*** Gregorius Turonensis, lib. V, 33 — 11. Pascho *C* — 12. Suessone *C* — 16. Foedegundis *C* - Alandrico, ***seguìto da punto*** *C* - strupi *C* — 18. ueneciarum *B C* — 19. quale non fuisse post Noe tempora creditur *B e così Sasso. A C conforme* Paulus — 20. *In C la pergamena è stata raschiata e* martyris *aggiustato da mano molto posteriore in:* cōnfesoris episcopi et.... — 21. urbis *invece di* ciuitatis *C come* Paulus - scita est *C* — 22. in eamdem ecclesiam *B e così Sasso.* Paulus: " in eandem basilicam „ — 25. serpencium draco eciam *B C* — 26. pestilenciam *B C* — 27. tantam stragem populorum *C* — 30. urbem *C* — 31. ac *invece di* et *B C* — 32. uigesimo *B, così Sasso* - nichil *B C*

[1] R omette poi il resto del cap. XXVIII.

[2] Paulus, loc. cit., cap. XXXI.

[3] Gregorius Turonensis, lib. V, 33, pp. 225 e 226: "…. Ipso anno graviter urbs Burdegalensis a terre " motu concussa est…. Tamen de Pirinaeis montibus " immense lapides sunt *commoti*, qui pecora hominisque " prostraverunt…. incendio cremarentur…. Aurelia- " nensis civitas grave incendio conflagravit…. Apud " terminum Carnotenum verus de effracto pane sangues " effluxit…. „.

[4] Idem, lib. VI, 14, p. 258: " Anno igitur septimo " Childeberti regis, qui erat Chilperici et Gunthranni " vicesimus et primus, mense Januario…. Stilla, quem " comitem superius nominavi apparuit…. In die autem " sanctum paschae apud pessonias civitatem coelum ar- " dere visum est…. In Parisiaco vero terminam verus " sanguis ex nube defluxit et super vestimenta multo- " rum hominum caecidit…. „.

[5] Paulus, III, xxxiii e xxiv. R copia letteralmente nei periodi entro virgolette, salvo l'omissione di qualche frase e il mutamento di qualche parola.

[6] Idem, III, xxiv: " In hac tanta tribulatione beatissimus Gregorius, qui tunc levita erat, a cunctis generaliter papa electus est „.

principis deesset, non enim decebat tunc quemlibet ad pontificatum romanum promoueri absque iussione principis Constantinopolitani, uir domini Gregorius legatum cum literis ad Mauricium direxit imperatorem, obsecrans ne populo in sui electione preberet assensum. Cuius literas prefectus Urbis interceptas disrupit et consensum populi imperatori transmisit. Qui ualde gauisus est, quod locum aptum largiendi honoris diacono olim sibi amicitie familiaritate karissimo reperisset, nam filium eius de sacro fonte suscepit, cum sine' dilatione ordinari *c. 147a* precepit. Ordinatus autem tam cautum tamque humilem se in omni sua prebuit actione, ut sicut ex gestis siue scriptis eius dignosci potest, uix nullus in successoribus eius illi similis possit inueniri in flore eloquentie ac puritate doctrine, uel etiam in sanctitate uite. Liber quippe sacramentorum ab eo editus est et antiphonarius tam diurnus quam nocturnus, et tractatus in Ezechielem, et quadraginta euangelia, et in Job moraliter et allegorice, et ad historiam compendiose digestus, et dialogorum liber; et pastoralis cura Iohanni Rauennati directa, et registrum ad regendam ecclesiam satis utiliter. Hic instituit ut antiphona cantaretur que uocatur introitus ad mulcendum audientium animos, deinde Kirie eleison nouies decantari et post epistolam graduale et alleluia, excepto a septuagesima usque in pascha, in quibus diebus tractus instituit decantandos; post euangelium uero dum oblationes offeruntur, offertorium decantari, et post fractionem eucharistie, postquam communicatum fuerit, post communionem. Hic idem addidit in canone: *diesque nostros in tua pace dispone*, et ut alta uoce oratio dominica super eucharistiam decantaretur. Hic letaniam maiorem instituit, *c. 147b* instituitque stationes fieri ad sanctum Petrum in natale Domini, in epiphania, in dominica de passione, in maiori scrutiniorum, in pascha, et in albis pasche, in ascensione, in pentecosten, in natale apostolorum, in tertia dominica de aduentu, et in dedicatione ecclesie eiusdem que est in octaua sancti Martini, in sancti Andree, in cathedra sancti Petri, in letania maiore, et in omni sabbato quatuor temporum; similiter instituit omnibus diebus quadragesime stationes fieri per diuersas ecclesias, et in albis paschalibus; et ut a septuagesima usque in pascha non caneretur alleluia; et ut in matutinali synaxi, in festiua octo tantum canerentur responsoria, et quotidiana tantum duo, et ut a presbytero diceretur: *Deus in adjutorium meum intende*. Hic doctor eximius anno Mauricii imperii xiiii, indictione xiii, synodum episcoporum xxiiij "ad corpus beati Petri XXIIIJ apostoli congregans, de necessariis ecclesie "decernit" [1]. Idem missis in Britanniam Augustino, Melito et Iohanne, et aliis pluribus "cum eis monachis timentibus Deum, Anglos ad Christum conuertit" [2]. Beatus autem Gregorius direxit Theodelinde regine Langobardorum librum qui *Dialogus* nominatur, eo quod religiosa erat, et ferocem uiri sui animum sepissime piis suggestionibus aduersus ecclesiam mitigabat [3]. Siquidem' regina hec basilicam beati Johannis Baptiste in Modicia construxit, *c. 148a* qui locus supra Mediolanum duodecim millibus abest, multisque ornamentis auri argentique decorauit [4]. Hac tempestate Autharis Langobardorum rex exercitum ad Istriam misit, qui post predas et incendia facta pace uim magnam pecunie regi Autari detulerunt, Comacinam

2. litteris *B C* — 5. *manca* est *C* — 6. carissimo *B e Sasso* — 7. omnia *C* - accione *B C* — 8. dinosci *C* — 10. antifonarius *C* — 13. ad regendum *C* - satis utilis *C* — 14. ad moliendum audiendum *C* - kirieleison *C* — 16. decantare *C*, *invece di* decantandos — 18. comunione *B C* - canonem disponas *B e Sasso*; *A C conforme Ioannes Diaconus e L. P.* I, 312 — 19. et ut a sacerdote oracio *C* — 22. tercia *B C* - dedicacione ecclesie eiusdem *B C* — 24. quattuor *B C* - staciones *C* — 26. cantetur *C* - cantarentur *B C* — 27. cotidiana *B C* — 28. quartodecimo *B e Sasso* - decima tertia *B e Sasso* - sinodum *B C* — 29, XXIV *B Sasso* - XXIIIJ *C* — 30. Brittaniam *B C* - Mellito *B C* - quampluribus *B e Sasso* — 31. quoque *non* autem *C* — 32. longobardorum *B C* — 34. Modicina *C*; *A B seguono lezione* Paulus, IV, xxii — 35. imlibus *B C* — 36. Autari *B C*; Autharis *Sasso* — 37. cum magna pecunie regi Autari *C*; Paulus, III, xxv: "in unum annum magnam pecuniam regi detulerunt" - Commacinam *B e Sasso*

[1] R se in generale tenne presente Paulus, *Gregorii Magni Vita* in *Patrologia latina*. LXXV, col. 42-62, suntò piuttosto Ioannes Diaconus, *S. Gregorii Magni Vita* specialmente nel lib. II, num. 17 e 20 sg.; e lib. III, num. 50 sg. *Patr. Lat.*, vol. cit., pp. 94 e 95, 160 sg.

[2] Paulus, III, xxv quasi alla lettera.

[3] Idem, IV, v: "Quod Codicem dialogum beatus "Gregorius Theudelinde regine direxit"; R *sunta*.

[4] Idem, XXII, quasi letteralmente.

quoque insulam obtinuerunt[1]. Quo tempore Herminigildus Leuigildi gothorum filius regis ob fidei catholice confessionem a patre Arriano priuatus regno et in carceris uincula proiectus, ad extremum in capite percussus est[2]. Anno xxx regis Guthranni, tunica domini nostri Iesu Christi, que uni militum forte euenit, inuenta est in ciuitate Zaphat, in archa marmorea facta posita, tempore Thome Hierosolymitani episcopi et Iohannis Constantinopolitani et Gregorii Antiocheni. Anno xxxi. Guthranni regis Authari rex Langobardorum obiit anno [a. 590] dominice incarnationis DXC cui successit Agilulfus in regnum. Guthrannus itaque Francorum rex moritur anno regni sui xxxiii. Fuit autem Guthrannus in bonitate precipuus, in eroganda pauperibus elemosyna largifluus Christi sacerdotibus se humilem prebens subditis [c. 118 b] suis benignus, gentibus' externis placatus, atque pacificus, et in omni bonitate cospicuus. Cui successit Childebertus eius nepos, filius Sigelberti; huic autem successerunt duo filii sui adhuc pueryli sub tutela regine Brunichildis constituti, et Theodeberto quidem regnum Austrasiorum, siue Burgundionum, quod pater Childebertus a genitore suo Sigeberto sibi relictum acceperat[3]. Theoderico autem regnum Guthranni, quod Childebertus iure adoptionis tenuerat, sorte obuenit. Qui etiam sibi in his locis quibus et priores constituere sedes. His diebus Audoaldus super Langobardos leuatus est rex ab Agilulfo rege patre suo, " astantibus " legatis Theodeberti regis Francorum et desponsata est eidem regi puero filia regis Theo- " deberti, et firmata est pax perpetua cum Francis[4]. Eodem tempore Francis cum Saxonibus " pugnantibus, magna strages ab utrisque partibus facta est "[5]. Interea Childebertus rex Francorum ui ueneni extinguitur: rex autem Theodericus sanctum Desiderium Uiennensem episcopum prius exilio relegari, nouissime uero lapidari precepit. Obiit itaque Theodericus anno regni sui septimodecimo cui successit in regnum Clotharius Chilperici filius. Extinctis [c. 149 a] igitur, uel uaria sorte obeuntibus tot Francorum regibus,' a quibus per xl ferme et unum regnatum est annos, solus legitime successionis heres Clotharius Chilperico patre genitus ex regia stirpe uidebatur relictus, in quo regnandi ius potissimum transfundi oporteret. Interea " Mauricius Augustus, postquam xxi. annis Constantinopolitanum rexit imperium, cum filiis " suis Theodosio, Tiberio et Constantino occiditur a Foca tunc tribuno, qui fuerat prisci " patricii strator. Fuit autem Mauricius utilis reipublice, denique contra hostes sepe dimicans " uictoriam obtinuit. Hunni quoque, qui et Auares appellantur, eius uirtute deuicti sunt "[6]. Hic in medio sui tempore dum diuine legi contrarius esset et a beato Gregorio frequenter admonitus corrigi nollet, immo eidem uiro Dei, quia factis non poterat, uerbis iniurias irrogare non desisteret, tali meruit a domino redargui iudicio. Denique nocte quadam uidit in somnis assistere se imagini Saluatoris, et uox ex ipsa imagine audita est, dicens: *date Mauricium*, qui cum presentatus ab ignotis ministris fuisset, uox iterum sonuit, interrogans illum: quid magis eligeret, utrum in isto seculo que nequiter egerat recipere, an futuro examini [c. 149 b] reseruari, cui Mauricius: *O Iesu bone, iube me potius in isto seculo male com'missa luere, et uenturi iudicii diem non formidare, et Electorum tuorum participem fac esse.* Tunc qui loquebatur: *tradatur*, ait, *Mauricius Foce militi cum uxore et filiis*, quod postea euenit[7].

---

1. optinuerunt *C* - Hermigildus *B e Sasso* - Leuigildi filius regis Gothorum *B e Sasso*; Paulus, III, xxi: "Hispanorum " — 4. arca *A B e Sasso* — 6. antioceni *C* - longobardorum rex *C* — 7. Aginulfus *B e Sasso* - Guthranus *B e Sasso* — 11. Silgeberti *B e Sasso* — 12. puerili *B e Sasso* - Brunechildis *B C* — 13. Sigiberto *C* — 16. Aginulfo *B*, *dove manca* rege *e così Sasso* - adstantibus *C e Sasso* — 17. Theodeperti *C* - regio puero *C* — 18. Theodeperti *C* — 19. Childepertus *C* — 21. religari *B C* — 22. XVII *C* - Childerici *B e Sasso* — 23. quadraginta *A C* — 24. e *invece di* ex *C* — 26. rex *A C conforme* Paulus, IV, 27; rexisset *B e Sasso* — 27. Phoca *B e Sasso*; *A B leggono come* Paulus, l. c. — 29. optinuit *C* — 31. anmonitus *C* - nollet et *C* — 31-32. inrogare *B C* — 33. sopnis *B C* — 35. *di prima mano* uerum *invece di* utrum, *poi d'altra mano agg.* alias utrum *C* — 38. Phoce *B e Sasso*

[1] Paulus, III, xxvi.

[2] Idem, III, xxi.

[3] Idem, IV, xii "De morte Childeberti Franco- "rum regis et de bello Avarorum cum Francis, et de "transitu Gutranni regis ".

[4] Paulus, lib. IV, cap. xxxi: r copia l'ultimo periodo. Paulus dice però *Adoloaldus.*

[5] Idem, cap. XXXII.

[6] Idem, cap. XII.

[7] Idem, cap. XXVII. r copia con qualche variante e inversione di parole.

a. C. 604

Gregorius papa † a. 604

Anno dominice incarnationis DCIIIJ. Focas, ut premissum est, romanorum regnum inuadens per octo annorum curricula tenuit[1]. Erat autem hic formidolosus et sanguinarius, cuius secundo anno imperii, indictione VIII. Gregorius papa migrauit ad Christum; sepultusque est in ecclesia beati Petri ante Secretarium[2]. " Eo siquidem anno Theudepertus, et Theudericus reges Francorum aduersus Chlotharium patruum suum dimicauerunt, " in quo certamine ex utraque parte multa milia hominum ceciderunt „ [3].

Sabinianus papa a. C. 604-606

" Interea Sabinianus, natione Tuscus de patre Bono, successit Gregorio in pontificatus " honorem. seditque anno uno, mensibus V. Hic autem tempore famis[4] iussit aperiri or" rea ecclesie, et uenundari frumenta per unum solidum tritici modios XXX. Hic in ecclesia " beati Petri luminaria addidit[5], et sepultus est in ecclesia eiusdem beati Petri apostoli „.

Bonifatius III a. C. 607

c. 150 a

Bonifacius natione Romanus ex parte Catadioce huic successit in pontificatu, seditque mensibus nouem. Hic obtinuit a Foca Cesare priuilegium ut romane ecclesie Constantinopolitana subiceretur, et ut ro'mana ecclesia caput esset omnium ecclesiarum. Hic in synodo constituit ut nullus in episcopatus eligatur, nisi prius tertium diem obitus episcopi predecessoris; et ut ipsa electio a clero communiter et populo fiat, et sic subsequatur assensus principis eiusdem ciuitatis[6]. Quo uita decedente alter Bonifacius natione Marsorum, ex patre Iohanne, ei successit in pontificatu, seditque anno [VI] mensibus VIII. Hic a Foca Cesare obtinuit dari sibi templum, quod ab antiquis uocabatur Pantheum, quod ipse ablatis idolatrie sordibus consecrauit in honorem sancte Dei genitricis Marie et omnium sanctorum[7]. Et hic sepultus est ad beatum Petrum apostolum.

c. 150 b

Quo tempore Perse aduersus rempublicam grauissima bella gerentes multas romanorum prouincias et ipsam Hierosolymam auferunt, et destruentes ecclesias, sancta quoque prophanantes inter ornamenta locurum [uel] sanctorum, [que diripuerunt], etiam dominice crucis lignum [de Hierosolyma] abducunt[8]. " Interea Foca imperator ab uniuerso senatu deseritur, qui peruersa insaniens mente, opes imperii in mare proiciebat; contra hunc Heraclius prefectus, " qui tunc Africam regebat cum exercitu ueniens eum regno uitaque priuauit „[9]. Eo quoque tempore Agilulfus Langobardorum rex qui et Ajo est appellatus, postquam XXV. regna'uerat annos diem clausit extremum, cui Adoaldus filius eius una cum matre in regnum successit. " Sub his autem ecclesie restaurate sunt et multe donationes per loca uenerabilia largite „. Sed dum Adoaldus [accepta potione a quodam imperatoris Legato] aduersa mente insaniret,

---

1. Anno ab incarnatione domini *C* - Phocas *B C. La* s *finale in C è d'altra mano*; Phoca *B e Sasso* — 3. octaua *C* — 4. tempore *invece di* anno *B e Sasso; A C seguono* PAULUS, IV, 29 - Theodopertus et Theodoricus *B e Sasso*; Teudepertus *C* — 7. Sabianus *C* - Romanus ex *B e Sasso* — 8-9. orrea *C* — 10. apostoli *manca B e Sasso* — 11. Catadiaco *B e Sasso* — 12. optinuit *C come nel L. P.* I, 316 - Phoca *B e Sasso* — 13. capud esse *C di prima mano, aggiustato poi in* esset — 32. p' *A B C letto da Sasso* post, *contro il senso del L. P. che R. segue* - tercium *B C* — 17. Ioanne *B e Sasso* - I. uno *A B C. Correggo secondo il L. P. che R. segue* - Phoca *B e Sasso* — 18. optinuit *C* - Pantheon *C*; *A B conformi* PAULUS IV, 36 — 20. sanctum *B e Sasso*; beatum *A C* — 21. Perses *C*; *A B conformi* PAULUS. IV, 37 — 22. Ierosolimam *C* - quaeque *non* quoque *Sasso* — 23. atque *non* uel *Sasso* — 24. Ierosolima *C* adducunt *B e Sasso.* Phoca *B e Sasso* — 25. Eraclius *C* — 26. Audoaldus *B e Sasso* — 30. set *C*

[1] PAULUS, cap. XXXVII: " Focas igitur, ut premis" sum est, extincto Mauricio eiusquè filiis, Romanorum " regnum invadens, per octo annorum curricula prin" cipatus est „.

[2] *L. P.* I, 312. " Qui mortuus est et sepultus in " basilica beati Petri apostoli ante secretarium.... „ [† 12 marzo 604]. DE ROSSI, *Inscr. Christ.*, II, p. 52 e 78, ecc.

[3] PAULUS, XXIX, ultimo periodo.

[4] *L. P.* I, 315. R omette: "…. in civitate Romana " gravis. Tunc facta pace cum gente Langobardorum et „.

[5] R omette: "…. Quo defuncto, funus eius eiectus " est per portam sancti Iohannis, ductus est foris mu" ros civitatis ad pontem Molvium „. Cf. in DE ROSSI, *Inscr. Christ.*, II, p. 127, l'epitaffio: " Saeva, vorax, nil " posse tuas, mors, aspice vires, Vivit in aeternum quem " peremisse putas „.

[6] *L. P.* I, 316: " sedit mens. VIII, dies XXII „. Nel resto R fonde il *L. P.* e PAULUS, IV, 36. E così attacca pure il periodo seguente per Bonifacio IV. L'epitaffio di Bonifazio 3° è in DE ROSSI, *op. cit.*, II, 126, 141.

[7] Cf. *L. P.*, I, 317 e PAULUS, IV, XXXVII, che R fonde insieme. Cf. l'epitaffio in DE ROSSI, *op. cit.*, II, 128 e 208.

[8] IDEM, loc. cit.

[9] IDEM, loc. cit., *l'ultimo periodo*, omettendo: " rem" que publicam Romanam eiusdem filius Heraclius su" scepit regendam „.

postquam cum matre decem regnauerat annis, “ de regno eiectus est et a Langobardis in “ loco eius Arioaldus est substitutus „. Circa hec tempora “ beatus Columbanus, genere Scothus, “ postquam in Gallia in loco qui Luxouium dicitur monasterium construxerat, in Italiam ue- “ niens, monasterium quod Bobium dicitur in Alpibus Cottiis edificauit „[1]. Clotharius uero Francorum rex anno regni sui XLVIIII Dagobertum filium suum regni fecit consortem. Anno autem XVI. suscepte monarchie, paterni autem regni XLIIII, Clotharius rex moritur, qui aui sui simile nomen iunior appellatus est: fuit autem uir patiens, litteris eruditus, timoris, Dei plenus, pauperibus uictus necessaria tribuens, ecclesiarum Dei, atque sacerdotum consulens; cui Dagobertus filius successit, ex cuius aduentu fiducia bonis maximeque pauperibus
c. 151 a orta, seditiosos uero atque rapine intentos formido grauis inuaserat, ac quedam mentium' consternatio. Hic beato Arnulfo Metensium ciuitatis episcopo ad erudiendam litteram traditus fuerat, consilio cuius postea bene ac preclare plura faciebat. Dagobertus quippe cunctam Austriam cum Burgundia, cunctamque Neustriam cum Guasconum terra dominio suo subegit; post discessum uero beati Arnulfi idem Dagobertus rex consilio Pipini qui erat Maiordomus utebatur[2].

a. 612 Anno dominice incarnationis DCXII[3] Heraclius Heracliani filius, occiso Foca, ei in imperium substituitur; hic Heraclius multas prouincias a Persis peruasas reipublice restituit, monamachiam pugnam cum ductore exercitus Persarum, proposita lege, ipse Heraclius elegit eumque percussum equo deiecit mortuum[4], Chosroë quoque regem Persarum gladio suo interfecit: filium uero eius baptizatum de sacro fonte leuauit eumque regem in regno constituit, peruagatusque uniuersam Persidem, argentum turris in qua Chosroë sedem constituerat, exercitui suo tribuit. Aurum uero restauratione deputans ecclesiarum, quas Chosroë destruxerat, ipse Heraclius cum multimoda preda ac septem elephantis multis opibus oneratis, assumpta etiam Saluatoris cruce, Hierosolymam remeauit ipsamque crucem in loco suo reposuit,
c. 151 b captiuos in propria restituit ac' deinde Constantinopolim rediit. Fuit autem Heraclius uultu decorus, uisu hilaris, statura mediocris, egregi eque fortitudinis, qui sepe leones in arena plures interfecerit: cumque literis abunde esset instructus, ad ultimum astrologus efficitur. Hic sociata sibi iure connubii sororis sue filia in Euthychis delapsus est sectam. Quo tempore Anastasius “ Persa monachus nobile pro Christo martyrium patitur. Qui natus in Perside “ magicas a patre puer artes discebat: sed ubi a captiuis christianis Christi nomen accepe- “ rat, in eum mox animo toto conuersus, relicta Perside, Hierosolymam petiit; ubi accepta “ baptismatis gratia monasterium intrauit ibique VII annis regulariter uixit. Tandem captus “ a Persis, et multa diu uerbera inter carceres et uincula perpessus, mittitur ad Chosroë “ regem Persarum, a quo tertio per interualla temporis uerberatus ad extremum una manu “ per tres horas diei suspensus, sic decollatus cum aliis LXX martyrium compleuit. Mox “ tunica eius indutus quidam demoniacus curatus est. Interea superueniens cum exercitu He-

---

2. institutus *C*; *A B conformi* PAULUS, IV, 43 - gothus *C*; Scotorum, PAULUS, l. c. — 4. Cociis *B e Sasso* 5. XXXIV *C* — 6. rex *manca B e Sasso* — 7. literis *B e Sasso* — 10. diciosos *C* — 11. Arnulpho *C* - Metencium *C* - audiendam (*non* erudiendam) - literam *B e Sasso* — 13. suo dominio *B e Sasso* — 14. dissessum *C* - rex *manca B* — 16. anni Domini *B e Sasso* - Eraclius *C* - Phoca *C* - Eraclius *C* — 17-18. monamachiam — 18. doctore *C* - Eraclius ipse peregit *C* — 22. restaurationi *C* — 23. ulephantis *C* - absumpta *Sasso*: *A B C* assumpta — 24. ierusolimam *C* — 25. Eraclius *B C* — 26. hylaris *C* — 27. interfecit *B e Sasso* - litteris habunde *C* — 28. Ieutichis *C* — 29. martirium *C*; *A B conformi* BEDA, *De sex aetat. mundi* cit. — 30. set *C* - nomen Christi *B e Sasso* — 32. septem *C* — 33. Chosdroe *C* — 34. tercio *C*; manca in *B e Sasso* — 35. septuaginta *B e Sasso* — 36. tunicam *A*

[1] PAULUS, IV, XLIII, e parte copia letteralmente e parte omette.

[2] Cf. IDEM, V, XXXII; VI, XVI e *Libellus de ordine episcoporum qui sibi ab ipso predicationis exordio in Mettensi civitate successerunt; S. Arnolfi episcopi Vita et Miracula* (secundum Surium) a PAULO DIACONO *scripta*, in *Patr. Lat.*, tomo XCV, col. 733 e 736.

[3] Il calcolo differisce da BEDA, *Historia Ecclesiastica*, II, 18, p. 112: “.... imperantibus dominis nostris Au- “ gusti, Heraclio anno vicesimo quarto.... idest, anno do- “ minice incarnationis sexcentesimo trigesimo quarto „.

[4] *Historia Miscella*, lib. XVIII “ Heraclius „.

" raclius princeps, superatis Persis, christianos, qui erant captiui, reduxit gaudentes. Reli- " quie beati martyris Anastasii primo in monasterium suum, deinde Romam aduecte' uene- " rantur in monasterio beati Pauli apostoli ad aquas Saluias „ [1]. *c. 152 a*

† Bonifatius IV 25 maggio 615 — Deusdedit papa 615-618

Preterea Rome defuncto Bonifacio, Deusdedit, natione Romanus, ex patre Stephano subdiacono, ei in pontificatu substituitur, seditque annos III mense I [2]. Hic constituit sub interminatione separationis ut nulla mulier filium suum de fonte susciperet similiter et in confirmationibus; et hic sepultus est ad sanctum Petrum.

Bonifatius V papa a. 619-625

Huic successit Bonifatius, natione Campanus, ex patre Johanne, seditque annis quinque: hic autem beatissimus papa Bonifatius paterna pietate clericos aluit, pauperes fouit, cunctos honorans, fuit mitissimus in diebus suis super omnes homines et misericors, unde et ipse ab omnibus amabatur. Hic constituit ut nullus de ecclesia trahatur et ut nullus aliquid de ecclesia rapere audeat, et hic sepultus est ad beatum Petrum apostolum [3].

Honorius papa a. 625-638

Successit autem huic Honorius, natione Campanus, ex patre Petronio consule, seditque annis XII, mensibus XI. Hic autem pie clerum erudiuit, et inter eleemosynas, quas quotidie clementer pauperibus distribuebat, multas ecclesias auro, argentoque et ere decorauit: et decreuit omni sabbato a sancto Apolinare usque ad sanctum Petrum procedere cum letaniis [4].

c. 152 b
Severinus papa a. C. 640

Seuerinus natione Romanus, ex patre Abieno, tempore Heraclii post Honorium' suscepit episcopatum, seditque mensibus II. Hic autem sanctus atque benignus fuit, amator cleri, et pauperum, largus, atque mitissimus: hic dilexit clerum et omnibus dona augumentauit, et hic sepultus est ad beatum Petrum [5].

Iohannes IV papa a. C. 640-642

Huic autem successit Johannes natione Dalmata, ex patre Uenantio scolastico, seditque anno I mensibus VIII. Hic distractis thesauris ecclesie, multa milia hominum per Istriam et Dalmatiam a seruitute redemit, et hic sepultus est ad beatum Petrum apostolum [6]. Interea Arioaldus, postquam super Langobardos uiginti annis regnum tenuerat [7], ab hac luce subtractus est. " Langobardorum regnum Rothari suscepit. Fuit autem uiribus fortis, et iustitie " tramitem sequens, Arriana tamen perfidia maculatus „ [8]. Quo tempore " pene per omnes ci- " uitates regni eius duo episcopi erant, unus catholicus et alter arrianus [9]. Hic autem Rothari " rex Langobardorum leges, que sola memoria et usu retinebantur, scriptorum serie composuit, *Rothari rex*

---

1. Christiani *A* — 3. Siluias *C e Gesta episc. Neapolitanorum*, M. G. H., *SS. RR. Langob. et Italicarum*, p. 414; *A B conformi* Beda, *op. cit.*, — 5. annis *C*; tres *B e Sasso* — 9. Bonifacius papa *C* — 13. Petronio *manca in B e Sasso* — 14. elemosinas *C* - cotidie *C* — 16. Apolinare *C* — 18. Eraclii *C* — 19. duobus *B e Sasso* — 21. sanctum *B e Sasso*; *A B conformi L. P.* — 22. Iōannes *Sasso* - scholastico *B e Sasso*; *A B conformi L. P.* — 23. uno *Sasso* - Hic distraxit ecclesie thesauros et *B e Sasso* — 25. annis viginti *C* — 26. iusticie *C* — 28. unus *manca in B e Sasso*; *A B conformi* Paulus, IV, xlv

[1] Beda, *De sex aetatibus mundi*. A cominciare da " Anastasius Persa monachus „ in poi il brano trovasi riprodotto in *Gesta episcoporum Neapolitanorum*; Cf. Waitz, in *M. G. H. SS. RR. Langobardorum et Italicarum*, p. 414. In *Gesta*, ecc.: si ha *ad Aquas Silvias* e così ha *C*; ma *A B* hanno *Salvias* come Beda. Sulla basilica " monasterii b. Anastasii ad Aquas Salvias „, Cf. De Rossi, *Roma sotterranea*, I, pp. 114, 182, 183. Anastasio fu martire in Persia nel 627.

[2] *L. P.*, I, p. 319: " sedit ann. III, dies XIII „. Il suo epitaffio, composto da Onorio suo secondo successore, fu pubblicato dal De Rossi, *Inscrip. christ.* II, p. 127.

[3] *L. P.*, I, p. 321, da cui R prende le principali notizie e spesso anche intere frasi, specie quelle che si inspirano al suo epitaffio. Cf. De Rossi, *Inscr. Chr.*, II, 125:....

Mitis in adversis positus rebusque secundis
omnia grata ferens altera pressa tenens,
. . . .
. . . .
Munificus, sapiens, castus, sincerus et aequus;
ista beatorum sunt pia suffragia.

[4] Idem, I, 323: " sedit ann. XII, mens. XI, dies XVII „. Anche qui R. sunta. Duchesne, nelle note ha bene illustrato i lavori lasciati da Onorio, e, dal De Rossi, (II, 127), riprodotto l'epitaffio.

[5] *L. P.*, I, 328, 329: " sedit mens. II, dies IIIJ.

[6] Idem, I, 330: " sedit ann. I, mens. VIII, dies XVIIIJ.

[7] Paulus, IV, xlii: " *Igitur* Arioald postquam " super Langobardos *duodecim* annis regnum tenuit, ab " hac luce subtractus est „.

[8] Idem, loc. cit.; R omette: " est „, salta il periodo seguente, e muta " Huius temporibus pene.... „ in " Quo tempore pene, etc.... „.

[9] R omette in seguito due periodi: " In civitate " quoque, etc.... „.

" codicemque ipsum *edictum* appellari precepit. Erat autem, ex quo Langobardi in Italiam " uenerant, annus LXXVII " [1]. Rothari uero Romanorum ciuitates ab urbe Tuscia, et uniuersas que in litore maris site sunt usque ad Francorum fines sibi parere coegit; qui postquam

c. 155 a

annis sex mensibus III regnum tenuerat,' uita decedens, Langobardorum regnum Radoaldo filio suo reliquit [2]. " Hic cum iuxta basilicam beati Iohannis Baptiste fuisset humatus, " quidam iniqua cupiditate succensus, eius sepulchrum noctu aperuit, et quidquid in ornamentis eius corporis repperit, abstulit: cui beatus Johannes per uisionem apparens, cum " uehementer conterruit, eique dixit: *cur ausus es corpus istius hominis contingere? fuerit licet* " *non recte credens, tamen mihi se commendauit. Quia igitur hoc facere presumpsisti nunquam in meam basilicam deinceps ingressum habebis.* Quod ita factum est. Quotiescumque " enim uoluisset oraculum beati Johannis ingredi, statim a ualidissimo uelut pugillo guttura eius " feriretur, sic subito retro ruebat inpulsus [3]. Rodoaldus igitur post mortem patris Langobar" dorum suscipiens regnum, Gundibergam [4] filiam Theodelinde regine in matrimonio sibi so" ciauit. Hec Gundiberga regina, sicut mater eius in Modicia, sic et ista intra Ticinensem " ciuitatem basilicam in honorem beati Iohannis Baptiste construxit, quam mire ex auro et ar" gento, peplisque decorauit rebusque singulis optime ditauit " [5]. Rodoaldus rex, " ut fertur, " dum uxorem cuiusdam Langobardi stuprasset, ab eodem est interfectus, postquam septem

c. 155 b

" diebus et quinque regnauerat annis. Huic in regimine successit Ari'pertus filius Gundoaldi, " qui fuerat germanus Theodelinde regine. Hic condidit apud Ticinum extra portam ora" culum domini Saluatoris, quod et ornamentis uariis decorauit, et substantiis sufficienter " ditauit " [6].

Theodorus papa
a. C. 642-649

Interea Rome Iohanne defuncto, Theodorus natione Grecus, ex patre Theodoro episcopo in pontificatu Romano ei successit, seditque annis VI mensibus V. Hic librum penitentialem composuit [7], Heraclius anno XXVI suscepte potestatis diem ultimum clausit.

Heraclonas Heraclius
a. 639

Anno ab incarnatione domini DCXXXIX defuncto Heraclio, Heraclonas frater eius cum matre sua Martina Constantinopolitana iura suscepit, rexitque imperium annis duobus et mensibus VI [8]. Huius tempore " Cyrus Alexandrie, Sergius et Pyrrhus regie urbis episcopi, " Acephalorum heresim instaurantes, unam operationem in Christo humanitatis, et diuinitatis, " unamque uoluntatem dogmatizabant. E quibus Pyrrhus sub papa Theodoro Romam ue" niens ex Africa, ficta ut post apparuit, penitentia, obtulit eidem pape, presente clero et " populo libellum cum sua scriptione, in quo condemnarentur omnia que a se uel a prede" cessoribus suis scripta uel acta sunt aduersus catholicam fidem. Unde et benigne susceptus

---

1. edictum *manca in B*; - in *manca in B* — 2. uenerunt *Sasso* - anni *C* - Tusciam *C* — 3. lictore *C* — 4. VI et mensibus IIJ *C* — 4-5. Radoaldo *B*; *A C conformi* PAULUS, *loc. cit.* IV, XLVIII - reliquid *C* - Ioannis *Sasso* — 6. inique aupiditatis *C* - sepulcrum *B e Sasso* - apperuit *C* - quid *non* quidquid *C* — 7. reperit *Sasso*; *A B C conformi* PAULUS, IV, XLVII — 9. michi *C* — 10. quocienscumque *C* — 13. Joannis *Sasso* — 12. Radoaldus *B C e Sasso* — 39. regine in matrimonio sibi *B e Sasso* — 40. Modicina *C* — 41. Joannis *Sasso* - ex *manca in C* — 17. struprasset *C* — 18. Gundaldi *B e Sasso* — 19. aput *C* — 20. substanciis *C* — 27. anni domini *B e Sasso* - Heraclonias *C*; *La forma* Heraclonas *richiama al gruppo* D *dei Cod. di* PAULUS *da cui R attinge* — 27. Cirus *C* - Pirrus *C* — 28. operationis *C* — 30. penitencia optulit *C* — 31. *Lege:* subscriptione *annota Sasso. Così infatti ha* BEDA, *De sex aetatibus mundi* - condempnaretur *C*

[1] PAULUS, loc. cit., R tralascia il resto del capitolo.

[2] R congiunge il primo periodo di PAULUS, IV, XLV, col XLVIII, dove però a Rotari sono attribuiti sedici anni e quattro mesi di regno.

[3] R omette in seguito: " Veritatem in Christo loquor, hoc mihi ipse retulit qui hoc ipsum suis oculis " factum vidit ". Avverto qui che la forma " validissimo velut pugillo ", invece di " pugili ", dimostra che R seguì la classe B, 1 e 2 dei Codd. di Paolo.

[4] R salta: " Agilulfi et ".

[5] R salta il resto del capitolo e riattacca col seguente XLVIII.

[6] R pur copiando PAULUS, IV, XLVIII, nell'ultimo periodo muta la disposizione di alcune frasi e ne omette qualche altra.

[7] *L. P.* I, 331: ".... sedit ann. VI, mens. V, dies XVIII.

[8] PAULUS, IV, XLIX. R nel computo degli anni di regno fonde i due anni che Paolo attribuisce ad Eraclone cogli altri sei mesi dati al di lui fratello Eraclio.

" est ab eo, quasi regi pontifex ciuitatis. Sed quia reuersus domum repetiit errorem domesticum, memoratus papa, aduocatis cunctis sacerdotibus et clero in ecclesia beati Petri " apostolorum princi'pis condempnauit eum sub uinculo anathematis „ [1]. Fuit autem papa *c. 151a* Theodorus amator pauperem, largus et multum misericors, qui sepultus est ad sanctum Petrum apostolum „ [2].

Constantinus a. 640

Anno incarnationis dominice DCXL mortuo Eraclona, surrexit germanus eius, Constantinus nomine, qui regnauit mensibus sex [3]. Huius temporibus Paulus Pyrrhi " successor, non tantumue sana doctrina, sicut decessor eius, sed aperta persecutione catholicos cruciat, apocrisarios quoque sancte Romane ecclesie qui ad eius correptionem missi ad Constantinopolim uenerant, partim carceribus, partim exiliis, partim uerberibus affecit. Unde et ipse, " sicut predecessores illius, ab Apostolica sede iusta depositionis ultione damnatus est „ [4].

† Theodorus papa
Martinus papa a. C. 649-653

Interea Rome defuncto Theodoro papa, Martinus natione Tuscus in loco eius constituitur, seditque annis VI, mense I. Hic dum missarum solemnia ad altare Dei genitricis Marie, quod dicitur ad Presepe, celebraret, spatarius Olympii ducis missus ut eum interficeret, diuina benignitate percussus cecitate, eum uidere non potuit [5].

Constans II papa a. C. 642

Anno ab incarnatione Domini DCXLII defuncto Constantino, Constantinus filius eius, qui et Constans est appellatus [6], accepit imperium qui regnauit annis XXVIII. " Hic deceptus est a Paulo, sicut Heraclius auus eius a Sergio eiusdem ciuitatis episcopo; exposuit " typum aduersus catholicam fidem, nec unam nec' duas uoluntates aut operationes in Christo *c. 151b* " definiens esse confitendas, quasi nihil uelle uel operari credendus sit Christus. Unde Martinus papa congregata Rome synodo episcoporum CV. damnauit sub anathemate prephatos " (hereticos), Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum et Paulum (Constantinopolitanos Patriarchas). Et post hec missus ab imperatore Theodorus exarchus tulit Martinum papam " de ecclesia Constantiniana et Constantinopolim perduxit; qui post hec exilio relegatus Chersonam, ibidem uitam finiuit. Facta est autem hec synodus anno nono Constantini, indictione VIIII „ [7].

Eugenius papa a. C. 654-657

Huic autem successit Eugenius natione Romanus, ex patre Rufiniano, seditque annis IJ. mensibus VII. Qui fuit benignus, mitis, mansuetus, in omnibus affabilis, canonum quoque scientia eruditus, et sanctitate preclarus, et hic sepultus est ad sanctum Petrum [8].

Uitalianus papa a. C. 657-672

Cui successit Uitalianus natione Signensis, ex prouincia Campanie, de patre Anastasio, seditque annis XIII mensibus VI. Hic composuit cantum, quo hodie Romani utuntur [9].

" Circa hec tempora regis Persarum coniux, nomine Cesara, de Perside exiens cum paucis " fidelibus christianis propter christianum fidei amorem, Constantinopolim uenit, que ab imperatore honorifice suscepta, post aliquot dies baptismum ut desiderabat accepit' et ab *c. 155a* " augusta de sacro fonte leuata est [10]. Quod uir eius rex Persarum audiens legatos Con-

---

3. conden- nauit *Sasso* — 6. Domini *C* - mortuo *C capolettera ornata* - Heraclona *B e Sasso* — 7. Pirri *C* — 8. decessor eius PAULUS set aperte *C*; *A B conformi* BEDA, *op. cit.* — 11. iusta depositionis ultione *B manca B e Sasso* — 13. solempnia *C* — 20. deficiens *C* - nichil *C* - nel *B manca* — 21. prephatos *manca in A B* — 22. Pirrum *C* — 23. exarcus *C* — 24. de ecclesiam *C* — 24-25. religatus Cersonam *C* — 27. Ruffiniano *B e Sasso* — 28. VI, *A B* VII, *C*: *L. P.* I, 341: .... sedit ann. II, mens. VIIJ dies XXIIII — 29. quo sciencia *C* — 32. Persida *A C*: *come il gruppo* B *dei Cod. di* PAULUS — 34-35. et ab augusto *B e Sasso*; ab augusta *A B*: *correggo* con PAULUS *che R copia.*

[1] BEDA, *De sex aetat. mundi* cit. letteralmente copiato.

[2] *L. P.*, I, 334.

[3] BEDA, *op. cit.*, PAULUS, IV, XLIX. attribuisce a Costantino 28 anni di regno.

[4] IDEM, *op. cit.* R multa qualche frase ed omette, dopo, *verberibus affecit*, un periodo.

[5] *L. P.*, I, 336-338. " .... sedit ann. VI mens. I dies XXVI „. R sunta i due periodi che cominciano, uno con " Videns ergo etc. „, e l'altro: " Sed Deus, etc. .... „.

[6] BEDA, *op. cit.* R corregge BEDA con PAULUS, V, VI.

[7] BEDA, *op. cit.* R copia letteralmente, omette soltanto, dopo " vitam finivit „: " multis in eodem loco " virtutum signis usque hodie refulgens „.

[8] *L. P.*, I, 341.

[9] IDEM, I, 343: " .... sedit ann. XIIIJ, mens VI „.

[10] PAULUS, IV, L. R modifica la frase: " .... post " aliquod dies, ut desiderabat, baptismum consecuta " et .. „.

" stantinopolim ad imperatorem direxit, quatenus ei suam redderet uxorem ". Imperator hoc audiens respondit eis dicens: *rem, quam queritis, omnino ignoro; est tamen hic quedam mulier christianissima, quam nescio uestram esse reginam.* Legati responderunt, dicentes: *Si placet, cupimus hanc uidere mulierem*[1]. Que cum iussu imperatoris uenisset, mox legati ut eam conspiciunt, ad eius uestigia prouoluuntur eique uenerabiliter, quia eam uir suus requireret suggerunt quibus illa: *Ite*, inquit, *et renunciate Domino uestro, quia sicut ego iam credidi, ita et ipse nisi in Deum crediderit, me iam ultra consortem thori habere non poterit.* " Quid multa? Legati reuersi ad patriam, uniuersa que audierant regi suo nunciante. Rex " itaque nihil moratus cum LX milibus uiris, Costantinopolim pacifice ad imperatorem uenit, " a quo gratanter et satis digne susceptus est. Qui cum suis uniuersis in Christum domi- " num credens pariterque sacri baptismatis unda perfusus et ab augusto de fonte leuatus, " catholica fide confirmatus est; multisque muneribus ab augusto muneratus, accepta sua co- " niuge, letus et gaudens cum suis ad propria remeauit ".

c. 155 b Preterea Aripertus Langobardorum rex, postquam per annos nouem' regnauerat, diem claudens extremum, " regnum duobus filiis adhuc adolescentibus, Perthari[2] et Godeberto re- " gendum reliquit, et Godebertus quidem Ticini sedem habuit, Perthari uero in ciuitate Me- " diolanensi "[3]. Grimoaldus autem Beneuentanorum dux hoc audiens suggestione Garipaldi Taurinatium mox animum omnium ad regnum Langobardorum obtinendum erexit, ordinauitque apud Beneuentum Romualdum filium suum ducem. Ipse cum electa manu Ticinum properans, per omnes ciuitates per quas uiam habuit sibi amicos atque adiutores ad regnum percipiendum asciuit. Cumque Placentiam uenisset, premisit ante se predictum Garipaldum totius mali incentorem ad Godebertum nuncians quod Grimoaldus cum ualida manu in eius obsequium ueniret. Garipaldus autem, postquam Godeberto domino suo consiliatus fuerat, ut intra palatium Ticini Grimoaldum hospitio reciperet, persuasit domino suo Godeberto ut non aliter quam lorica sub ueste indutus, cum Grimoaldo locuturus adueniret, asserens quia eum Grimoaldus occidere uellet. " Rursus idem fallendi artifex ad Grimoaldum ueniens dixit, quod nisi se fortiter prepararet, eum Godebertus suo gladio perimeret, " asseuerans Godebertum, quando cum eo ad loquendum ueniret loricam sub ueste gestaret. *Grimoaldus rex* " Quid plura? ad colloquendum die crastina cum uenissent et Godebertum Grimoaldus post *c. 156 a* " salutationem' amplexatus esset statim sensit quod loricam sub ueste gestaret; nec mora, " euaginato gladio eum uita priuauit, regnumque eius et omnem potestatem inuadens sue " subdidit dicioni[4]. Quo audito Perthari, qui apud Mediolanum regnabat, quanta potuit ue- " locitate fugam arripuit atque Scythiam ad Cacanum regem Auarum peruenit ". Erat autem quidam paruulus homunculus de propria familia Godeberti; is cum Garibaldum ducem in ipso sacratissimo die paschali ad ecclesiam uenturum sciret, super sacrum baptisterii fontem conscendens, leuaque manu se ad columellam tugurii tenens, unde Garipaldus uenerat, toto annisu eum in ceruice percussit et protinus caput eius amputauit, qui licet ab his qui cum Garipaldo uenerant interfectus fuerit domini sui mortem ultus est[5].

7. tori habere non potuit *C*; *A B conformi* Paulus — 9. nichil *C* - militibus *E*; millibus *Sasso che annota erroneamente*: " In Paulo diacono Amb. Bibl., XII, millibus " — 13. sua propria *C*; Paulus: " ad suam patriam repedavit " — 15. Pertari *C* — 16 reliquid *C* - Godepertus *C* — 18. Taurinancium ducis *C* - optinendum *C* — 19. Romoaldum *C* — 21. Placenciam *C* — 22. tocius *C* - Godepertum *C* — 23. Godeperto *C* — 24. ospicium *C* — 25. Godeperto *C* — 28. lorica *C*; *A B conformi* Paulus loc. cit. — 29. Godepertum *C* — 32. dicioni *C* - Pertari *C* — 33. Scitiam *C* — 34. Godeperti *C* - Garipaldum *C* — 36. collunellum *C* — 36-37. toto annisum *C*

[1] Paulus, loc. cit. Anche qui R modifica le parole dell'imperatore e quelle dei legati, pur rispettando il senso.

[2] *Sasso annota:* " Seu Bertarido ". I Codici di Paulus, IV, LI variano: Perctarit, Perctari, Beretarit, Bertarit, Bertarith, Pertarit, etc.

[3] Paulus, IV, LI, quasi letteralmente. Nel resto R sunta, salvo qualche frase riprodotta per intero, finchè con " Rursus enim fallendi " torna a copiare.

[4] R omette poi: " Habebat autem tunc Godepert " iam filium preclarum nomine Raginpertum, qui a Go- " deperti fidelibus sublatus et occulte nutritus est. Nec " eum Grimuald persequi curavit, quippe qui adhuc in- " fantulus esset "; riprende la copia con qualche periodo e continua suntando.

[5] Paulus, IV, LI cit.

Eo tempore, quo Grimoaldus regnum Langobardorum arripuerat, Dagobertus Francorum rex anno regni eius XIIII, circumpositis gentibus nationibusque sibi subiugatis ac per circuitum pace facta, ad pietatem intendit et ut se gratum Deo ostenderet uniuersas pene Gallie ecclesias patrimonii sui heredes instituit. Erat autem in regno eius Pipinus de potentissimis Austrasiorum, familiaritati eius inherens, qui odebat improbos nec se miscebat flagitiosis. Hunc quidam malignantium Dagoberto adorsi sunt facere odiosum. Sed domini protectus clementia, cuius in obseruanda iustitia sectabatur precepta,' et insidias paratas euasit et regi utilia suadendo fidelissimus apparuit. " His diebus Donus romane ecclesie episcopus locum qui Paradisus dicitur ante basilicam beati Petri apostoli candidis et magnis marmoribus strauit[1]. " Hac tempestate Francorum exercitus de Prouincia egrediens in Italiam " introiuit. Contra quos Grimoaldus cum Langobardis progressus hac arte eos decepit. " Fugere quippe eorum impetu simulans, castra [sua] simul cum tentoriis et diuersis pariter " bonis, precipueque uini optimi copia, hominibus autem uacua reliquit. Quo cum Francorum " acies aduenissent, estimantes Grimoaldum cum Langobardis pauore deterritos castra integra " reliquisse, mox leti effecti, certatim cuncta inuadunt et cenam affluentissimam instruunt. " Qui dum diuersis epulis multoque degrauati uino et somno quieuissent, Grimoaldus super " eos noctis medio irruens tanta eos cede prostrauit ut uix pauci ex eis elapsi ad patriam " ualuerint repedare. Qui locus ubi hoc gestum est usque hodie riuus Francorum appellatur "[2]. Non post multum uero temporis Dagobertus Francorum rex cum rege Grimoaldo firmissime pacis fedus iniit[3] suosque filios Sigibertum quidem Austrasiis, Clodoueum, uero pari dignitate Neustrie prefecit. His diebus Constantinus augustus, qui et Constans est appellatus', Italiam a Langobardorum manu eripere cupiens, Constantinopolim egressus Tarentum applicuit[4]. Hic Italie fines inuasit, omnesque per quas uenerat Langobardorum ciuitates cepit. Ortonam[5] autem atque Luceriam et Ecanam aliasque Apulie civitates inuadens, expugnauit, diruit et ad solum usque destruxit. " Acerentiam uero propter munitissimam " loci positionem capere minime potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneuentum circum" dedit et uehementer eam expugnare cepit "[6]. At Romoaldus filius Grimoaldi regis, statim ut imperatoris aduentum cognouit, ad patrem suum direxit obsecrans ut quantocius ueniret, et suo figlio ac Beneuentanis potenter succurreret. Quod Grimoaldus rex audiens, statim cum exercitu Beneuentum properare coepit[7]. Erat autem tunc Beneuentanorum episcopus beatus Barbatus[8].

Dagobertus rex — *c. 156 b* — *Donus papa* — *Grimoaldus rex* — *Constans II* — *c. 157 a* — *Barbatus episcopus Beneuenti*

" Metuens igitur imperator subitum Grimoaldi regis aduentum, dimissa Beneuenti obsi" dione, Neapolim proficiscitur "[9]. Postquam uero imperator Neapolim peruenit, unus ex eius comitibus[10] cui nomen Saburrus erat cum uiginti millibus militum direxit[11], ut cum Grimoaldo pugnaret. Grimoaldus qui iam Beneuentum aduenerat, hoc audiens uoluit contra

---

5. odibat inprobos *C* — 6. flagiciosis *C* - face *A*, *invece di* facere *A* — 7. clemencia *C* — 12. castra simul sua *C*; *A B manca* sua *ch' è in* PAULUS, V, 5 — 13. reliquid *C* — 16. epulsi *C* - sompno *C* — 20. Eustrasiis *C* — 25. solum *B e Sasso* — 26-27. circundedit *B e Sasso*; circūdedit *A B C* — 28. quam tocius *C*; *A B conformi* PAULUS, V, VII — 33. unum *Sasso* — 34. viginti militibus militum *C*

[1] PAULUS, V, XXXI ultimo periodo. *L. P.*, I, 348, a proposito di Donus papa: " Hic atrium beati Petri apo" stoli superiore, qui est ante ecclesiam in quadripor" ticum, magnis marmoribus stravit ". Sul quadriportico cf. DUCHESNE, *L. P.*, I, 266-267, n. 23 sg.

[2] IDEM, V, V, tutto il cap. è letteralmente copiato.

[3] IDEM, V, 31. Parte di questo capitolo R lo suntò un po' prima e precisamente in " Eo tempore Grimoal" dus, etc. ". Cf. su questo punto la nota *j* dell'edizione di PAULUS, *Patrologia Latina*, XCV, col. 612, copiata, senza citarla, dal WAITZ, in *M. G. H.* cit., p. 155.

[4] IDEM, V, VI.

[5] " Ortona " e " Ecana " non sono indicate in PAULUS, V, VII, nè in " *Vita Barbati episcopi Beneven*" *tani* " (*M. G. H. SS. RR, Langobardicarum et Italicarum*, Hannover, 1878, p. 568) che R tenne pur presente in questo brano.

[6] PAULUS, V, VII, fin qui letteralmente, nel resto copia saltuariamente.

[7] IDEM, loc. cit.

[8] *Vita Barbati episcopi Beneventani* cit.

[9] PAULUS, V, IX, R omette quindi: " Cuius tamen " exercitum Mitulam, etc. ".

[10] IDEM, V, X, dice: *hominibus*.

[11] IDEM, loc. cit., manca la particolarità del numero dell'esercito.

Romoaldus filius Grimoaldi — *c. 157 b* — *Saburrus* — *c. 158 a*

eos proficisci. Cuius filius Romoaldus: non opus est, inquit sed tantum partem nobis de uestro exercitu tribuite et ego, Deo fauente, cum illis pugnabo et cum uicero' maior gloria uobis ascribetur: factumque est. Cumque utreque partes " forti contentione pugnarent, tunc " unus de Langobardorum exercitu, qui regium comtum[1] ferre solitus erat, quendam Gre- " culum eodem comto utrisque manibus fortiter percutiens, sella super quam equitabat su- " stulit eumque in aëra super caput suum leuauit. Quod cernens Grecorum exercitus, mox " immenso pauore perterritus, in fugam conuertitur magnaque pernicie cesus, fugiens mortem, " Langobardis uictoriam peperit „. Ita Saburrus dux exercitus Grecorum cum paucis remeans ignominiam deportauit. Romoaldus uero patrata uictoria, Beneuentum ad patrem gaudens cum triumpho remeauit[2]. Imperator itaque iracundiam corde conceptam in suos, hoc est in Romanos, conuertit. Moxque Romam pertendit et a Vitaliano papa honorifice susceptus, primo quidem die optulit beato Petro pallium auro textum, in crastinum uero per duodecim continuos dies, quos ibi resedit, ommia que fuerant antiquitus in ornamentum ciuitatis ex ere instituta deponi iussit, in tantum ut etiam basilicam beate Marie Pantheon antiquitus uocatam discooperiret tegulasque ex ere factas exinde auferret, easque cum aliis ornamentis Constantinopolim inde transmitteret. Qui tamen ubi Siciliam attigit, meritum pretium tantarum iniquitatum luit. Nam eiusdem insule 'incolas Calabrieque ac Sardinie atque Africe afflictionibus tam grauissimis attriuit, ut uxores a maritis et filii a parentibus separati duram cogerentur perpeti seruitutem, mansitque in Sicilia ab indictione VII usque in XII. Igitur Imperator suis, quam hostibus infestior, a militibus eius seuitiam execrantibus in balneo interficitur[3], nec longo post tempore Uitalianus papa diem obiit.

Uitalianus papa † 27, I, 627 — *Adeodatus papa a. C. 672-676*

Cui successit Adeodatus natione Romanus, ex monacho de patre Iobiniano, seditque annis IIII, mensibus II. Hic autem mitissimus erat ac benignissimus et cunctos homines libenter excipiebat ad se uenientes a maiore usque ad minorem. Peregrinis pie compassionem exhibebat, et quod ab eo unusquisque postulabat sine dubio impetrabat. Huius quoque diebus tante pluuie extiterunt ut denuo legumina nascerentur et ad maturitatem peruenirent. Et hic sepultus est ad beatum Petrum[4].

Donus papa a. C. 676-678

Huic uero successit Donus natione Romanus ex patre Mauricio, seditque annos ⟨V⟩ mensibus v. Huius temporibus mense augusto apparuit stella splendidissima a parte orientis, a galli cantu usque mane, mensibus III., cuius radii celos penetrabant. Et hic sepultus est ad sanctum Petrum[5].

Agatho papa a. C. 678-681 — *c. 158 b*

Successit autem ei Agatho natione Siculus, seditque annis II, mensibus VI. Hic autem benignus fuit ac mansuetus et omnibus hylaris atque' iucundus. Cuius temporibus indictione octaua, mense iulio, luna pertulit eclypsim statimque mortalitas grauissima subsecuta est[6]. Hic autem Agatho dum Constantinopolim causa componende pacis inter Langobardos et imperatorem ueniret, obuium habuit in porta ciuitatis leprosum, cui cum osculum dedisset, statim a lepra mundatus est. At uero Grimoaldus Langobardorum rex, nono die post fleuotomum brachii, accepto arcu columbam sagittare nisus, eius brachii uena dirupta est. Cui,

---

1. proficissi *C* - inquid set *C* — 4. comptum *C* - quedam *C*: *A B conformi* PAULUS, V, X — 5. fortiter *manca B e Sasso*; percutiens *C* — 7. immenso *Sasso* — 12. obtulit *B e Sasso* - uero et per duodecim dies *C* — 15. tegulam *C*: *A B come* PAULUS, V, XI - aufferret *C* — 16. attingeret *C* — 19. cogentur *C* — 28. annis *B e Sasso* — 33. ac omnibus *C* - iocundus *C* — 34. VIIJ. *C* - eclipsim *C* — 36. oculum dedisset *C* — 37-38. flevothomum *C*

[1] PAULUS, loc. cit., Il Cod. Bambergese *E*, III, 14, del secolo XI, come annota WAITZ, *op. cit.*, p. 149, soggiunge: " quam vulgo vandum regis dicitur „.

[2] IDEM, loc. cit. R nel principio inverte l'ordine del capitolo di Paulus, copia letteralmente in parte ed in parte sunta verso la fine.

[3] IDEM, V, XI.

[4] *L. P.*, I, 346 e 347: " .... sedit ann. IIIJ, mens. II dies V „. Cf.: *Gesta episcoporum Neapolitanorum*, Pars. I (ediz. WAITZ, *M. G. H. SS. RR.*, *Langobardicarum et Italicarum*, cit., p. 419: " Hoc tempore tante pluvie tantaque tonitrua fuerunt .... Eo anno legumina, ... " iterum renata, ad maturitatem usque perducta sunt „.

[5] *L. P.*, I, 348: " sedit ann. I, mens. V, dies X.

[6] IDEM, I, 350: .... sedit ann. II, mens VI, dies IIIJ „.

ut fertur, medicis uenenata medicamina superponentibus, ipse mortuus est. " Hic in edicto, " quod Rothari rex composuerat, aliqua capitula legis que [ei] utilia sunt, adiecit. Fuit " autem corpore ualidus, audacia primus, caluo capite, barba prominenti, non minus consilio, " quam uiribus decoratus. Cuius corpus sepultum est in basilica beati Ambrosii confessoris, " quam dudum ipse intra Ticinensem ciuitatem construxit. Hic post mortem Ariperti regis " expleto iam uno anno et mensibus tribus, Langobardorum regnum inuasit, regnauitque " annis nouem „ [1]. Igitur Pertari filius Ariperti regis, de quo supra diximus, qui prius in Scythia exulauerat, postea uero in Gallia cum de Gallia nauem ascenderet ut in insulam Britannie et ad regem Saxonum transmearet, haud longe a litore uox au'dita est. *Vos, qui* (c. 159 a) *in naui estis, dicite Perthari, ut reuertatur in patriam suam, quia tertia dies est hodie qua Grimoaldus ab hac luce subtractus est.* Quo audito Perthari, quamuis neminem uideret, statim tamen reuersus est et exinde ad patriam tendens, mense tertio post mortem Grimoaldi in regnum leuatus est. Erat autem Perthari rex uir pius, fide catholicus, iustitie tenax pauperumque largissimus nutritor. Qui statim Beneuentum misit et Rodelandam suam coniugem et Cunipertum filium eius reuocauit [2]. Qui ut regni iura suscepit, in loco unde olim fugerat, iuxta Ticinum construxit monasterium in honorem sancte uirginis et martyris Agathe, in quo multas uirgines congregauit rebusque pariter ac ornamentis didauit. Regina uero eius uxor basilicam sancta Dei genitricis et uirginis Marie que ad Perticas appellatur, miro opere condidit ornamentisque decorauit [3].

Dagobertus I Francorum rex † 19 gennaio 639

Interea Dagobertus Francorum rex, profluuio uentris laborans, circa fluuium Sequanam haud procul a Parisiis diem clausit extremum. Cuius corpus in ecclesia sancti Dionysii Martyris sepultum est. Fuit autem Dagobertus rex admodum cautus, ingenio astutus, circa beneuolos et sibi fideles mansuetus, rebellibus autem ac perfidis ualde terribilis; exercitis corporis maximeque uenationi deditus, atque in omni agilitate corporea strenuus; peritia' (c. 159 b) quoque atque uirtute in bello preualidus [4]. At eo tempore quo ipse defunctus est, eadem hora cuidam solitario in quadam insula Sicilie degenti, qui Iohannes dicebatur Eremita, cum se sopori dedisset, haud procul in pelago deformes truculente facie demones uinctum regem Dagobertum per spatia maris agitantes inflictisque insuper uerberibus ad Vulcania loca trahentes. Qui distentus cruciatibus, inter agitationes et ueruera, quorumdam sanctorum audiebatur postulare suffragia. Cum repente aperto celo, inter fulmina in fluctus cum fragore ruentia, uisi sunt descendisse uiri decore nitentes mirabili. Requirere solitarius cepit ab eis qui essent. Qui dixerunt se esse illos quos Dagobertus ad suum uocauerat solatium; Dionysium uidelicet ac Mauricium martyres nec non et Martinum confessorem. Hi ereptam demonibus animam, secum ad aethera leuauerunt canentes hunc Psalmum: *Beatus quem elegisti et assumpsisti, Domine, habitauit in atrinis tuis.* Hec uir ille uenerabilis Iohannes Ansoardo defensori Pictauensis ecclesie, qui tunc euectu nauali partes peragrabat Sicilie retuli se uidisse. Qui sine mora in Gallias reuersus, hec sancto Audoëno narrauit [5].

Constatinus IV a. C. 658

Anno dominice incarnationis DCLVIII. Constantinus filius Constantis superioris regis,

1. medicamenta *B e Sasso*; *A B come* Paulus, V, xxxiii — 46. Sithia *A*; Scitia *C* - ut insulam Brittanie *BC* — 9. aut *A*; haud longe littorale *C* — 10-11-13. Pertari *C* — 15. cumperitum *invece di* Cunipertum *C* — 16. ac Martiris *C*; Agathe *Sasso* — 17. rebusque ac pariter ornamentis *C* — 18. quo ad perticas *C* — 21. a Prius *C* 26. insule *C* - heremita *C* — 27. aut *C* — 29. traentes *C* - cruciatius *B e Sasso* — 34. hethera *C* — 35. tabernaculis *B e Sasso; A B seguono il Salmo 64, 5 in " Gesta Dagoberti I regis Francorum „*. — 35-36. Anstardo *B e Sasso* — 37. in Gallias *C* — 38. Anno ab incarnatione Domini *C*; DCLVIII, *mano posteriore cancellò* VIII *in A* - Iniziale ornata *C*

[1] Paulus, V, xxxiii.

[2] Idem, loc. cit.

[3] Idem, V, xxxiv.

[4] Krusch, *M. G. H. SS. RR., Gesta Dagoberti I regis Francorum, Merovingicarum*, vol. II, Annover 1888, § 42, p. 419. La notizia della morte di Dagoberto è però tratta dalle Cronache dette di Fredegario Scolastico, lib. IV, 79.

[5] Krusch, *Gesta Dagoberti I regis Francorum*, cit., § 44, pp. 421 e 422.

c. 100 b post mortem patris habenas imperii accepit[1]. Huius quidem' “ anno XVII Sarraceni Sici- “ liam inuadunt et preda nimia secum ablata mox Alexandriam redeunt „ [2]. Eodem anno “ Agatho papa ex rogatu imperatoris ipsius misit legatos suos Constantinopolim, in quibus “ erat Iohannes romane ecclesie tunc diaconus[3], non longe post episcopus, pro adunatione “ facienda sanctarum Dei ecclesiarum. Qui benignissime suscepti a Constantino catholico, “ iusti sunt remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de fide uera perquirere, “ datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum Patrum quos petebant li- “ bellis. Adfuere autem episcopi CL, presente Georgio patriarcha regie urbis, nec non et “ Antiochie Machario. Hi autem unam uoluntatem et operationem astruebant in Christo, “ falsantes Patrum catholicorum dicta perplurima. Finito autem conflictu Georgius conui- “ ctus est. Macharius uero cum suis sequacibus simul et predecessoribus Cyro, Sergio, “ Honorio, Petro, Paulo et Pyrrho anathematizatis, et in locum eius Theophanius abbas de “ Sicilia Antiochie episcopus factus; tantaque gloria legatos catholice pacis comitata est ut “ Iohannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, dominica octaua pasche missam pu- “ blicam in ecclesia sancte Sophie coram principe et Patriarcha [*latine*] celebraret. Hec “ est sexta Synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata et greco sermone conscripta, tem- c. 160 b “ poribus pape Aga'thonis, exequente ac residente principe Constantino intra palatium suum, “ simulque legatis apostolice sedis et episcopis CL residentibus. Prima enim uniuersalis Sy- “ nodus in Nicea congregata est contra Arrium CCCXVIII patrum, temporibus Iulii pape “ sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli CL patrum contra Macedonium, “ et Eudoxium, temporibus Damasi pape et Gratiani principis quando Nectarius eiusdem urbis “ est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso CC patrum contra Nestorium Auguste urbis “ episcopum sub “ Theodosio magno principe et papa Celestino. Quarta in Chalcedone DCXXX “ patrum sub Leone papa, temporibus Marciani principis, [contra Eutychen nefandissimorum “ presulem monachorum. Quinta item] contra Theodorum et omnes hereticos „, qui beatissimam Mariam solum hominem non Deum et hominem genuisse affirmabant. In qua Synodo catholice est constitutum ut beata Maria semper virgo Theotocos diceretur, quia uere Deum et hominem genuit. Sexta hec de qua in presenti diximus. Quo tempore sancta et perpetua uirgo Christi Ethrida, “ filia Anne regis Anglorum primo Ecfrido[4] regi coniux data, “ postquam XII annos thorum incorrupta seruauit maritalem, post reginam, sumpto uelamine “ sacro. uirgo sanctimonialis efficitur: nec mora etiam uirginum mater et nutrix pia sanctorum, c. 161 a “ accepto ad instruendum monasterium loco quem Elege uo'cant. Cuius merita uiuacia te- “ statur etiam mortua caro, que post XVII annos in sepultura cum ueste qua inuoluta est, “ incorrupta reperitur „.

---

1. habenas accepit imperii *C* - decimo septimo *B e Sasso* — 2. reddeiunt *C* — 3. ipsi *C* — 6. disputacionibus philosoficis *C* — 8. affuerunt *C* - centum quinquaginta *C* — 12. Petro Paulo et Petro *C* — 13. Partis comitato est *B e Sasso*; *A C conformi* Beda, *op. cit.* — 19. contra Arrium *manca in B* — 20. augusto *non* principe *B e Sasso* — 21. Dammasi *C* — 22. Nestorius *C* — 23. Calcedone *C* — 24. [contra Eutychen etc. *A B C manca, supplisco con* Beda, *op. cit.* — 29. Zefrido *B e Sasso* regio coniux *C* — 30. torum *C* — 32-33. vivia testantur *C* — 33. post annos XVII *B e Sasso*, Beda, *op. cit.*: “ post XVI annos „ annos *C aggiunto poi.*

[1] Paulus, V, xxx.

[2] Beda, *De sex aetatibus mundi*, cit. Questa spedizione di Saraceni in Sicilia è ricordata in *L. P.*, I, 346 ai tempi di papa Adeodato (672-676) e sarebbe, secondo Beda seguito da r, avvenuta nel 675. I cronografi bizantini non ne fan cenno; ma se ne ha traccia in una cronaca araba del IX secolo citata da M. Amari, *Storia dei Musulmani in Sicilia*, I, p. 84, nota 4 e pp. 98 e 99. Wakidi racconta che Abdallah-ibn-kais fece prigionieri in Sicilia e portò via statue d'oro e d'argento con pietre preziose. Li spedì a Moawia, Califo di Damaso, che a sua volta l'inviò a Bassora perchè li mandasse a vendere vantaggiosamente in India.

[3] Giovanni V papa difatti fu uno dei legati di papa Agatone al 6º concilio, ritornando a Roma nel luglio 682. Così si rivela anche dal suo epitaffio; Cf.: De Rossi, *op. cit.*, pp. 129 e 207:

missus ad imperium vice praesulis extitit autor,
hunc memorant synodus pontificisque tomus.

[4] Beda, *op. cit.* Letteralmente copiato nei brani virgolati. Qualche brano di questa parte fu usufruito pure da Paulus, VI, l. Su Tegfrid e Ediltrida. cf. Beda, *Historia ecclesiastica*, IV, 19 in *Patr. Lat.* cit., XCV, col. 201 sg.

Constantinus imperator, postquam XVIII annos imperium rexerat, apud Constantinopolim moritur. Cui successit Iustinianus filius eius minor. Interea predictus Agatho romane ecclesie pontifex diem obiit.

Leo II papa a. C. 682-683

Cui successit Leo, qui dictus est iunior, natione Siculus, de patre Paulo, seditque mensibus x. Vir omnium uirtutum meritis decoratus. Erat enim eloquentissimus in diuinis scripturis sufficienter instructus, greca latinaque lingua eruditus atque scolasticus. Cantilena ac psalmodia precipuus, et in corum sensibus subtilissima exercitatione limatus. Bonorum omnium exortator operum, solertissime scientiam plebi florentissimam ingerebat, paupertatis amator, erga inopum prouisionem non solum mentis pietate sed et studii labore sollicitus. Hic et sextam suscepit Synodum condemnans ea que eadem Synodus condemnauerat. Hic constitutum fecit ut qui ordinatus fuerit archiepiscopus nullam consuetudinem pro usu pallii aut diuersis officiis ecclesie persoluere debeat, aut alius pro hoc accipere qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum [1].

Benedictus II p. a. C. 684-685 — *c. 161 b*

Huic autem successit Benedictus, cognomento iunior, natione Romanus de patre " Iohanne, " seditque mensibus x. Hic ab ineunte etate' sue ecclesie militauit atque sic se in diuinis " scripturis et cantilena a puerili etate, et in presbyterii dignitate nomine pariter et operibus " exhibuit, ut digne ad pontificatus honorem perueniret; paupertatis namque fuit amator, humilis, mansuetus et omnibus compatientiam habens manumque largissima „. Hic instituit ut ad tumulandum romanum pontificem, omnes eiusdem ecclesie clerici concurrerent, similiter et ipse in eorum faceret obsequiis. " Huius temporibus apparuit stella iuxta uigilias per aliquot dies et noctes, celo sereno inter natalem Domini et epiphaniam omnimodo obumbrata " ueluti luna sub nube „. Post hec eodem anno, mense martio, mons Vesuuius qui est in Campania eructuauit incendium et omnia circumquaque adiacentia pre cinere ipsius exterminata sunt. Non post multos uero dies idem papa defunctus est et sepultus ad sanctum Petrum apostolum [2].

Iohannes V papa a. C. 685-686

Successit autem ei " Iohannes, natione Syrus, de prouincia Antiochie ex patre Cyriaco, " seditque anno I. Uir ualde strenuus atque scientia preditus et omnimodo moderatus „. Hic autem iuxta pristinam consuetudinem in ecclesia Saluatoris, que appellatur Constantiniana, electus est temporibus Iustiniani augusti atque in eodem episcopio consecratus a tribus episcopis, uidelicet Hostiense, Portuense et Belliternense, sicut predecessor eius Leo papa. Hic etiam librum de Pallii digni'tate composuit. Qui sepultus est ad sanctum Petrum [3]. *c. 162 b*

Conon papa A. c. 686-687

Post hunc itaque Conon Thracia oriundus, educatus apud Siciliam, postmodum apud Romanam ecclesiam militans, presbyter effectus, pontificatus honore sublimatus est seditque mensibus XI. " In cuius electione dum ad episcopatum quereretur non minima contentio " facta est, eo quod clerus in Petrum archipresbyterum intendebat: exercitus autem in [sequentem eius] Theodorum presbyterum „. Et dum diutius utreque partes sibi non acquiescerent, tandem consilio ducti sacerdotes et clerus " unanimiter ingredientes in episcopium " Lateranense una cum episcopis, qui tunc ibi aderant, nominatis his tribus personis nutu Dei " elegerunt Cononem omnium morum honestate preclarum: in quo uere aspectus erat ange" licus, ueneranda canities, fermo uerus, prouecta etas, simplex animus, quieti mores, religiose " uite, qui se numquam aliquando in causis actuque seculari commiscuerat; et e uestigio

---

5. decem *C*; *L. P.*, I, 359: .... mens. X dies XVII — 7. exercitatione *C* — 8. exorator *Sasso* - sollertissime *C*; *L. P.*: " florentissime „ — 10. sanctam *non* sextam *C*; *L. P.*: " sanctam sextam — 10-11. condempnaverat *C* — 13. apostolum *manca in A B* — 15. decem *C* — 16. cantilene a puerilitate *C*; *A B conformi L. P.*, I, 363 — 18. manu *C* — 19. pontificum romanum *C* — 20. virgilias *A B C*; *correggo secondo il L. P.*, loc. cit. — 22. nunbe *C* - Uesvius Bebius *C* — 23. eructavit *B e Sasso*; incendium *manca in C* — 24. sepultus est *C* — 27. uno anno *B e Sasso* — 30. Beliternense *B e Sasso, A B e conformi L. P.* I, 366 — 32. Tracia *C* — 36. utrumque partes *C* — 31. aderant et *A* 40. religiosa uita *B e Sasso* — 41. et uestigio *C*

[1] *L. P.*, I, 359 e 360.

[2] IDEM, I, 363 e 364. Cf. l'epitaffio di lui in DE ROSSI, *op. cit.*, II, pp. 129 e 157.

[3] *L. P.*, I, 366, 367. Cf. p. 132, nota 3. La notizia del " librum de Pallii dignitate „ non è in *L. P.*: " .... sedit ann I, dies VIIII „.

“ itaque omnes iudices una cum primatibus exercitus pariter ad eius salutationem uenientes “ in eius laude omnes simul acclamaverunt „. Cuius electionem Iustinianus imperator filius Constantini gratuita confirmauit assensione. Conon itaque longa infirmitate detentus diem obiit sepultusque est ad beatum Petrum apostolum [1].

Sergius papa a. C. 687-701

Cui successit Sergius, natione Syrus, Antiochie regionis ortus ex patre Tiberio in Panormo Sicilie seditque annis XIII mensibus VIII. *c. 162 b* Hic Romam ueniens' sub Adeodato pontifice inter clerum Romane ecclesie connumeratus est. “ Et quia studiosus erat in officium “ cantilene, acolitus factus est, qui per ordinem ascendens a Leone pontifice in titulo sancte “ Susanne presbyter ordinatus est. Hic inpigre per cemiteria diuersa missarum solemnia “ celebrabat „. Defuncto uero Conone apostolice sedis presule, ut fieri assolet, populus “ Romane urbis in duas partes diuisus est, et una quidem pars elegit Theodorum archipre- “ sbyterum, alia uero Paschalem archidiaconum. Et quia Theodorus archipresbyter cum po- “ pulo qui ei fauebat preueniens interiorem partem patriarchii tenuit; Paschalis uero exte- “ riorem partem ab oratorio sancti Siluestri, et basilicam domus Iulie que super campum “ respicit occupauit „. Cumque unus alio locum non cederet, sed utrique immaniter permanerent, ut unus alium superaret “ inito consilio primati iudicum exercitusque Romane mi- “ litie, uel cleri plurima pars et presertim sacerdotum atque ciuium multitudo ad sacrum “ palatium perrexerunt. Et diu pertractantes quis fieri deberet, qualiterue duorum altercantium “ electorum sopiretur intentio, Deo annuente, in personam denominati Sergii uenerabilis tunc “ presbyteri concordantes, se contulerunt, eumque de medio populi tollentes [2] in Lateranense *c. 163 a* “ episcopium cum laude deduxerunt et sine mo'ra elegerunt. Sicque in sede beati Petri “ pontifex ordinatus est tempore Iustiniani imperatoris „. Sergius autem papa basilicam Lateranensem reparauit, et “ ut *Agnus Dei* „ intra missarum solemnia decantaretur instituit [3].

Perthari rex a. C. 680

“ Preterea Perthari Langobardorum rex cum solus per septem annos regnasset, octauo “ iam anno filium suum nomine Cunipertum in regno consortem asciuit, cum quo pariter “ per decem annos regnauit „[4]. “ Qui cum XVII annos primum solus et post cum filio re- “ gnum tenuisset, ab hac luce subtractus est corpusque illius iuxta basilicam domini Salua- “ toris, quam Aripertus pater eius construxerat, sepultum est. Fuit autem statura decens, “ corpore pleno, mitis per omnia, et suauis „[5]. Huic itaque filius eius Cunipertus in regno successit. Hic cum die quadam in ciuitate Ticini cum stratore suo consilium iniret, quomodo Aldonem, et Grausonem, qui mortem eius consiliati fuerant, “ uita priuare deberet, “ repente in fenestra qua consistebant, una de maiusculis musca consedit, quam Cunipertus “ cultello, quem in manu tenebat ut eam extingueret percutere uolens, eius tantum pedem “ abscidit. Aldo uero et Grauso dum ad palatium regis consilium nescientes uenirent, cum “ basilice beati Romani martyris que prope palatium sita est propinquassent, repente eis “ obuius quidam claudus uno pede truncato ueniens, dixit; quod eos Cunipertus si ad eum *c. 163 b* “ pergerent' occisurus esset. Qui hec audientes, magno timore correpti, post altarium eiusdem “ basilice confugerunt „. Quod dum Cuniperto regi nuntiatum esset, stratorem suum arguere cepit ut quid consilium eius prodere uoluisset; nemo enim alius huic intererat consilio. “ Cui

---

3. ascenssione *C;* ascensione *B e Sasso* — 4. apostolum *manca in B e Sasso* — 5. Cui successor extitit *C* - Anthiocie regionis, ex patre Tiberio ortus *C* — 7. commorantes *C non* connumeratus est *come L. P.* I, 370 — 8. ordines *B e Sasso* — 9. Susane *B e Sasso* - impigre per cemeteria *B e Sasso* - sollempnia *C* — 12. archediaconem *A B C*; *seguo L. P.* I, 371 *che R copia* — 13. Paschali *B e Sasso* — 14. ortario *C* — 16. superarent *C* - primates *B e Sasso* — 18. deberent *C* — 22. papa *manca in B* — 23. sollempnia *C* — 24. Pertari *C* - VII *C* — 26. per x *C* - XVII annos *B e Sasso* - solus post *B e Sasso* — 32. consendit *di prima mano C* — 37. audiens *di prima mano C* — 39. noluisset *non* voluisset *C* - huic *manca in B e Sasso*

[1] *L. P.*, I, 368, 369.

[2] Idem, I, 371, 372. R, che copia letteralmente, qui omette: “ in oraculum beati Cesarii Christi mar- “ tyris, quod est intro suprascriptum palatium, intro- “ duxerunt, et exinde „.

[3] Idem, I, 371 a 376.

[4] Paulus, *op. cit.*, V, xxxvii, letteralmente copiato.

[5] Idem, V, xxxvii, letteralmente copiato.

“strator suus ita respondit: “Domine mi rex, tu scis quia postquam hoc consiliati sumus “ego a tuo conspectu non exiui: et quomodo hoc alicui dicere potui? Tunc da Aldonem “et Grausonem misit, interrogans eos ut quid in locum sanctum confugium fecissent? qui “respondentes dixerunt: quia nobis nuntiatum est, quod nos dominus rex occidere uellet. “Iterato rex misit interrogans quis fuerit ille qui eis nunciauerit, mandans eis ut nisi ei “nuntiatorum proderent, eius gratiam inuenire non possent. Tunc illi, sicut factum fuerat, “dicunt: claudum hominem se habuisse obuium, qui unum pedem truncatum habebat et “genu tenus crure ligne utebatur, et hunc fuisse interitus sui nuncium. Tunc intellexerunt “muscam illam, cui pedem truncauerat, malignum fuisse spiritum et ipsum sua secreta eis “prodidis„, maxime quidem ut et ipse strator a rege interficeretur. Ipse autem rex statim Aldonem et Grausonem in sua fide ab eadem basilica suscipiens, eisdem culpam pepercit, et in reliquum eos in loco fidelium ipsumque stratorem charum habuit[1].

Romualdus dux Beneventanorum

c. 161 a

Quo tempore “Romualdus dux Beneuentanorum congregata exercitus multitudine Ta“rentum expugnauit' et cepit, parique modo Brundisium[2], et omnem illam que in circuitu “est [latissimam] regionem sue dicioni subiugauit. Coniux quoque Theuderada foras muros “ciuitatis Beneuentane basilicam in honorem beati Petri apostoli construxit: quo in loco mul“tarum ancillarum Dei monasterium statuit„. Ipse autem Romualdus postquam XVI annis ducatum gessisset obiit. Post eum uero Grimoaldus filius eius tribus annis populos Samnitum rexit. “Defuncto quoque Grimoaldo Gisulphus germanus eius ductor effectus est, pre“fuitque Beneuento annis XVII. Circa hec tempora cum in castro Cassino, uenientes de “Cenomannicorum uel Aurelianensium regione Franci, atque uenerabilis patris Benedicti, “pariterque eius germane uenerande Scholastice ossa auferentes, in suam patriam deportarunt, “ubi sigillatim duo monasteria in honorem eorum constructa sunt„[3]

Tunc quoque temporis Sarracenorum gens ex Egypto in Africam “cum multitudine “pergens, obsessam Carthaginem cepit, captamque crudeliter depopulata est et ad solum “usque prostrauit„[4]. Iustinianus igitur imperator, de quo supra diximus, postquam Romanorum regnum suscepit eius per decem annos gubernacula tenuit. Hic Africam a Sarracenis abstulit et cum eisdem pacem terra marique fecit. Hic etiam Sergium Romanee cclesie pontificem iussit exilio relegari, quod diuina clementia peragere nequiuit[5]. Obiit autem papa Sergius indictione XIIII et sepultus est apud beatum Petrum apostolum[6].

c. 161 b

Iohannes VI papa

a. C. 701-705

Cui successit Iohannes,' natione Grecus, seditque annis III[7], mensibus II. Interea Iustinianus Constantinopolitanus imperator propter culpam perfidie, gloria regni priuatus, exul in Ponto secedit[8]. “At Leo augustalem dignitatem arripiens, eum regno priuauit, regnum“que romanorum tribus annis regens, Iustinianum exulem in Ponto reseruauit[9]. Rursum “Tiberius contra hunc Leonem insurgens, regnum eius inuasit et eum toto quo ipse regnavit “tempore„ in custodia tenuit per VII uidelicet annos[10]. Quo tempore Gisulphus dux Be-

Gisulphus dux Beneventi

1. priusquam *non* postquam *Sasso* — 4. quod nobis nuntiatum est *B e Sasso* — 6. poscent *C* — 8. crure lignea *B e Sasso* — 12. karissimum *C*; charum *A B* — 13. Romoaldum *C* — 14. Brundusium *B e Sasso; A C conformi* PAULUS, VI, 1 — 14-15. que est in circuitu *B e Sasso* — 15. regione *C* - Teurada *B e Sasso che corregge in nota* — 17. Romoaldus *C* — 18-19. Sampnitum *C* — 19. Gisolfus *C* — 20. Beneventum *C* - tempora in castrum Cassinum *B e Sasso* — 21. Cenomannicorum *A B. Scrivendo la forma del gruppo D di* PAULUS, VI, 2; celinanicorum *C, derivando dal gruppo A L del medesimo testo Paolino* — 22. germane Scholastice.... deportaverunt *B e Sasso*; *A B, conformi* PAULUS — 23. singillatim.... in utroque honorem *C* — 24. Sacenorum *C* - Egipto *C* — 25. Cartaginem *C* — 28. eis pacem *B e Sasso* — 29. pontifex *C* — 30. ad beatum *C* — 31. Et successit ei *C* - annos III, menses II *C* — 33. Et Leo *C* — 34-35. Rursus Tyberius *C* — 36 Gisolfus *C*

[1] PAULUS, VI, VI.

[2] IDEM, VI, I. R nell'ultimo periodo salta qualche parola.

[3] PAULUS, VI, II. Si allude ai due monasteri di Subiaco.

[4] IDEM, VI, X.

[5] IDEM, VI, XI.

[6] *L. P.*, I, 376: “Qui sepultus est in basilica beati “Petri apostoli, VI id. septemb. indictione XIIIJ. Tibe“rio Augusto„.

[7] IDEM, I, 383: “....sedit ann. III, mens. II, “dies XII„.

[8] BEDA, *op. cit.*, ultimo periodo: an. m. 4652.

[9] PAULUS, VI, XII.

[10] IDEM, VI, XIII.

neuenti cum Langobardis in Campaniam uenit deuastans eam et incendens multasque depredationes faciens, quamplures cepit captiuos. Iohannes uero iam dictus pontifex missis sacerdotibus cum apostolicis donariis uniuersos captiuos redemit et hostes ad propria repedare fecit [1], qui etiam sepultus est ad sanctum Petrum [2].

Iohannes VI papa † 18 ian. 705
Iohannes VII p. a. C. 705-707

Iohanni uero successit alius Iohannes, natione Grecus de patre Platone. Hic fecit oratorium sancte Dei genitricis opere pulcherrimo in ecclesia beati Petri apostoli, et hic sepultus est ad sanctum Petrum [3].

Sisinnius papa a. C. 708

Post hunc Sisinnius, natione Syrus, ex patre Iohanne sedit dies xx qui repentina morte defunctus sepultus est ad sanctum Petrum [4]. Hic constituit ut quinta feria misse decantarentur.

Constantinus p. a. C. 708-715

Huic autem successit Constantinus, natione Syrus, ex patre Iohanne, seditque annis xi [5]. Inter hec Cunipertus cunctis amabilis princeps, postquam xii annos Langobar'dorum regnum post patrem solus obtinuit, ab hac luce subtractus est. Hic in campo, qui Coronate dicitur ubi bellum contra Alays [6] gessit, construxit monasterium in honorem beati Georgii martyris. Fuit autem uir elegans et omni bonitate conspicuus audaxque bellator. Regnumque Langobardorum Liutperto adhuc puerilis etatis reliquit [7]. Qui post menses viii et annum unum et menses octo ab Ariperto interfectus est, Ansprandus eius oppressione in exilium relegatus est. Aripertus igitur Langobardorum regnum arripuit [8]. Hic autem multas curtes et patrimonia alpium Cotiarum, que quondam ad ius pertinebant apostolice sedis sed a Langobardis multo tempore fuerant ablata, restituit iuri eiusdem sedis et hanc donationem aureis literis scriptam Romam direxit [9].

Chlodoueus rex † a. C. 657

At uero Dagoberto, de quo supra diximus, Francorum rege defuncto filius Sigibertus quidem in Austria, Chlodoueus uero qui et Lodouicus nominatur in Neustria regni gubernacula susceperunt [10]. Chlodoueus autem rex accepit uxorem de genere Saxonum, nomine Bathildeth, omnique ingenio strenuam de qua tres suscepit filios uidelicet: Clotharium Childericum atque Theodericum [11]. " Fuit autem ipse Chlodoueus omni spurcitie deditus, fornica-" rius, illusor feminarum, gule et ebrietati (atque luxurio dicto factoque) contentus. Huius " uite et finis nihil dignum historia recolit „ [12] propter que omnia Pipinus sub Dagoberto " maior domus eum deserens, ad Sigibertum' se contulit [13]. Decedente prefato Chlodoueo, qui " regnauit annos xvi [14], Franci Chlotharium seniorem puerum ex tribus regem sibi statuunt, " cum ipsa regina matre regnaturum „, quique regnauit annis iiii. Quo uita decedente Theodericus frater eius eleuatus est in regnum Francorum. Erat autem ipse leuis omniaque

c. 135 b
Clotharius rex † a. C. 673

---

1. deuastans et incedens *C* — 8. Sisinius *B e Sasso* — 13. optinuit *C*, Paulus, VI, xvii: obtenuit — 14. in honorem *B e Sasso* — 16. Liudperti *C* - reliquid *C* - Qui post et menses *C* — 17. Anspirandus *C* — 19. Cocciarum *C* - pertinebat *C* — 20. fuerant *manca B e Sasso* — 21. litteris *C* — 23. ineustria *C* — 25. Brunichildem *B e Sasso*; *A C conformi al Liber Historiae Francorum, cap. 43* — 25-26. uidelicet Clotharium Childericum atque Theodoricum *manca B e Sasso* — 27. factone *C* = 28. nichil *C* — 29. prephato *C* — 30. faciunt *B e Sasso*; datuunt *C* (*sic*), *non* statuunt — 32. leuatus est *B e Sasso*

[1] Paulus, VI, xxvii.

[2] *L. P.*, loc. cit. La particolarità del luogo di sepoltura si trova soltanto in alcuni Mss. del *L. P.*, come annota Duchesne, *op. cit.*, p. 384, nota 3.

[3] Idem, I, 385: "…. sedit anno ii, mens. vii, dies xvii „. La particolarità del sepellimento in San Pietro manca in *L. P.*, R però copia in parte Beda, *op. cit.*

[4] Idem, I, 388.

[5] Idem, I, 389: …. sedit ann. vii, dies xv.

[6] " Alahis „, non " Alachis „ come annota Sasso, dice Paulus, VI, xvii.

[7] Paulus, VI, xvii. R omette: " Hic cum multis " Langobardorum lacrimis iuxta basilicam domini Sal- " vatoris, quam quondam avus eiusdem Aripert con- " struxerat, sepultus est „.

[8] Idem, VI, xviii, xix e xx.

[9] Beda, *op. cit.*: a. m. 4659, da dove in parte attinge Paulus, VI, xliii.

[10] *Chronicarum quae dicuntur Fredegarii scholastici*, ediz. Krusch, *M. G. H. SS. RR. Merovingicarum*, vol. II, lib. iv, §§ 76 e 79, pp. 159 e 161.

[11] *Liber Historiae Francorum*, ediz. Krusch, *M. G. H. SS. RR. Merovingicarum* cit., vol. II, p. 316 e 317, cap. 44. Cf. pure: *Continuationes Fredegarii* cit., ediz. cit., vol. II, p. 168.

[12] *Liber Historiae Francorum*, cit., cap. 44: R copia letteralmente, aggiungendo poche parole che ho posto fra parentesi.

[13] Idem, cap. 42, p. 315.

[14] *Liber Historiae* cit., cap. 44, p. 316. Gli anni di regno di Clodoveo sono 18. Cf. *Continuationes Fredegarii*, loc. cit.

nimium incaute peragebat [1]. Sub his diebus beatus Audoënus Rothomagensis episcopus plenus dierum ac uirtutibus preclaris migrauit ad Dominum [2]. Eo tempore Pipinus iunior filius Ansegisi, decedentibus regibus, in Neustria dominabatur et post hec sub Theoderico rege cepit esse princeps regiminis et maior domus. Huic erat uxor nobilissima, nomine Plectrudis, ex qua genuit duos filios, nomen uni Drocus, minor uero uocabatur Grimoaldus [3]. Prefatus uero Theodericus regnauit annis XVIIII. Post cuius obitum Chlodoueus filius eius puer mortuus est regnauitque annis II. Childebertus autem frater eius uir inclytus in regno statuitur. Huius temporibus Grimoaldus Pipini principis filius in aula regis Childeberti maior domus effectus est. Sub idem fere tempus Pipinus multa bella gessit contra Sueuos, et quamplurimas gentes. Mortuus est autem Drocus filius eius. " Habuit quoque prefatus princeps Pippinus filium ex alia uxore, nomine Carolum, uirum elegantem, egregium, atque utilem " [4]. Tunc Childebertus rex iustus migrauit ad Dominum anno regni eius XVII regnauitque Dagobertus filius eius' pro eo [5]. Eo tempore Pipinus mortuus est, et qui propter animi mansuetudinem et iustitie seruatam equitatem a cunctis dilectus est, obtinuitque principatum annis XXVII et dimidio [6]. Cuius principatui Grimoaldus filius eius maior domus successit, qui erat pius modestus et iustus [7].

[illegible] rex [illegible]

Childebertus rex † a. C. 711

c. 160 a

Anno dominice incarnationis DCCVII. Iustinianus supradictus, qui amisso principatu Constantinopolitano in Ponto exulabat, auxilio regis Wulgarorum imperium una cum Tiberio filio suo recipiens, occidit omnes qui se exularant et Leonem qui locum eius usurpauerit, nec non et successorem eius Tiberium iugulari fecit. Gallinicum patriarcham, cuius consilio fuerat eiectus, erutis oculis Romam misit et dedit episcopatum Cyro qui erat in Ponto abbas eumque alebat exulem. Hic Constantium papam ad se uenire fecit, quem honorifice suscepit ac remisit, ita ut die dominica missas sibi in ecclesia sancte Sophie facere rogans, communionem de manu eius accepit, " prostratusque in terram pro suis peccatis eum intercedere postulans, cuncta ecclesie priuilegia renouauit; qui cum exercitum mitteret in Pontum, prohibente papa Romano, ad comprehendendum Philippicum quem ibi religauerat conuersus omnis exercitus ad partem Philippici fecit eum ibidem imperatorem, reuersusque cum eo Constantinopolim pugnauit contra Iustinianum ad duodecimum ab urbe miliarum', et uicto atque occiso Iustiniano postquam imperium annos VI tenuerat, omnibus quippe erat exosus regnum eius suscepit Philippicus [8]. Igitur " Philippicus qui et Bardanis dictus est postquam " imperiali dignitate confirmatus est Cyrum, de quo diximus, de pontificatu eiecit, eumque ad " gubernandum abbatis iure monasterium in Pontum ire precepit ". Idem " Constantino pape " misit litteras praui dogmatis, quas ille cum apostolice sedis concilio respuit, et huius rei " causa fecit picturas in porticum sancti Petri que acta sanctarum sex Synodorum uniuer" salium continerent. Nam huiusmodi picturas, cum haberentur in urbe regia, Philippicus " iusserat auferri ". Quapropter idem pontifex Constantinus simul cum populo Romano statuit ne heretici imperatoris nomen aut chartas " aut figuram solidi susciperent; unde nec " eius effigies in ecclesia introducta est nec nomen ad missarum solempnia ". Contra hunc

Iustinianus II imperator a. C. 707

Tiberius II imp.

c. 165 a

Philippicus dictus Bardanis imp.

Constantinus p. a. C. 708-715

---

2. dierum ac *manca in B e Sasso* — 3. ineustria *C* — 5. prephatus *C* — 6. Cladoueus *C* — 7. Childepertus *C* — 8. Childeperti *C* — 10. plurima gens *C* - Droicus *B e Sasso* — 11. Pippinus *manca in A B e Sasso; C conforme Liber Histor. Franc.*, c. 49 — 18. Tyberio *C* — 20. Tyberium *C* — 21. eruditis *C* — 24. prostratumque *C*; *AB conformi* PAULUS, VI, 31 — 25. in Pontum *manca in C* — 28. ad urbis *C* — 30. eius *manca in C* — 36. aufferri *C* — 37. carta *C* — 38. solemnia *B e Sasso*

[1] *Liber Historiae Francorum* cit. cap. 45, p. 317 e 318. R attribuisce però a Tedorico il giudizio che il *Liber Historiae Francorum* dà per Childerico: " Erat enim " ipse Childericus levis nimis, omnia nimis incaute " peragebat ".

[2] IDEM, c. 47, pp. 321 e 322.

[3] IDEM, cc. 46 e 48, pp. 320 e 323. R mette assieme il principio d'un capitolo con la fine dell'altro.

[4] IDEM, c. 49, pp. 323 e 324.

[5] IDEM, c. 50, p. 324.

[6] IDEM, c. 51, p. 325.

[7] IDEM, c. 50, p. 324.

[8] PAULUS, VI, XXXI e XXXII. R aggiunge di suo il particolare della messa in Santa Sofia.

Philippicum postquam uno anno et mensibus sex imperauerat, “ Anastasius, qui et Arthemius “ dictus est, insurgens, eum regno expulit oculisque priuauit nec tamen occidit. Hic Ana- “ stasius litteras Constantino pape Romam direxit, quibus se fautorem catholice fidei et sancti sexti Concilii predicatorem esse docuit[1] tenuitque imperium annis III.

Theodosius III imperator — *c. 167 a*

Qui dum suis esset exosus, exercitus eius elegerunt Theodosium imperatorem. Theodosius uero' contra eumdem Anastasium ueniens, apud Niceam ciuitatem graui prelio eum uicit, datoque exercitui sacramento clericum fieri ac presbyterum fecit ipsum ordinari. Ipse autem Theodosius ut imperium accepit, cum esset catholicus, mox in regia urbe imagines illas uenerandas, in qua sancte sex Synodi erant depicte et a Philippico fuerant deiecte, pristino in loco erexit[2]. Regnauitque Theodosius anno I. Interea Constantinus papa diem obiit anno dominice incarnationis DCXCVIIII indictione V[3] et successit ei Gregorius natione Romanus ex patre Marcello, seditque anno XVI mensibus IX[4]. Fuit autem temporibus Anastasii et Theodosii Leonis atque Constantini Augustorum. Fuit quidem Gregorius uir castus, diuine scripture eruditus, loquela facundus, animo constans, ecclesiasticorum errorum destructor, et contrarius ac fortissimus inpugnator. Cuius imperatoris tempore per indictionem XII[5], mense ianuarii per X dies stella, que anthifer uocatur, cum radiis in celo apparuit in occidente, cuius radii partem Aquilonis aspiciebant et usque ad medium celum se extendebant[6]. Hic per Bonifacium monachum et episcopum gentem Germanorum sedentem in tenebris et umbra mortis doctrina lucis conuertit ad Christum[7].

Constantinus p. † a. C. 715 — *Gregorius papa a. C. 715-731*

Ansprandus rex — *c. 167 b*

Eo tempore postquam IV annis apud Baioariam exulasset Ansprandus, de quo supra diximus, tandem cum exercitu Baioariorum regis,' Italiam uenit, pugnauitque cum Ariperto Langobardorum rege, et facta est ex utraque parte magna populorum strages; et quamuis extremum nox prelium dirimisset et uictori Ariperto Baioarii terga prebuissent, eadem nocte Aripertus extinctus est. “ Regnauit autem cum patre Daginperto siue solus usque ad annum “ duodecimum, fuitque uir pius et elemosynis deditus, iustitie amator, in cuius tempore “ ubertas nimia „ extitit. Denique “ post Ariperti funus, Ansprandus Langobardorum regnum “ potitus est, qui tres solummodo mentes regnauit, uir per omnia egregius et cuius sapien- “ tie rari equandi sunt „. Cernentes Langobardi huius interitum Liutprandum filium eius in regali constituunt solio[8]. Liutprandus uero cum in regno confirmatus esset suo donationem patrimonii alpium Cotiarum, quam Aripertus rex fecerat et ille repetierat, ex ammonitione uenerabilis pape Gregorii romane ecclesie confirmauit[9]. Hic initio regni sui Baioariorum plurima castra cepit, Rauennam quoque obsedit cepitque. Tunc “ Tyberis fluuius alueo suo “ egressus multa Romane fecit exitia ciuitati; ita ut in uia Lata ad unam et semis staturam “ hominis excederet aqua, et a porta sancti Petri usque ad pontem Moluium aque se co- “ niungerent „[10]. Mansit autem septem diebus. Interea Theodosio apud Constantinopolim im-

a. C. 720 — *a. C. 717*

---

1. Archemius *C* — 5. esset *manca in B*; *Sasso l'aggiunge fra parentesi* — 6. eundem *C*; Anastasium *C* — 9. quibus, *non* qua *Sasso* - depincte *C* - delecte *B e Sasso*; *A C*, *conformi* Paulus, VI, xxxvi *che* R *copia in parte* — 15. contrarius fortissimus *C* - Cuius in tempora *C* — 15-16. per indictione XII — 16. antifer *C* — 20. novem *C* — 23. extremum prelium diremisset nox *C e Sasso* - terga vertissent *B e Sasso*; *A C come* Paulus, VI xxxv, *che R copia quasi letteralmente* — 24. Daginberto *B e Sasso*. *R. copia male* Paulus, *loc. cit. che ha:* Ragimperto — 26. Longobardorum regno *B e Sasso* — 28. Liudprandus *C* — 29. cum in regno *manca C* — 30. Cociarum *B e Sasso*; Cocciarum *C* — 31. Hic in initio *C* — 33. ciuitatis *C*

[1] Paulus, VI, xxxiv. R, come Paulus, seguì anche Beda, *op. cit.*, an. 4659, 4665 e 4667.

[2] Idem, VI, xxxvi e nel principio Beda, *op. cit.*, an. 4670. Filippico fu detronizzato il giorno della Pentecoste 4 giugno 713.

[3] L'anno e l'indizione della morte di papa Costantino sono errati.

[4] Sedici anni e nove mesi di pontificato attribuiscono a Gregorio i mss. del *Liber Pontificalis* della classe *B* e precisamente il Napoletano IV, A. 8: Cf. Duchesne, I, 396 e p. 115 “Sigles des Manuscrits „.

[5] *L. P.*, I, 396; R segue la redazione più recente quasi letteralmente.

[6] Idem, I, 407, redazione più recente: an. 728.

[7] Idem, I, 397 redazione più recente.

[8] Paulus, VI, xxxv. R parte copia, parte sunta.

[9] Idem, VI, xliii.

[10] Beda, *op. cit.*, an. 4670. Cf. per notizie più minute *L. P.*, I, 399.

c. 168 a

peratore defuncto[1], Leo, cognomento Surus, cum Constan'tino persecutore dum imperiali dignitate sublimatus esset, sanctorum imagines apud Constantinopolim deponi atque incendi iussit. Quod non solum per totam imperii sui ditionem, “ sed et Romano pontifici mandauit “ similia facere si gratiam imperialem habere uellet. Sed pontifex non solum hoc facere “ contempsit, uerum etiam „ communione priuauit. Attamen idem imperator tam ui quam blandimentis habitantes Constantinopolim compulit, “ ut ubicumque haberentur imagines tam “ Saluatoris quamque sancte Dei genitricis, uel omnium quoque sanctorum sibi exhiberentur; “ sicque illas in medio ciuitatis congregari fecit et igne cremari. Et quia plerique ex po- “ pulo tale scelus fieri prepediebant, aliquanti ex eis capite truncati[2], alii corporis parte muti- “ lati sunt, regnauitque Leo annis IX. Quo tempore Sarraceni immenso cum exercitu Con- “ stantinopolim uenientes, triennio ciuitatem obsederunt, donec ciuibus multa constantia ad “ Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore ac pestilentia perierunt, ac sic perpessi “ obsidione abscesserunt. Qui inde egressi Wulgarorum gentem, que est super Danubium, “ bello aggrediuntur et ab his quoque uicti refugiunt ac naues petunt suas. Quibus cum “ altum peterent, ingruente subita tempestate, plurim eorum mersi siue confractis per littora “ nauibus sunt necati „ [3].

Leo III imperat.

c. 168 b

Interea Constantinopolim CCC milia hominum' utriusque sexus pestilentia perierunt[4]. Germanus patriarcha non consentiens imperatoris errori, a propria sede depulsus est et in loco eius Anastasius presbyter, qui fuerat imperator, patriarcha ordinatus est[5].

Liutprandus rex

“ Liutprandus quoque Langobardorum rex audiens quod Sarraceni, depopulata Sardinia, “ etiam loca illa sedarent ubi ossa sancti Augustini episcopi propter uastationem Barbarorum “ olim ab Hyppone translata et honorifice fuerant condita, misit et dato pretio accepit et “ transtulit ea in Ticinis, ibique cum debito tanti patris honore recondidit „ [6].

Romualdus dux Beneu.

Dagobertus Franc. rex a. C. 716

Carolus prin eps

c. 169 a

a. C. 720

Quo tempore “ defuncto Gisulfo Beneuentanorum duce, Samnitum populum Romualdus “ filius eius regendum suscepit[7]. His autem diebus Franci in Francos inuicem irruunt ac sese mutuo dirissima cede prosternunt. Interea “ Dagobertus Francorum rex egrotans mortuus est, regnauitque annis V „, Franci autem inuidentes Carolum “ Danielem quemdam “ clericum cesarie capitis crescente in regno stabiliunt atque Chilpericum nuncupant; eumque “ cum exercitu contra Carolum dirigunt. Carolus itaque contra eos dimicans uictor extitit, uastans regiones usque Ardennam siluam et usque Renum, uel Coloniam, ibique seditionem intulit et ipsam ciuitatem cepit[8], statuitque sibi regem Clotharium nomine qui non multo post mortuus est. Chilpericus' autem et Eudo dux contra Carolum mouentes exercitum ueniunt; contra quos Carolus occurrit intrepidus Parisius ciuitate, Sequane fluuio transito usque Aurelianis peruenit, debellans eosque deuincens. Post hec ipse quidem Chilpericus mortuus est anno quinto et dimidio regni eius. Franci uero Theodericum filium Dagoberti iunioris regem super se statuunt[9]. Per idem tempus rebellantibus Saxonibus, Carolus prin-

---

3. per totam sui imperii *C* — 4. vellet habere *C* — 8. congremari fecit *C*, *omettendo il resto* — 9. aliquantos *C*; *A B conformi* PAULUS, VI, XLIX - truncari fecit *C* — 10. inmenso *C* = 12-13. hac sic perpessi obsedionem *C* — 15. pergerent *C*; *A B conformi* BEDA, *op. cit.* — 17. Constatinolim *A* — 18. errore *C di prima mano* — 20. Liudprandus *C come* BEDA, *op. cit.*, *an. 4680* — 22. Ippone *C* — 23. Ticinum *B e Sasso* — 24. Gisulpho *C* - Romoaldus *C* — 25-26. ac se se *C* — 27. Carolo *B e Sasso* - quendam *C* — 33. Parisiis *C* — 34. deuicit - hec quidem Chilperius ipse *C*

[1] PAULUS, VI, XLI. Teodosio non morì, ma fu deposto.

[2] IDEM, VI, XLIX. R parte copia alla lettera, parte sunta mettendo assieme brani di periodi.

[3] BEDA, *op. cit.*: an. 4680.

[4] *L. P.*, I, 402: “.... Nam et eiusdem ciuitatis “ populum trecenta dictum est milia diversi sexus, “ aetatis, fuissent necessitate vastatum pestilentie „. Niceforo e Teofane assegnano a questo assedio dei Saraceni la durata d'un anno. L'assedio fu levato il 15 agosto 718.

[5] IDEM, I, 409. Il patriarca Germano fu ritirato il 7 gennaio 730 e il nuovo Anastasio eletto il 22 gennaio 730. Cf.: THEOPHANE, an. 6221. Il brano è anche riportato da PAULUS, VI, XLIX, in fine.

[6] BEDA, *op. cit.*, an. 4680. Qui finisce la fonte Bedana.

[7] PAULUS, VI, XXXIX.

[8] *Liber Historiae Francorum*, ediz. cit., § 52, p. 326.

[9] IDEM, § 53, pp. 327 e 328. Qui finisce questa fonte Romualdiana.

ceps ueniens preoccupauit illos debellansque illos reuertitur[1]. Sub hisdem diebus, euoluto anni circulo, collecto agmine Renum fluuium transiit Alamannosque et Sueuos lustratur et Danubium usque accessit, illoque transmeato fines Bangarenses occupauit, subacta illa regione ac pretio multo sublato ab hostibus qui patriam depopulati fuerant, iterum remeauit ad propria[2]. Eudo igitur Baioariorum gentis " dux cernens se superatum, gentem perfidam " Sarracenorum ad auxilium suum contra Carolum principem excitauit. Qui egressi cum " rege suo, Abdirama nomine, Garonnam transeunt usque Burdigalem consumptis populis ecclesiisque crematis usque Pictauis profecti sunt „ cum uxoribus ac liberis quasi Galliam possessuri, quorum erat innumera multitudo. " Contra quos Carolus princeps audacter aciem [*c. 169 b*] " instruxit, ac super eos belli'gerando irruit tentoria eorum subuertit „, et fortiter cum eis dimicauit. " Interfecto rege eorum Abdirama exercitum eius prostrauit atque deuicit, ui- [a. C. 732] " ctorque de hostibus triumphauit „[3]; in ipsa namque pugna ut fertur ex Sarracenis CCCLX milia, ex Francorum parte MCL ceciderunt. Post hec autem Eudo mortuus est.

[*Gregorius II p.* † a. C. 731; *Gregorius III* a. C. 731-741] Anno dominice incarnationis DCCXVII indictione XIIII. Gregorius Romane sedis pontifex defunctus est et sepultus ad sanctum Petrum[4]. Cui successit alter Gregorius, natione Syrus, ex patre Iohanne, seditque annis X mensibus VII. Hic autem erat " uir mitissimus " et ualde sapiens, in diuinis scripturis sufficienter instructus, greca latinaque lingua eruditus „, atque disertus, in sensibus diuinarum scripturarum subtilissima exortatione elimatus, exortator omnium bonorum plebique florentissima catholice fidei ac salutaria predicans, corda fidelium dicto factoque corroborans, orthodoxe ac catholice fidei emulator atque defensor fortissimus, christianam religionem diligenter complectens, ' paupertatis amator, erga inopum " prouisionem non solum mentis pietate, sed et studii labore sollicitus, captiuorum redemptor " et debitorum, orphanis quoque et uiduis cum omni diligentia largiter necessaria tribuens „. Quamobrem, " Deo fauente, non solum ad sacrum presbyteratus ordinem peruenit, sed etiam [*c. 170 a*] " dum in exequio sui' decessoris ante feretrum eius fuisset inuentus, omnis Romanus populus " a magno usque ad paruum diuina inspiratione subito permoti, per uim auferentes eum, in "pontificatus ordinem elegerunt „, tempore Leonis et Constantini imperatorum. Hic autem Gregorius Leonem imperatorem, qui sacras imagines destruere nitebatur, excommunicauit et regno priuauit[5].

ad hec facienda aliquotiens proni, sic ad eadem peruertenda semper fuere precipites; quippe cum post inchoatum bellum uix ullus annus exactus sit, quo non ab eis huiuscemodi facta *c. 183 b* sit rebellionis permutatio. Sed magnanimitas regis et perpetua tam' in aduersis quam in prosperis mentis constantia, nulla eorum mutabilitate uel uinci poterat uel ab his que agere ceperat defatigari. Ter namque cum eis conflixit, semel quidem apud Guisaram fluuium in eo loco qui Brunesber uocatur; secundo autem in loco qui Theotmelli uocatur; tertio uero in finibus Guestfalorum. His tribus proeliis Saxones ita profligati ac deuicti sunt, ut ulterius regi resistere non auderent. Qui cum in Saxonia esset legati regis Danorum ad eum pro pacis causa uenerunt, qua composita dispositisque congrua confiniorum loca presidiis, Hispaniam quammaximo poterat belli apparatu aggreditur; saltuque Pyrenei superato, omnibusque que adierat oppidis, atque castellis in deditionem acceptis, cum exercitu recertitur. Subegit et Britones, illos etiam qui ad occidentem in extrema quadam parte Gallie super litus oceani resident. Per idem tempus Carolus rex Italiam cum exercitu ingressus ac per Romam iter agens, Capuam usque Campanie urbem accessit, " ibique castris positis, bellum Beneuentanis nisi dederentur comminatus est ". Arichis autem Beneuentanorum dux intenionem regis salubri consilio preuenit, nam relicto Beneuento, in Salernum ciuitatem uenit munitiorem se contulit [1]. Missaque legatione filios suos Romoaldum et Grimoaldum cum magna pecunia obtulit regi, promittens *c. 184 a* se ad omnia que imperarentur' obediturum, cuius precibus rex, ut ei mos erat, annuens, diuini etiam timoris respectu bello abstinuit, et minore ducis filio obfidatus gratia suscepto, maiorem patri remisit. Accepit insuper a populo obsides XII [2].

Principes Beneventi et Salerni 774-826

Arechis autem qui hactenus Beneuentanorum dux nominabatur, hic idem postea primum appellatus est princeps Beneuenti atque Salerni. Quo defuncto successit ei Grimoaldus filius eius. Dehinc alius Grimoaldus princeps. Deinde Sico princeps et sic ceteri ipsius ciuitatis successores per multa annorum curricula principes sunt nuncupati. Nam antea ex quo Alboin Langobardorum rex Italiam ingrediens ac uniuersas Italie prouincias sue ditioni componens, omnes Beneuentanorum rectores dicti sunt duce quorum primus dux nominatus est Zotto [3].

Carolus rex

Rex itaque Carolus, rebus Capuanorum et Beneuentanorum Apulie quoque et Calabrie totiusque Italie sibi pro tempore ordinatis, uenit Romam [4]. Dehinc in Galliam reuersus est, congregatoque ingenti exercitu Baioariam petiit cumque super Lethum fluuium, qui Alamannos et Baioarios dirimit, cum exercitu consedisset, Baioarie dux nomine Tasillo, quamuis male in rege conscius, cum ualida manu populi sui uenit supplex ac ueniam sibi dari deprecatus est. Sed rex sicut erat mitissimus et clemens, ei pepercit accepitque ab eo XII obsides, *c. 184 b* 'populo terre ei per sacramentum firmato in Franciam reuersus est [5]. Non post multum uero temporis dum conuentum uauassorum suorum more solito rex adesse iussisset, predictus Tasillo dux multis criminibus, etiam crimine maiestatis est acusatus. Ut autem coram omnibus de his que sibi obiciebantur conuictus est, uno omnium assensu, ut maiestatis reus capitali

2. non habeis huiuscemodi *C* — 6. Thethmelli *B e Sasso* — 9. pergrua confiniorum *B e Sasso* — 10. qua maximo *C* - Pirinei *C* — 14. Campaniam urbem *C*; Einhardus, op. cit.: " Campanie urbem " — 21. relicta Beneuento *C* — 13. optulit *C* — 21. Actenus *C* — 22. filius eius. Dehinc alius Grimoaldus princeps *C*, ***manca** B e Sasso* — 24. eiusdem ciuitatis *B e Sasso* - princeps sunt nuncupati *C* — 25. uniuersas Italie prouincias sue ditionis componeret *B e Sasso* — 28. uenit in Romam *C* - Dehinc in Galliam *C* — 31. in rege conscius *C* — 32. acceptisque ab eis XII obsidibus et *C* 34-35. Tassilo *C*

[1] Einardus, *op. cit.*, §§ 7 a 10 c *Chron. Salernitanum* § 10, ed. cit., p. 477. Anche il *Chronicon Vulturnense* dice: " Urbem munitissimam antiquitus conditam Salernum restauravit ".

[2] Idem, *op. cit.*, § 10, p. 448.

[3] Cf. Paulus, *Historia Langobardorum*, cit., III, *S.* 33: " fuit autem primum langobardorum dux in Benevento nomine Zotto, qui in eo principatus est per curricula viginti annorum ". Cf. pure: Erchempertus, *Historia Langobardorum Beneventanorum*, § 6 e 7, in *M. G., SS. R. Langobard. et Italicar. sec. VI-IX*, cit., p. 237. Sui principi di Benevento, specialmente per i due Grimoaldi (a. 788-810), notizie più precise si hanno nel *Chron. Beneventani mon. s. Sophiae* (Cod. Vatic. 4939) in Ughelli, *It. Sacra* X, pp. 447 e seg.; e Muratori, *R. I. SS.*, XII, p. 393 e seg.

[4] Einhardus, *op. cit.*, fine § 10.

[5] Idem, *op. cit.*, § 11.

sententia est damnatus [1]. Sed clementia regis licet morti addictum liberare curauit: nam mutato habitu in monasterium missus est. Baioarii quoque, qui perfidie huius et fraudis conscii et consentanei reperti sunt, exilio per diuersa loca relegantur nullusque eorum morte damnatus est.

Est natio quedam Sclauenorum sedens super litus oceani, que propria lingua Welatabi francica autem Uultzi uocatur, Francis semper inimica finitimosque suos bello premere solebat [2]. Cuius insolentiam rex diu non ferens bello etiam aggredi statuit. Comparatoque exercitu apud Coloniam Rhenum transiit, inde per Saxoniam iter agens ac per Albiam fluuium transiens, Uultzorum terram ingreditur, cunctaque ferro et igni uastari iussit. Sed gens illa, quamuis bellicosa, impetum regis sustinere non ualuit. Eorum quippe primates et reguli cum uniuerso populo omnes se regi subdiderunt et fidem se regi seruaturos iureiurando promiserunt. " Deinde 'omnes barbaras ac feras nationes que inter Renum et Salam fluuios [3]. c. 185 a
" Oceanumque ac Danubium posite, lingua quidem pene dissimiles [4], moribus uero atque habitu " ualve dissimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit ut eas tributarias dimitteret [5], inter quas ' 152
precipue sunt Welatabi, Sorabi, Abodriti, Boemani [6] ". Quibus subactis sibique fidelitatis sacramento firmatis, eadem uia qua uenerat in Franciam reuersus est. Quo tempore apud Baioariam comparatis copiis et commeatibus firmatis, Carolus rex ut Hunnis uel Auaribus bellum inferret, bipertito exercitu cum filiis suis Pipino et Ludouico nec non et Carolo [7], circa utramque Danubii ripam cepit iter, Baioariis in nauibus per aquam fluminis commeatus deferentibus ac sic prima castra super Anisum [8] fluuium posita sunt. Nam his fluuius inter Baioariorum atque Hunnorum terminos medius currit. Plura quippe in eadem regione prelia ab eo gesta sunt, in quibus multum sanguinis effusum est. Tunc ipse Carolus rex pontem naualem in Danubio quo ad bellum Hunnorum uteretur edificauit. Deuictis igitur Hunnis eorumque regno destructo, direptis pene omnibus Hunnorum opibus, per Commagenos simili modo transiens ferro et igni pene cuncta uastauit [9]. Sicque peragrata ac deuastata maxima ex parte Pannonia, " et apposita in " altera' Danubii parte Dacia, Histria quoque et Luburnia atque Dalmatia, exceptis maritimis c. 185 b
" ciuitatibus quas ob amicitiam et ictum cum eo fedus, imperatorem Constantinopolitanum " habere permisit [10] ", ipse rex cum incolumi exercitu Francorum per Sabariam in Baioariam se recepit. Dehinc in Regrinum ciuitatem, que nunc Reganesburg uocatur, uenit, in qua ciuitate rex episcoporum conuentum congregauit, propter Felicem episcopum Argellis ciuitatis in Pyrenei montis iugo site. Hic namque episcopus natione Hispanus contra ecclesie catholice fidem dogmatizabat: Dei filium non proprium esse patris sed adoptiuum [11]. Qui non

---

1. dampnatus *C* — 2. perfidei huius *C* — 3. religantur *C* — 6. Francia autem Uultzi uocatur, ea Franci *C* — 6-7. bello eam aggredi statuit — 10. quam uis *C* - sustinere non potuit *C* — 13. lingue quidem *C* — 14. dimitteret *C* *manca* - Obodriti *B e Sasso* — 15. fidelitatis *manca B e Sasso* — 17. commeatibus firmatis *A B*, congregatis *C* — 18. Ludovico *C* - Carulo *C* — 20. posita sunt. Nam his fluvius inter Baioariorum *manca B e Sasso* — 23. hedificauit *C* - regia destructa *C* — 24. Commaienos *C* — 26. Historia quoque et Luburnia *C* — 29. Deinc *C* - Reganesburgh *B e Sasso* — 31. Pirinei *C*

[1] PAULUS, *Continuatio Romana, M. G. H, SS. R. Langobard. et Ital.* cit., p. 202: " Anno 788, idem rex " Tassillonem Baioarie ducem de principatu eiecit ".

[2] EINHARDUS, *op. cit.*, § 12: " His motibus ita compositis, Slavis qui nostra consuetudine Wilzi, proprie " vero, idest sua locutione, Welatabi dicuntur .... ".

[3] IDEM, § 15, p. 451: " et Vistulam fluvios ".

[4] IDEM, *idem:* " pene similes ". L'aveva già avvertito Sasso.

[5] IDEM, *idem:* " efficeret ".

[6] R. omette: " cum his namque bello conflixit; " ceteras, quarum multo maior est numerus, in deditio- " nem suscepit ".

[7] EINHARDUS, § 13, non parla d'esercito affidato a Ludovico.

[8] IDEM, § 12: " .... ipse ad Lechum amnem cum " magno venit exercitum. Is fluvius Baioarios ad Ala- " mannia dividit ".

[9] IDEM, § 13, manca " per Commagenos simili modo " etc. ".

[10] IDEM, § 15.

[11] *Potius Urgelle seu Orgelli,* annota Sasso. La notizia non si trova in EINHARDUS. Il *Chronicon* di Ado arcivescovo di Vienna, *M. G. H., SS.* II, 320, all'anno 794 così annota: " Synodus .... in Franconofurt " .... et damnatus est iterum Felix cum errore suo, per- " petuoque exilio apud Lugdunum relegatus est .... ".

Hadrianus papa † VII Kal. ian. 795 *Leo III papa 795-816* solum in cospectu Concilii, sed etiam cum in presentia Hadriani pape Romam missus esset, apostolica auctoritate damnatus est. At uero Rome Hadriano papa defuncto, Leo tertius qui Sermocinarius est appellatus Romanum pontificatum suscepit. Qui mox per legatos suos claues confessionis sancti Petri ac uexillum Romane urbis regi Carolo misit, rogans ut aliquem de suis optimatibus mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem, atque subiectionem sacramento firmaret [1].

Carolus rex Tunc legati Adelfonsi regi Asturie atque Gallicie pacem petentes regi Carolo maxima dona detulerunt, quorum quidem petitionibus annuens, eos in pace dimisit [2].

c. 186 a His autem diebus apud Constantinopolim Constantinus filius Hyrene im'peratricis a suis comprehensus est, et excecatus. Rome uero Leo papa, ut [*in*] historiis Francorum legitur, cum ad letaniam procedens de Lateranis pergeret a Romanis captus et erutis oculis, ut quibusdam uisum est lingua quoque amputata, nudus ac semiuiuus in monasterium missus est. Dehinc ad regem deductus et ualde ut uicarius sancti Petri honorifice susceptus et cum ei cuncta propter que uenerat intimasset, rex pre nimio cordis dolore fleuit statimque legatos suos Romam misit et cum honore eum in locum suum restituit [3]. Sedit autem Leo papa annis XX. mensibus V. [4] Rex tamen iter suum quod in Saxoniam facere disposuerat non omisit, nam more solito propter contundendam perfide gentis contumaciam, Saxoniam uastaturus intrauit nec destitit priusquam omnes terminos eius peragrasset. Nam usque ad ultimos fines eius, qua inter Albiam et Wisuram fluuios oceano alluitur, accessit: omnesque qui trans Labiam habitant Saxones cum mulieribus et infantibus transtulit in Franciam [5]. " Ultimum uero " contra Normannos qui Dani uocantur piraticam exercentes et maiori classe litora Gallie " atque Germanie uastantes bellum ab eo susceptum est „ : ii iam Abodritos uicinos suos sibi subegerant Frisiamque ac Saxoniam bellis iam plurimis fatigauerant [6]. Normannis pene sibi *c. 186 b* subactis, classem in mari constituit,' presidia ad contuendum sibi regnum disposuit rebusque pro rerum opportunitatibus dispositis per oceani litus iter agens, Britonum prouinciam plerumque sibi rebellantem totam domuit; essetque sibi in fide subacta, nisi illius infide gentis instabilitas atque perfidia cito aliorum more se solito commutasset [7]. Et propterea Carolus rex eosdem Britones tributarios fecit: quibus domitis in Franciam reuertitur. Rex autem cum Aquisgrani reuersus esset in Italiam cum exercitu Rauennam et usque Anconam uenit. Deinde Romam profiscitur, ibique honorifice a clero et populo cum gaudio susceptus est. Cumque de inuestigandis que pontifici obiciebantur, criminibus perquireret et nullus eorum criminum probator esse uoluisset; ipse pontifex coram omni populo in ecclesia beati Petri ad euangelia se purgauit. Rex autem cum die natalis domini ad missarum solemnia in basilica beati Petri apostoli coram altari assisteret, Leo papa coronam capiti eius imposuit cun- *Carolus aug. 25 dic. 800* cto populo Romano acclamante: " Carolo Augusto a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum uita et uittoria „ [8]. Post quas laudes more antiquorum principum, ab eodem pontifice adoratus est ac deinde omisso patricii nomine, imperator et augustus appellatus est. Filium uero eius Pipinum in regem unxit, unxit etiam et Ludouicum fratrem eius *c. 187 a* minorem, 'quibus et coronas imposuit, similiter et Carolum unxit, qui maior natu erat [9]. Et

1 Adriani *C* — 2. dampnatus *C* - Adriano *C* — 7. Adelfonsi *C* — 10. Leo *C manca* — 11. eructis *C* — 13. ualde honorifice ut uicarius *C* — 16-17. obmisit *C* — 18. destituit *C* — 21. piracticam *C* - littora *C* — 25. oportunitatibus *C* — 26. reuelantem *C* — 27. ad aliorsum more *C* — 28. bittones *C* — 31. inuesticandis *C* — 33. solemnia *C* — 36. Post quam *C*

[1] *L. P.*, II, 1ª sg.: ".... sedit ann. XX, m. v, dies xvi ". Cf. pure pp. 5 e 6, § XVI.

[2] Einhardus, *op. cit.*, § 16, p. 451.

[3] Idem, *idem*, § 28:

[4] Cf. nota 1.

[5] Einhardus, *op. cit.*, § 7, ".... qui trans Labiam "habitabant „, deve intendersi, " trans Albiam „; il passo di Einardo dice infatti: "....qui utrasque ripas "Albis fluminis incolebant....„.

[6] Idem, § 14, p. 450.

[7] Idem, § 10, p. 448.

[8] *L. P.*, II, 7, donde r. trae, così riporta le parole: " Karolo, piissimo Augusto a Deo coronato, ma"gno et pacifico imperatore, vita et victoria! „

[9] Idem, l. c. § xxiv, parla solo della coronazione di Carlo figlio di Carlo Magno; ma la *Continuatio Romana* di Paolo, *op. cit.*; così dice: " Anno 781, Caro"lus rex Romam veniens; ibique baptizatus est filius

Pipinum quidem in Langobardia, Ludouicum in Aquitania, Carolum uero in Saxonia et super Uultzos constituit. Post paucos uero dies, iubente Carolo imperatore, ii qui eundem pontificem deposuerant in iudicium adducti et habita de eis questione, secundum legem Romanam, ut maiestatis rei capite damnati sunt tam ii quam huius facinoris principes[1]. Pro quibus tamen omnibus papa pio affectu apud imperatorem intercessit; nam et uita et membrorum integritas eis concessa est, ceteri pro facinoris magnitudine exilio sunt deportati. Ordinatis igitur Romane urbis et apostolici totiusque Italie, non tam publicis sed ecclesiasticis ac priuatis rebus, in Galliam ad hyemandum reuersus est. Moris siquidem ei erat ut nisi ineuitabili necessitate preueniente, ubi natalem Domini ibidem et pascha celebrarent et plerumque Aquisgrani. Tunc Hyrene imperatrix de Constantinopoli misit legatos suos Carolo imperatori propter pacem confirmandam inter Francos et Grecos: et statuta pace legatos ipsos dimisit. Greci uero post hec Hyrene deposuerunt et Nicephorum imperatorem fecerunt. Eo tempore Carolus imperator in Corsicam insulam contra Mauros classem misit eamque ab eis liberauit[2]. Hic autem edificauit basilicam Dei genitricis' Marie Aquisgrani opere mirabili. *c. 187 b* " Apud Maguntiam quoque in Reno flumine pontem fecit quingentorum passuum longitudinis, " nam tanta est ibi fluminis latitudo[3] „. Interea Pipinus rex Caroli imperatoris filius, Beneuentanorum subacta prouincia, ceterisque Italie rebus compositis, ad patrem uenit. Carolus autem alius subacta Sclauorum prouincia, edificatis super Albim fluuium ultra Saxones duobus castellis ad quos a patre directus fuerat, ad eum reuersus est. Ludouicus uero, capta Barcinona ciuitate que in hispanico limine sita est[4] subactaque Dertosa que est in ripa Hiberis fluminis cum plurimis circumadiacentibus, ad patrem rediit. Eodem tempore IIIJ. nonas septembris fuit eclypsis lune. Eodem anno IJ. kalendas februarii cum luna erat XVI. stella Iouis per eandem lunam transire uisa est. Et idibus februarii fuit eclypsis solis media die. Iterum IIIJ. kal. martii, fuit eclypsis lune. Mense augusti XI. kal. septembris eclypsis lune facta est hora noctis tertia[5]. Interea Pipinus rex Italie Caroli imperatoris filius diem obiit. *Pippinus f. Caroli † 810* Eodem anno sol et luna bis defecerunt; sol quidem VII. idus iunii, et II. kal. decembris; luna uero XI. kal. iulii, et XVIII. kalend. ianuarii[6]. Cum imperator Aquisgrani resideret duas accepit legationes pro pace petenda: una quidem Nicephori Constantinopolitani imperatoris; altera uero regis Danorum, et pace firma'ta misit eos a se. Nec multo post Carolus *c. 188 a Carolus f. Caroli † 811* filius imperatoris, qui maior natu erat defunctus est[7]. Preterea Nicephorus imperator Constantinopolitanus post multas et insignes uictorias in Mesia prouincia, commisso cum Bulgaris prelio, moritur. Et Michael Curopalates gener eius imperator factus est. Hic ad imperatorem Carolum pro pace petenda direxit, quod et Leo papa satis laudauit. Tunc fuit solis eclypsis idus maii post meridiem[8]. Eodem anno Leo papa obiit. *Leo III p. † pridie id. iunii 816*

Et Stephanus diaconus ei papa successit, qui sedit annis VII, mensibus III[9]. Carolus im- *Stephanus IIII p. a. C. 816-817*

2. Uultzos *C* — 5. apod imperatorem *Sasso* — 6. incessa est *C* - ceterum *C* — 7. non tantum publicis *C* — 9. celebraret *C* — 10. Aquis generi *C* - de Constantinopolim *Sasso* — 12. Niceforum *C* — 14. hedificauit *C* - Aqui generi *C* — 15. Mogonciam *C* — 19. edifficatis duobus castellis super Albim ultra Saxones ad quos *C* 19-20. Barciona *C* — 20. que est in Ispanico limine scita *C* - subartaque *C* - Hiberis *B e Sasso* — 21. iidibus *C* — 22. luna erat XVIJ *C* — 28. Nicifori *C* — 30. Niceforus *C* — 32. Coropalates *C* — 34. idus magii *C* —

" eius, qui vocabatur Carlomannus; quem Adrianus papa " mutato nomine vocavit Pippinum, et uncxit regem " super Italiam fratremque eius Lodowicum super Equi" taniam „.

[1] *L. P.*, II, p. 81, § XXVI.

[2] EINHARDUS, *op. cit*, parla dei " Mauri „ e del danno fatto loro in Italia, ma tace particolarmente della Corsica. Di Corsica parla invece l'Anonimo che scrisse la Vita dell'imperatore Ludovico per gli anni 828-830; Cf. *M. G. H.*, *SS.* II, p. 632.

[3] IDEM, *idem*, § 17.

[4] Della presa di Barcellona non parla EINHARDUS, ma l'Anonimo in *Vita Hludovici imperatoris*, § 10, vol. cit. p. 611.

[5] *Annales Einsildlenses*, an. 807, *M. G. H.*, *SS.* III, p. 139.

[6] Cf. *Annales Xantentes*, *M. G. H.*, *SS.* II, p. 224: " 810, Sol et luna bis defecerunt, sol VI idus iunii et " luna XI kal. iulii, et Pippinus rex filius imperatoris " migravit „.

[7] *Annales Einsidlenses*, an. 810 e 811, vol. cit., p. 139.

[8] IDEM, loc. cit.: " an. 812. Ecclipsis solis id. Mai „. R. però qui erra, perchè Leone III, p. morì nell'816.

[9] *L. P. II, 49*. R. qui erra: Stefano IV, fu pon-

perator habito generali conuentu cum Aquisgrani hyemaret, Amalarium Treuerensem episcopum et Petrum abbatem Nonantulas Constantinopolim misit propter pacem cum Michele confirmandam [1]. Tunc etiam filium suum Ludouicum Aquitanie regem, cum imposita sibi corona imperialis nominis, sibi consortem fecit. Bernardum nepotem suum filium Pipini regis filii sui regem constituit et ad contuendam Italiam misit. Qui ueniens pactum cum Grimoaldo, tunc Beneuentanorum duce, firmauit, eo modo quo et Pipinus pater eius scilicet ut Beneuentani tributum singulis annis septem milia solidorum darent, quod etiam Ludouicus imperator postea pacto confirmauit [2].

c. 188 b Et Michael Constantinopolitanus imperator' Bulgaros bello appeters haud prosperis successibus domum reuersus, deposito diademate, monachus efficitur, in cuius locum Leo armenus Barde patricii filius imperator constituitur.

Carolus imp. † 27 ian. 814 Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCCXIIIJ, indictione VII, Carolus imperator dum Aquisgrani hyemaret, obiit anno etatis sue LXXI, regni autem XLVII subateque Italie XLII. Ex quo uero imperator et augustus est appellatus anno XIIIJ [3]. “Auxit etiam “<Carolus imperator> gloriam regni sui quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi “conciliatis. Adeo namque Hadefonsum Gallicie atque Asturie regem societate deuinxit, ut “cum is ad eum litteras uel legatos mitteret, non aliter se apud illum quam proprium suum “appellari iuberet. Scotorum quoque reges sic habuit ad suam uoluntatem per munificentiam “inclinatos, ut eum numquam aliter nisi dominum, seque subditos et seruos eius pronuntia“rent [4]. Cum Aaron rege Persarum qui, excepta India, totum pene tenebat orientem, talem “habuit in amicitia concordiam ut omnium, qui in toto orbe terrarum erant, regum ac prin“cipum amicitie eum rex ipse preponeret, solumque illum honore ac munificentia sibi colen“dum iudicaret „. Per legatos quoque suos inter uestes et aromata et ceteras orentalium *c. 189 a* terrarum opes ingentia illi' dona direxit, cum ei ante paucos annos miserit elephantum unum uiuum quem solum habebat. Concessitque eidem imperatori sacratissimum locum in quo est Saluatoris nostri sepulchrum, ut illius potestati adscriberetur [5]. Ipse autem imperator per singulos annos plurima ad eundem locum donaria mittebant. “Imperatores etiam Constan“tinopolitani Nicephorus, Michael et Leo ultro amicitiam et societatem eius expetentes, <mul“tociens> ad eum cum muneribus complures misere legatos; cum quibus tamen propter su“sceptum a se imperatoris nomen et ob hoc quasi qui imperium eis eripere uellet, ualde “suspectum fedus firmissimum statuit, ut nulla inter partes cuiuslibet scandali remaneret “occasio [6]. “Erat enim in amicitiis optime temperatus, ut eas et facile admitteret et con“stantissime retineret „ [7]. Ceterum per omne uite sue tempus ita cum summo omnium amore atque fauore et domini et foris conuersatus est, ut numquam ei uel minima iniuste seueritatis a quoquam fuisset obiecta [*culpa*]. “Religionem christianam, qua ab infantia fuerat imbutus, san“ctissime et cum summa pietate coluit [8] ecclesiam mane et uespere, item nocturnis horis et

---

1. Hamalarium *C* — 3. habbatem *C* - Namnetis *C* - Michaele imperatore *C* — 12. anno domini *C* — 16. Adelfonsum *B e Sasso*; Hadefonsium *C* - Asturicem *C* - societatem *C* — 17. is ad eum *C* - proprium filium suum *B e Sasso* — 18. Scottorum *C* — 24. elephantem *B e Sasso; A C* elephantum *come* Einhardus, § 16. — 25. concessit *B e Sasso* — 26. ascriberetur *C* — 28. Niceforus *C* — 28-29. multocies *B e Sasso* — 29. quam plures legatos misere *C* — 35. quam ab infantia *C* — 36. item ei *B e Sasso*

tefice per 7 mesi. In questa parte del resto R. confonde parecchio.

[1] *Vita Hludovici imper.*; *M. G. H.*, *SS.* vol. II, cit., p. 619: “Inter quas vel precipua fuit imperatoris “Constantinopolitani nomine Michaelis, cui domnus “Karolus missos miserat Amallarium Treverum episco“pum et Petrum Nonantule abbatem pacis confirmande “gratia „.

[2] Idem, *idem*, loc. cit.

[3] Einardus, *op. cit.*, §§ 30 e 31. Secondo Einardo Carlo Magno morì nel 72^{c} anno d'età

[4] Idem, *idem*, § 16 R., che copia alla lettera, omette: “Extant epistole ab eis ad illum misse, quibus huius“modi affectus eorum erga illum indicatur „.

[5] R. ha in questi due periodi invertito la disposizione di alcune frasi di Einardo.

[6] Idem, *idem*, loc. cit.,

[7] Idem, *idem*, § 19.

[8] Idem, *idem*, § 26. R. salta il resto di questo periodo e tutto ciò che si riferisce alla fondazione della Chiesa d'Aquisgrana.

“sacrificii tempore, quo eum ualitudo permiserat, impigre frequentabat curabatque magnopere, ut omnia que in ecclesia gerebantur, magna fierent honestate[1]. Amabat peregrinos, et in eis[1] suscipiendis magnam habebat curam, ita adeo ut eorum multitudo non solum palatio, *c. 189b* uerum etiam regno uideretur onerosa, ipse pre magnitudine animi huiusismodi pondere minime grauabatur[2]„. “Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti que tamen iustam non excederet, nam septem suorum pedum proceritatem eius constat habuisse; apice capitis rotundo, oculis pregrandibus ac uegetis, naso paululum mediocritatem excedenti, canitie pulchra, facie leta et hilari[3], uoce clara, incessu firmo totaque corporis habitudine uirili, uestitu patrio, idest francisco utebatur; ad corpus camisia linea et feminalibus[4] lineis, tunica uero que limbo serico utebatur; tibialiis quoque cum falciolis crura et pedes calciamentis constringebat[5]; amphiballo ueneto amictus et gladio semper accinctus[6]. Peregrina uero *156.* indumenta quamuis pulcherrima respuebat, nec umquam eis indui patiebatur[7]. In festiuitatibus <quidem precipuis> ueste auro texta <gemmisque> et calciamentis gemmatis, diademate quoque ex auro et gemmis ornatus incedebat <et gemmato ense>: aliis autem diebus habitus eius parum a communi ac plebeio distabat[8]. In cibo temperatus, in potu temperatior„, inter cenandum numquam histriones, sed aut sapientem, “aut lectorem audiebat: legebantur ei historie et antiquorum res geste ac libri precipue sancti Augustini, in *c. 190a* his precipue delectabatur[9]. Erat eloquentia copiosus et exuberans, poteratque quidquid uellet apertissime exprimere„; latinam linguam ita didicit ut ea tanquam patria uteretur. Artes liberales studiosissime coluit, litterarumque sapientes plurimum ueneratus, magnis ditabat honoribus[10]. “Circa pauperes sustentandos et gratuitam liberalitatem, quam Greci elemosynam uocant, <ita> deuotissimus <extitit>, ut non solum in patria et in regno suo id facere curauerit, uerum trans maria in Syria et Egypto, atque Africa, Hierosolymis, Alexandrie atque; Carthagini, ubicumque christianos in paupertate uiuere compererat, penurie eorum compatiens, pecuniam mittere solebat[11]„. Sacra ac uenerabilia loca colebat et precipue romanam ecclesiam, “in cuius donaria magna uis pecunie tam in auro quam in argento, nec non et in gemmis ab illo congesta est„ cuius quidem pontificibus multa munera largitus est. In omnibus tamen quibus regnauit annis quater tantum uoti causa Romam profectus est.

Prosapia siquidem regum a beato Arnulpho usque ad Carolum imperatorem, ut in Francorum habetur historiis, sic annotatur: “Buotgisius illuster uir genuit Ansgisum; Ansgisus genuit Pipinum maiorem domus; Pipinus genuit Carolum ducem; Carolus dux genuit

1. eum ualetudo *B e Sasso* - inpigre *C* — 9. francico *B e Sasso* — 10. calceamentis *B e Sasso* — 11. amphibalo uenero *B e Sasso;* uenero *A C*: *correggo secondo* EINHARDUS, *op. cit.*, § 23 — 12. quam uis *C* — 13. calceamentis *B e Sasso* — 16. nuquam *C* - lectionem *B e Sasso*: *A C*, *conforme* EINHARDUS, § 24 — 18. iis precipue *B e Sasso* — 19. ut eam *C* — 21. literarum.... ditabat muneribus *A C conforme* EINHARDUS, § 25 — 22. gratuita liberalitate.... helemosinam uocant *C* — 23. mare *B e Sasso*; Siria *C* - Hierusolimis *C* - Cartagini *C*; Carthagine *B e Sasso* — 27. et in gemmis *B e Sasso* — 29. Arnulfo *C* — 30. Ansgisium Ansgisius *B e Sasso*; Angisium, Angisisius *C*

[1] EINARDUS, *op. cit.*, loc. cit.

[2] IDEM, *idem*, § 21.

[3] IDEM, *idem*, § 22. R. omette: “Unde forme auctoritas ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima adquirebatur quamquam cervix obesa et brevior....„. Del periodo seg., inverte le prime parole e salta subito al § 23: “Vestitu patrio etc.„.

[4] IDEM, *idem*, § 23: “feminalibus„ che Sasso erroneamente corregge: *foemoralibus*.

[5] R. omette: “et ex pellibus lutrinis et murinis thorace et murinis thorace confecto humeros ac pectus hyeme muniebat„: e muta la frase seguente: *sago veneto* in amphiballo veneto„, facendo del verbo ἀνφιβάλλω un sostantivo.

[6] R. omette il resto di questo periodo e tutto il seguente.

[7] Anche qui R. salta il resto del periodo.

[8] R., pur copiando, aggiunge qualche frase che ha posto fra parentesi e muta *abhorrebat* in *distabat*.

[9] EINHARDUS, *op. cit.*, § 24: “delectabatur et libris sancti Augustini, precipueque his qui de civitate Dei pretitulati sunt„. R. salta tutto il resto del § 24 e passa al 25°.

[10] IDEM, *idem*, § 25: “.... earumque doctores plurimus veneratus, magnis adficiebat honoribus„.

[11] IDEM, *idem*, § 27. Einardo, com'è noto, nello scrivere la vita di Carlo Magno tenne presente SUETONIUS TRANQUILLUS, *De vita Caesarum*; cf. le note del PERTZ. *M. G. H.*, *SS.*, II, p. 452 e sg.

c. 190 b " Pipinum regem; Pipinus quoque rex genuit Carolum regem' famosissimum, et primum Francorum imperatorem " [1].

Ludovicus imp. a. C. 814-846 Ludouicus filius eius omnium Francorum consensu patri imperator succedens administrationem regni potenter clementerque curauit. Hic autem propter rebelliones in Saxoniam properans ad Welatabos, et usque ad litus oceani cum exercitu uenit: quibus domitis obsidibusque acceptis in Galliam reuersus est [2], et filios Lotharium quidem in Baioariam Pipinum uero in Aquitaniam misit [3]; alios uero filios suos Ludouicum et Carolum adhuc puerulos secum retinuit. Quo tempore Leo Constantinopolitanus imperator, qui Michaeli successerat, legatos pro pace confirmanda imperatori Ludouico misit; ipse autem Leo imperator anno imperii sui VIJ, factione Michaelis comitis domesticorum in palatio interemptus est et idem Michael imperium arripuit [4].

Stephanus III p. † 24 aut 25 ian 817 Interea Stephanus papa diem obiit annos pontificatus sui VIJ, et mens. IIJ.

Paschalis p. 817-824 Quo defuncto Pascalis successit, cuius electionem Ludouicus imperator, postquam de eo sibi legatio fuerat assensum dedit. Hic autem Rome edificauit ecclesiam in honore beate Marie, que dominica nominatur, quam etiam marmoreis uestiuit; sedit annos VJ [5].

Eugenius II p. 824-827 Eo defuncto successit Eugenius qui penitentialem librum composuit [6].

At uero Pipinus iussu patris Guasconiam cum exercitu ingressus, sublatis ex ea seditiosis, *c. 191 a* totam ipsam prouin'ciam ita placauit ut nullus in ea rebellis remansisse uideretur [7]. Imperator Ludouicus copiis adunatis Redonas ciuitate capta, que terminis est Brittannie contigua, Brittaniam ingressus, totam ferro et ignibus deuastans sibi subegit; qua subacta, obsidibusque receptis, Rotomagum est reuersus [8]. Ibi predicti Michaelis imperatoris ad eum cum muneribus causa firmande pacis legati uenerunt et ea sancita sunt reuersi [9]. Sequenti uero anno mense iunio in territorio Augustodunensi aere in tempestate mutato, " ingens fragmentum " ex glacie simul cum grandine cecidit, cuius longitudo XV, latitudo VII, grossitudo duos " pedes habuisse dicitur " [10]. Ludouicus imperator dum Aquisgrani conuentum haberet legatos de Normannia uenientes, similiter et legatos Danorum atque Frisiorum, nec non et Uultzorum Hispanieque, et Adelphonsi regis Galliciarum, regis etiam Sarracenorum, omnes quidem pacem petentes ac singulos dona deferentes recepit, quos et in pace dimisit [11]. Tunc filiis suis Lothario quidem Italiam, Pipino uero Aquitaniam, Ludouico autem Baioariam dono permisit; Carolum uero uirilibus armis idest ense cinxit, caput eius regali corona insigniuit, partemque regni, idest Neustriam, ei tribuit, " monens eos omnes ut unanimes essent et se *c. 191 b* " alterutro tuerentur " : Lotha'rio quoque coronam imposuit [12]. His quoque temporibus in territorio Tullense iuxta Commerciacum uillam puella quedam annorum XII circiter post sacram communionem, quam in pascha <de manu sacerdotis sumendo> perceperat, primo quidem

---

3. Ludouicus *A manca la capolettera L* — 4. amministracionem *C* — 7. uero Aquitaniam *C* — 13. in cuius *B e Sasso* — 14. hedificauit *C* - in honorem *B e Sasso* — 15. Domnica *Sasso* - marmoribus *B e Sasso* - sex *B e Sasso* — 19. Rhedonas *B e Sasso*: *Rennes* — 20. Brittanie, Brittaniam *C*; Britannie, Brittaniam *B e Sasso* — 21. Rothomagum *B e Sasso* — 23. Augustudonensi *B e Sasso*; Augustudensi *C* — 24. quindecim *C* — 25. septem *C* — 25. Uulzeorum nec non Frisiorum *C* — 26. Adefonsi *C* — 27. singuli dona ferentes *C* — 33. alterutri *A B* — 33. teritorio *C* — 34. de sacerdotibus *C manca*

[1] Cf.: Theganus, *Vita Hludovici imper.*, *M. C. H.*, *SS.* II, p. 590. *Buotgisius* è nome errato, sta per *Arnulphius*.

[2] Cf. p. 153, nota 2.

[3] *Vita Hludovici imper.*, *M. C. H.*, *SS.* II, cit. § 24 p. 619.

[4] Einhardus, *Annales*, an. 821 (12), *Vita Hludovici* cit. § 27.

[5] *L. P.*, II, p. 52 e sg. Secondo il *L. P.*, *Vita Paschalis*, XL, egli avrebbe dato *rugas ex argento pens. lib.* LXVI.

[6] *L. P.*, II. 69, dove non si ha però ricordo del libro penitenziale, come in Einhardus, *Annales* cit. a. 824

[7] Einhardus, *op. cit.*, a. 817.

[8] Idem, *idem*, a. 818.

[9] Idem, *Idem*, a. 819.

[10] *Annales Quedliburgenses M. G. H.*, *SS.* III, 42 an. 824: .... " In territorio Augustodunense ingens " fragmentum ex glacie simul cum grandine cecidit, cuius " longitudo 15 latitudo 7, crossi tudo duos pedes ha- " buisse dicitur ".

[11] Idem, *idem*, a. 820 e 821.

[12] *Vita Hludovici imper.*, § 59 e 60, an. 838 e 839; vol. II, cit., p. 644.

pane, deinde aliis omnibus cibis ac potibus abstinendo in tantum ieiunasse perhibetur ut nulla penitus corporis alimenta percipiens, sine omni uictus desiderio, plenum triennium compleuerit [1]. Quo tempore Eugenius papa decessit. *Eugenius II p. † 827*

In cuius locum Ualentinianus diaconus a Romanis electus et consecratus, uis decem menses in pontificatu compleuit; hic autem Ludouicum coronauit imperatorem [2]. *Valentinus p. an. 827*

Quo uita decedente " Gregorius presbyter tituli sancti Marci a Romanis electus, sed " non prius papa est ordinatus quam legatus Ludouici imperatoris Romam uenit et electionem " populi qualis esset examinauit „ [3]. *Gregorius IIII p. an. 827-844*

Ludouicus autem imperator natura clementissimus, quamuis in magnis seculi sublimitatibus constitutus esset humilitate tamen altius eminebat, qui initio sui imperii causas ecclesiarum diligenti cura pertractans, constituit ut Christi ministri non essent humane seruituti obnoxii et unaqueque ecclesia suos haberet sumptus uiuendi communiter, ne alicuius auaritia ministerio ecclesiastico ad proprium abuteretur questum, nec propter inopiam cultus negligerentur diuini et hoc opere curauit similiter et per' singula cenobia ordinauit stipendia monachorum, *c. 192 a* elemosynarum etiam largitione plurimarum sed et seruorum Christi orationum instantiam, quibus semper se commendabat, quotidie diuinitatem sibi placare studebat. Hic anno eius imperii XVJ [4] indictione VIJ., sed et anno dominice incarnationis DCCCXXX. apud Aquisgranum iussit congregari synodum' episcoporum catholicorumque et laudatorum uirorum clericorum ac laicorum propter statum atque utilitatem fidei, maxime regiminis ecclesiarum Dei, presidente Gregorio papa, et inter multa que iuste et pie ibi statuta sunt, in mandatis decretum est ut episcopi et clerici pretiosas exquisitasque uestes ac sericas, aut bracteis aureis seu gemmis cultis oneratas deponerent, nec ulterius talibus ornamentis uterentur: similiter et pretiosa cingula, siue huiusmodi pretiosa ac deaurata calciamenta; monstro namque simili dicitur et impietatis crimini deputatur, si ecclesiastice familie deputatus aspirare conetur ad huiusmodi pompe secularis gloriam [5].

Anno dominice incarnationis DCCCXXXVIIJ, indictione IJ, corpus beati Bartholomei' *a. 839* apostoli de Lypari insula in Beneuentum translatum est, principante tunc in eadem ciuitate Sicardo quinto iam Beneuentanorum principe filio Siconis principis [6].

Anno dominice incarnationis DCCCXL, indictione IIJ, 'Ludouicus imperator obiit anno *c. 193 b* *Ludovicus imp. † 20 iun. 840* uite sue LXIIIJ, imperii uero XXVIJ, Aquitanie autem prefuit per annos XXXVJ, sepultusque est Metis in basilica sancti Arnulphi [7]. Eodem anno facta est eclypsis solis feria IIIJ, ante ascensionem Domini, hora diei nona, II. nonas madii [8]. " Vertente igitur anno in die

---

2. plenum triennio *C* — imagnis *C* — 10. in initio *B e Sasso* — 13. neglegerentur *C* — 15. comendabat cotidie *C* — 16. eleemosynarum *B e Sasso* — 17-18 Aquasgranum *C* — 21. bratteis aureis *C* — 23. calceamenta *B e Sasso C* — 24. deputatus familie *C* — 26. Anno incarnationis uerbi DCCCXXXIX, *C* — 29. indictione III *C manca* — 31. Metritis *C* - Arnulfi *C* — 32. Magii *C*

[1] EINHARDUS, *Annales*, a. 825 e *Annales Quedlinburgenses*, vol. cit. loc. cit.

[2] *L. P.*, II., Qui R. accumula molti errori: Valentino " sedit dies XL „ e Ludovico fu coronato imperatore da Stefano III. Cf. pure EINHARDUS, *Annales*, an. 817: all'an. 717; e *Chronicon S. Shopie*, Cod. Vatic. lat., 4339, c. 10 A, all'an. 817.

[3] EINHARDUS, *Annales*, an. 827.

[4] Anno XVI, imperii idest ab incar. DCCCXXVIII, Ludovicus Pius placitum tantum edidit Aquisgrani de celebrandis quatuor Conciliis, ut ex *Labbeo* et *Balutio*. Così annota Sasso.

[5] EINHARDUS, Ann. cit. an. 830.

[6] PAULUS, *Continuatio* III, § 71, vol. cit. p. 215 *Annales Beneventani*, an. 838, *M. G. H.*, *SS.* III, p. 173 *Chronicon Cavense* 838: " Hoc anno mense augusto per " ind. I corpus S. Bartolomei apostoli ad Beneventi " urbem translatum est per manus . . . . „. Cf. LEO OST. I, 24: " Huius tertio ordinationis anno, superstite adhuc " prefato principe Sichardo, corpus beati apostoli Bar- " tholomaei de Lyparitana insula Beneventum transla- " tum est „. Cf. pure: *Chronicon Salernitanum*, § 72 bis.: D. ANTONINO AMICO, *Brevis dissertatio de servato apud Beneventanos S. Apostoli Bartholomaei corpore* (auctore), in R. STARRABBA, *Notizie e scritti inediti o rari di Antonino Amico*, Palermo, 1892, pp. 325 a 358; e C. A. GARUFI, *Le isole eolie a proposito del " Constitutum „ dell'abate Ambrogio del 1095*, *Studi e ricerche*, in Arch. St. per la Sicilia Orientale, 1912, an. IX, fasc. II, p. 162 nota 1.

[7] *Vita Hludovici imper.*, an. 840, vol. cit., p. 648. R. dà a Ludovico un anno meno di regno.

[8] Evidentemente v'è un errore, perchè RADPERTUS,

" ascensionis Domini apud Fontanetum in Burgundia fit bellum a quattuor filiis ipsius Ludouici, " Carolo scilicet, Lothario, Ludouico atque Pipino, ubi multus effusus est sanguis humanus [1]. " Ex quibus Carolus, qui appellatur Caluus, regnum Francorum et postmodum imperium Ro- " manorum obtinuit: Lotharius uero Italiam et eam partem Gallie sibi uendicauit, que usque " in hodiernum diem ex suo nomine Lotharii regnum appellatur [2]; Ludouicus autem Burgun- " diam, deinde Germanie regnum sibi uendicauit „; Pipinus uero Aquitaniam possedit. Post quattuor annos gens Normannica Galliam irrumpens Parisius usque uenit monasteriumque beati Germani depopulata est, quorum dux Ragenasius nomine sub principe Horich hanc deuastationem peragens post triduum expirauit [3]. Ceteri uero raptores et uiolatores sancti loci disenterie morbo perierunt [4].

Gregorius IV p. † an. 847 — *Sergius II p.* 844-847

Interea Rome Gregorius papa diem obiit.

Et successit ei in pontificatus honorem Sergius seditque annis IIJ. Cuius temporibus Sarraceni' deuastauerunt Italiam. Tunc quoque diuisus est principatus Beneuenti atque Salerni: et Beneuenti quidem princeps Radelchis', Salerni uero Sikenolfus factus est Princeps [5].

c. 193 a — *Radelchis princ. Beneventi* — *Sikenolfus princ. Salerni* — *Leo IIII p.* 847-855

Rome uero Sergio papa defuncto, Leo quartus successit in Romanum pontificatum, seditque annis VIIJ [6]. Hic autem Ludouicum Lotharii filium coronauit imperatorem, quique etiam edificauit ciuitatem, que porticus hodie nominatur, quam Leoninam de nomine suo appellauit [7]. Hic fecit ciborium super altare sancti Petri argenteum et ante ipsum altare tabulam auream mira gemmarum uarietate distinctam, et iuxta altare crucem auream, et regulas confessionis argenteas et portas ecclesie argenteas [8]. Hic edificauit ecclesiam Rome que hodie dicitur sancta Maria Noua, et ecclesiam sanctorum quattuor Coronatorum [9] Hic idem, ut in pontificali legitur, inuidiose super quibusdam criminibus pulsatus synodum congregauit, et se iuramento innoxium demonstrauit [10]. Hic quoque a Romanis orbatus est, qui licet orbatus, quandiu tamen uixit Romanam gubernauit ecclesiam [11].

Anno dominice incarnationic DCCCLV corpus beati Uincentii a Ualentia Yspanie ciuitate per quemdam monachum in Galliam deportatum est, et apud monasterium beati Benedicti in Gallia quod Castrum uocatur, situm in pago Al'biensium, conditum. Per idem

c. 193 a

---

1. Uergente *B e Sasso*; assensiones *C* — 4. optinuit *AC* - partem sibi Gallie uendicauit *C* — 5. exuo nomine *C* - Lotharium regnum *C* - quatuor *B e Sasso* — 7. Parisios *Sasso*; Parisius *A B C* — 12. successit ei Sergius in pontificatus *C*.... annos *C* — 14. Sichenolfus *B e Sasso* — 16. Hic autem Carolum Ludovici filium coronauit *C* — 17. que hodie porticus nominatur *B e Sasso* — 20. et portas ecclesie argenteas *C* manca - hedificauit *C* — 21. quatuor *B e Sasso* — 25. Anno incarnationis dominice *C* - Hispanie *B e Sasso*; Ispanie *C* — 26. est apud *C* — 27. Albiensi *B e C*

Casus S. Galli, gli *Annales Xantenses*, *Einsidlenses* e il *Chronicon Aquitanicum* riportano l'eclissi di sole alla 3ª non. di maggio; Cf.: *M. G. H.*, *SS.* II, pp. 212 e 233; III, p. 139. Fonte più diretta sembrano gli *Annales Xantenses* (vol. II, 212): " Et tercia Maii, idest tercia die " rogationum hora nona ecclipsin solis facta est et stelle " manifeste sunt visi in celo velut noctis tempore .... „. Codesto errore mostra chiaro che R. copiò dalla *Historia Francorum Senonensis*, da dove trasse anche la notizia seguente.

[1] *Historia Francorum Senonensis*, in *M. G. H.*, *SS.* IX, 365, *anno Domini*, 840. Cf. pure *Chronicon Casinense*. an. 842, in *M. G. H.*, *SS.* III, 223.

[2] Odierna *Lorraine*.

[3] *L. P.*, II, 86. JOHANNES DIACONUS, *Gesta episcoporum Neapolitanorum*, § 60 *M. G. H.*, *SS.* R *Lang. et Ital.*, cit., pp. 432 e 433.

[4] *Annales Xantenses*, cit., p. 228 ann. 845 e sg. coi nomi: *Reginherius* e *Rorik*.

[5] *Annales Cavenses*, an. 843; ERCHEMPERTUS, *Historia Langobardorum Beneventanorum*, § 15 a 18, in *M. G. H.*, *SS. R. Lang. et Ital.* cit., pp. 240 e 241.

[6] 10 *L. P.*, II, 406: " .... sedit an. VIII mens. III dies VI „.

La sinodo Romana ai tempi di Leone IV, come dimostrò il DUCHESNE, *op. cit.*, II, 138, n. 55, ebbe luogo l'8 dic. 853; cioè, come si ha in HARDOUIN, vol. V, p. 69, nel 5º anno dell'impero di Ludovico II, il quale fu quindi coronato imperatore nel 848.

[7] L. P., II, pp. 123 e 137 n. 47. Duchesne ha riportato la seguente iscrizione:

" Civitas | Leoniana | † temporibus Domini Leonis " quarti pontificis hanc pagine et duas turres saltisine " militia construxit † „.

[8] IDEM, II, 113 e 128.

[9] IDEM, II, 113.

[10] IDEM, II, 159. Cf. nota 2, p. 159.

[11] " Confudit hic auctor Leonem III, cum IV „; così giustamente nota Sasso. Cf. *L. P.*, *Vita Leonis* III, II, p. 4, che ebbe cavati gli occhi e strappata la lingua.

p. 161 sequitur p. 144.

Anno dominice incarnationis MXXV indictione VIIJ, Henricus Alamannorum imperator defunctus est, cui successit Churradus qui dux eius fuerat[1]. Eodem anno papa Benedictus obiit et successit ei Iohannes frater eius, " qui uno eodemque die et laicus fuit et pontifex ", seditque annos VIIIJ et dies VIIIJ[2].

Henricus II imp. † 1024. Iul. 13. *Benedictus VIII p* † 1024 *Iohannes XVIII p.* 1024-1033

Anno domini MXXVIJ indictione X apud Constantinopolim Constantinus imperator obiit et successit ei Romano gener eius una cum eius exure Zoy imperatrice, regnauitque anno V[3].

Costantinus VIII imp. 1028. Nov. 9 *Romanus III Argyrus.* 1028-1034

Anno dominice incarnationis MXXX, indictione XIIJ Iohannes[4] princeps Salerni defunctus est anno principatus sui LVII, et successit ei Guaymarius filius eius.

Guaymarius III princ. Salerni † 1027 (mar.-apr.). *Guaimarius IV*- 1027 *Romanus imp.* 11 apr. 1034

Anno dominice incarnationis MXXXJ, indictione XIIIJ Romano imperator Constantinopolitanus mortuus est, et successit ei in imperium Michael qui dicitur Catalactus cum Zoy

---

1. Anno Domini *C*; Anno *Sasso* — 2. Chunradus *B C*, *Sasso e Arndt* — 5. Anni Domini MXXVIII *A*; Anno ab d. MXXVIII *C che Arndt contro il suo sistema, legge:* Anno ab Domino; Anno MXXVII *Sasso* — 6. Zoi *C e Arndt* - regnauit annos *C e Arndt* — 9. Anno Domini *C e Arndt*; Anno MXXX *Sasso* - Anno Domini *C e Sasso*, Anno MXXXI *Sasso* — 10-1. Zoi imperatrice *C e Arndt*

[1] Cf.: Leo Ostiensis, II, 56, M. G. *H.*, *SS.* VII, 665: *Defuncto igitur augustae memoriae imperatore Heinrico anno Domini* 1025, *et Chuonrado duce qui Cono dictus est, eiusdem Heinrici electione in regem levato* etc. La medesima notizia è nel *Chronicon S. Sophie*, Cod. Vat. lat. 4339, c. 13 A: 1025. " Henricus rex obiit et " Chuonradus eligitur ". Cf.: Stumpf-Brentano, *op. cit.* vol. III, 13 lug. 1024.

[2] *L. P.*, II, 269: " .... sedit ann, VIII mens. VI ". R. però segue il Catalogo Vaticano 3764, che dice: " sedit an. VIIII m. VIIII ". La frase fra virgolette è presa dalle Vite dei Pontefici che il Cardinale Bosone trasse da Bonizo; cf. *L. P.*, II, 353.

[3] Gelzer in Krumbacher, cit. p. 1000.

[4] Tutti i Codici di R. hanno *Iohannes*; ma Giovanni di Lamberto compì nel 999 il suo sedicesimo ed ultimo anno di principato, lasciando a successore *Guaimarius* III° o IV°, come direbbe lo Schipa (*Storia del principato longobardo di Salerno* in Archivio Storico Napoletano vol. XII, 1887, p. 510) alla fine del suo decimo anno di principato insieme col padre. È chiaro quindi che la nota necrologica di R non si riferisce a Giovanni, ma a questo Guaimaro che Lupo Protospata dice morto nel 1029 e gli *Annales Barenses* nel 1030.

Neppure il Necrologio del *Liber Confratrum* di S. Matteo di Salerno, che fra poco licenzierò alle stampe per l'Istituto Storico Italiano, ci permette di risolvere il quesito, cominciando le note necrologiche verso l'ultima decade del secolo XI.

Comincio con l'osservare che per dare a questo Guaimaro cinquantasette anni di regno è necessario pensare che R abbia computato a cominciare dal 970, giacchè, essendo sicuri ch'egli governò Salerno fino al febbraio 1027 (*Cod. Dipl. Cav.* V, doc. DCCXC), e compì quasi il suo trentottesimo anno di principato iniziato nel febbraio o marzo 988. R., infatti, dopo Gisulfo I. non ricorda alcun altro principe di Salerno, e tace dei governi di *Paldolfo e* del duca Mansone, quasi l'avesse considerati usurpatori, come tace pure di Giovanni di Lamberto.

E veniamo alla data di morte.

A. di Meo (*Annali*, VII, 143 a 146) affermò ai suoi tempi che se i documenti di Badia di Cava dal 1031 al 1037 portano or sì or no nell'*intitulatio* di Guaimaro IV o V, il *quondam Guaimari filii*, dal febbraio 1027 al novembre del 1031 nessuno lo riporta; sicchè è presumibile, egli dice, o che Guaimaro III fosse in quell'anno deposto per qualche sollevazione di popolo, o che, come Guaiferio, avesse preso l'abito monacale e fosse poi morto nel 1031. Il Wattenbach, annotando la *Cronaca* di Leo Ostiense (*M. G. H.*, *SS.* IX, 670 n. 55), accettò la tesi del Di Meo, molto a lungo discussa ed accettata dal Köpke (*op. cit.*, pp. 148 e 149), e ritenne Guaimaro morto non oltre il 1031. L'Arndt invece, nel suo commento a R. (p. 403 n. 24) non accolse questa soluzione, e riportò a proposito il doc. della Badia di Cava, ricordato allora dal De Blasi e pubblicato ora nel vol. V°, n. DCCXCI, di quel Codice diplomatico che porta l'*intitulatio* seguente: *In nomine Domini nono anno principatus domini nostri Guaimari et primo anno principatus domine Gaitelgrime genitrice eius gloriosi principis.* Nell'annotazione marginale però egli, che spesso corresse le date, pose il 1030 seguìto da un punto interrogativo. Ciò malgrado gli editori del Codice diplomatico di Cava nella *Tabula Chronologica* modificata dal De Blasi, scrissero accanto al 1027: *Guaimarius III vero post tres aut quatuor annos a die suae electionis moritur.* Lo Schipa, lo Heinemam, il Gay e lo Chalandon, quest'ultimo di proposito (vol. I, 74 nota 2), assegnano tutti come anno di morte il 1027; ma nessuno di loro studiò il quesito diplomatico posto dal Di Meo che, se vero, potrebbe ancora lasciarci dubbiosi sulla vera data di morte.

Avverto anzitutto che nella diplomatica salernitana della fine del secolo decimo e principio dell'undecimo, non era uso di porre nell'*intitulatio* del principe successore la formula *quondam* ad indicare la morte del padre.

c. 242 b Quo defuncto, W[ilhelmus] filius eius maior, natus annos duodecim, illi in regno successit. Hic autem secundo die post mortem patris, ex mandato regine, consilio archiepiscoporum *mai. 17* et episcoporum et baronum et populi in regem est promotus. Nam eo die cum maxima gloria et apparatu regio ad ecclesiam beate Marie de Panormo ueniens, assistentibus plurimis archiepiscopis et episcopis et baronibus, a R[omualdo] secundo Salernitano archiepiscopo in regem unctus est et coronatus[2]. Postmodum uero cum magno honore et totius populi gaudio et letitia ad palatium rediit coronatus. Regina uero, utpote mulier sapiens et discreta, manifeste cognoscens, animos populi sui, propter molestias quas a rege W[ilhelmo] passi fuerant, plurimum esse turbatos, illos ad amorem et fidelitatem filii sui beneficiis credidit prouocandos. Inde est, quod salutari usa consilio, carceres aperuit, captiuos plurimos liberauit, liberatis terras restituit, debita relaxauit, comites et barones, qui de regno exulauerant, reuocavit in regnum, et eis terras sublatas reddidit. Ecclesiis, comitibus, baronibus, militibus terras multas regia liberalitate concessit. His autem et plurimis aliis beneficiis, totius populi sui animos in fidelitatem et dilectionem filii sui uehementer accendit, ita quod de fidelibus fideliores et de deuotis devotiores effecit[3]. Eodem tempore gaytus Petrus eunu- *c. 243 a* chus et magister' camerarius palatii cum quibusdam aliis fugam petiit, et ad regem de Morrocho ueniens multam secum pecuniam transportauit[4].

Emmanuel autem imperator Constantinopolitanus, cognita morte regis W[ilhelmi], nuntios suos ad regem W[ilhelmum] iuniorem in Siciliam misit, mandans quod libenter pacem cum eo innouaret, et filiam suam unicam et heredem sui imperii simul cum imperio illi in uxorem traderet[5]. Rex autem et regina, habito consilio, frequentes pro hoc negotio legatos ad imperatorem misit et recepit, pacem cum eo pristinam innouauit, negotio parentele propter

---

1. mirabili *A*; mirabil *C* — 3. preciosis *C e Arndt* — 3-4. prebendos *C* — 4. tractari *C e Arndt* — 5. celebrare *A* — 6. Anno ab incarnatione Domini .... septimo die Madii circa hora nona *C*; Defunctus est autem rex Willelmus anno vite sue XLVI, anno autem regni sui quo cum patre suo et perse regnaverat XV, mensibus decem. Quo defuncto .... *B* — 8. et *manca C* — 11. tocius *C e Arndt* — 12. palacium *C e Arndt* — 13. iōs *su rasura sono riscritte da mano recente C* - Guilielmo *B e Sasso* — 20. devociores *C e Arndt* — 21. peciit *C e Arndt* — 23. Emanuel *C e Arndt* - Guilielmi *B e Sasso* — 24. Guilielmum *B e Sasso* - pace *C* — 26. negocio *C e Arndt*

[1] Cf. p. 232 n. 5. Dalla testimonianza di R. risulta che i musaici e i rivestimenti marmorei delle pareti della Cappella Palatina furono eseguiti per ordine di Guglielmo I. Cf. pure Garofalo, *Tabul. R. ac Imper. Capp. Colleg. divi Petri in R. Panormitano Palatio*, Palermo, 1835, p. 20 e sg.

[2] Calcolo la proclamazione al regno due giorni dopo la notizia ufficiale della morte di Guglielmo I. Di Meo, *Annali*, X, 293, osservò bene che " nella Cronaca dei Principi di Salerno del Pellegrino se gli " danno al regno (di Gulielmo II) anni 23 e mesi 6, ed " essendo morto a 16 di Novembre del 1189, prese il " trono al 16 di maggio di questo (anno) ".

Errano gli *Annales Casin.* riportando la coronazione agli idi di Luglio.

[3] Ugo Falcando, p. 90, concorda in questa parte con R.

[4] R. tace tutti gli intrighi di corte e l'importanza che codesto eunuco, maestro Camerario di Palazzo, avrebbe avuto nell'amministrazione del regno, secondo il Falcando, e accenna solo alla sua fuga con parte del tesoro reale, coll'aria di chi aveva preveduto il tradimento, punto curandosi che la regina s'era affrettata a smentire il furto del tesoro.

Codesto Pietro, opinò bene l'Amari (*Storia dei Mus.*, III, pp. 495-496), s'identifica con Achmet, originario delle Gerbe, che al dire di Ibn-Kaldûn (*Bib. Arabo-Sicula*, II, 166, 238), Ruggiero avrebbe elevato ai servizî dello Stato. Egli, caduto in disgrazia per gli intrighi di corte, sarebbe fuggito a Tunisi e di là al Marocco, dove ebbe dal Califo Jusuf il comando della flotta.

Nel marzo del '67 Maestro Camerario di Palazzo era gaito Ricon; cf. Garofalo, *Tabul. R. ac Imp. Capp. Colleg. divi Petri* cit., p. 24.

[5] Dandolo, *op. cit.* in Muratori, *RR. II. SS.*, XII, 289. Di Maria, figlia del Commeno, s'occupò a lungo il Ducange, *Familiae Byzantinae*, p. 155; Chalandon, *op. cit.*, III, 359, n. 1, opina con molta probabilità che codeste trattative di matrimonio furon fatte nell'estate del '66.

multa capitula, que interueniebant, indiscusso manente. Rex autem W[ilhelmus] propter multa beneficia, que ipse et regina suo populo contulerunt, multum cepit a suis hominibus diligi et regnum suum in pace et tranquillitate tenere. Eo tempore Henricus naturalis frater [c. 1167] regine in Sicilia ad regem uenit, cui rex comitatum Montis Caueosi et unam de filiabus regis Rogerii in uxorem concessit [1]. His etiam diebus Stephanus filius comitis de Percia, clericus et consanguineus regine, in Sicilia ad regem uenit, quem rex et regina primo cancellarium, post hec in Panormitana ecclesia eligi fecerunt [2]. Qui in breui spatio temporis tantam regis et regine gratiam et familiaritatem optinuit, quod totum regnum pro suo arbitrio disponebat.

Hoc autem tempore Fredericus imperator Teutonicorum iterum Italiam intrauit, et per [1166 nov.] partes Marchie' usque Anconam uenit et eam obsedit [3]. Misit etiam Raynaldum cancellarium [c. 243 b] et Andream de Rupe-canina cum quadam parte sui exercitus usque Tusculanum, ut [1167 apr.] pape Alexandro et Romanis guerram inferrent [4]. Romani uero superbi et elati, plus iusto de [mai. 29] suis uiribus presumentes, inconsiderate et inordinate super Teutonicos irruerunt. Teutonici uero positis insidiis ex aduerso, Romanos expugnauerunt, et multi ex eis capti sunt et occisi. Reliqui uero fugientes uix in Urbem se recipere potuerunt [5]. Quod factum Alexandrum papam et omnes ciues Romanos plurimum perturbauit, et eis timorem uehementer incussit. Cancellarius autem nuntios ad imperatorem misit, mandans ut cito ad Urbem ueniret, quid eam posset pro sua uoluntate disponere. Qui licet Anconam iam expugnasset, et in eo esset, ut terram W[ilhelmi] regis inuaderet, festinus tamen in Augusto ad Urbem rediit, et [iul. 24] iusta ecclesiam beati Petri sua castra locauit [6]. Romani uero tum pro morte parentum suorum, tum quia multi ex eis ab imperatore capti detinebantur, ei resistere non potuerunt.

---

1. Guilielmus *B e Sasso* — 3. Enricus *A* - spacio *C e Arndt* — 11. Rainaldum *C e Arndt* — 13. papa *C* — 14. Teutonicis *C* — 18. nuncios *C e Arndt* — 22. multis *C*

[1] Ugo Falcando, p. 107: "....hunc ergo regina, "cum antea Rodericus diceretur.... Henricum appellari "precepit, et ei Montis Caveosi comitatum integre de"dit oppidaque Sicilie que cum eodem comitatu Gau"fridus comes olim tenuerat": cf. Garufi, *I conti di Monte Scaglioso*, cit., p. 55 e seg., dell'estr.

[2] Ugo Falcando, pp. 109-110 e n. 1, dà ragione della controversa genealogia di codesto Stefano, ingegnosamente ricostruita dal La Lumia, *Storia della Sicilia sotto Guglielmo II il Buono*, Firenze, 1867, I, 264 n. 1 e 268 n. 1. Chalandon, *op. cit.*, II, 320 n. 4, propenderebbe invece per la tesi del Bréquigny, combattuta dal La Lumia; farebbe, cioè, Stefano figlio di Roberto fratello di Luigi VII, che sposò Haroise vedova di Rotrou II morto nel 1143. La voce *adolescens*, egli dice, usata dal Falcando per codesto Stefano non s'adatterebbe al figlio di Rotrou II, che nel 1167 sarebbe stato più che venticinquenne. Ma la nomina di lui a Cancelliere del regno, con tutte le sfarzose ed insolite solennità che l'accompagnarono, spiacque a tutti i partiti che aspiravano al potere, e quindi anche al Falcando che poteva considerarlo come un giovanetto per l'importanza dell'ufficio. E della nomina si dispiacque anche R., che non volle neppure far sapere com'egli l'avesse ordinato suddiacono; notizia che sappiamo solo dal Falcando, p. 111.

[3] Boso, *Lib. Pontif.*, II, 414: "....In diebus illis, "cum adhuc F. imperator obsideret Anconam, societas "Lombardorum in libertatis sue soliditate fortius ro"borata, dignum duxit ut Mediolanenses in civitatem "suam Domino auxiliante reduceret, ut diruta menia "suffragantibus beati Ambrosii meritis studiosius repa"raret". Cf. pure Ottone Morena, *Anonymi Laudensis contin.*, *M. G. H. SS.*, XVIII, 646. H. Prutz, *Kaiser Friedrich I*, Dantzig, 1873, II, 14-17, e H. Reuter, *Geschichte Alexander des drittens und der Kirche seiner Zeit*, Leipzig, 1863, II, 237-238, credettero, mutando i fatti, che le città del Nord apprendessero dapprima la venuta di Federico come il principio della fine delle loro sofferenze. La lega di resistenza, dicon loro, venne dopo la dieta di Lodi. A quest'opinione accedette anche lo Chalandon, *op. cit.*, II, 356, ma è erronea. La nuova spedizione del Barbarossa aveva il fine di cacciar via i Bizantini da Ancona, condurre a Roma l'antipapa Pasquale e conquistare infine l'Italia Meridionale.

[4] Ottone Morena, loc. cit., e gli *Annales Ceccanenses* in *M. G. H. SS.*, XIX, 285, ricordano in quest'impresa Rainaldo di Dasfel, il Cancelliere, Cristiano di Magonza, Roberto di Loretello, Andrea di Rupecanina e Riccardo di Fondi.

[5] Arndt annota: *V. Raynaldi epistolam ad Colonienses*, *edit. a V. C. Sudendorf*, *Registrum* etc. II, 146, n. 62. Cf. Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 416: "....Hec "igitur at alia inminentia mala cum beatus pontifex "consideratione sollicita previderet, post illud exci"dium populi.... dimisso Lateranensi palatio, cum "fratribus suis et eorum familiis ad tutas domos Fra"gapanum descendit, et apud sanctam Mariam Novam "et Cartulariam atque Coloseum se cum eis in tuto "recepit....".

[6] Ottone Morena, *op. cit.*, p. 653.

Unde imperator, hac occasione inuenta, armata manu ecclesiam beati Petri uiolenter inuasit.
iul. 29 Porticum, que erat ante ecclesiam, comburi fecit, Guidonem Cremensem in ecclesiam in-
iul. 30 duxit et eum ibidem missam canere fecit[1]. Quo cognito, Alexander papa, qui tunc in turri
aug. Cartularie morabatur, in habitu peregrini cum paucis Urbem exiit, et Gaietam usque perue-
c. 244 a nit, et ibi assumpto pontificali habitu, 'Beneuentum ueniens a ciuibus eiusdem ciuitatis honorifice est receptus[2]. Deus autem iniuriam apostolo Petro illatam et ecclesie sue uiolationem condigna pena multauit, nam incontinenti mortalitas maxima exercitum imperatoris inuasit, ita quod cancellarius[3], et Carolus Corradi filius[4], et multi nobiles, et maxima pars exercitus sui in breui spatio temporis interiit. Quod imperator uidens et Dei uindictam manifeste cognoscens, relicto apud Urbem prefecto, uix cum paucis tristis et merens in Alamanniam rediit[5].

Rex autem W[ilhelmus], ut prediximus, propter multa beneficia, que ipse cum matre sua regno suo contulit, ab hominibus suis cepit multum diligi, et regnum suum uiriliter in pace tenere. Stephanus autem cancellarius primo quidem omnibus se humilem et benignum exhibuit, postmodum uero in superbiam elatus, consilio prauorum hominum, indigenas terre cepit habere odiosos pariter et suspectos[6]. Qui circa natiuitatem Domini cum rege et regina et magnatibus curie Messanam uenit[7]. Gilbertus etiam comes Gravine, regine et can-
dec. cellarii consanguineus, qui tunc capitaneus erat totius Apulie, cum magna manu militum Messanam accessit. Cancellarius autem, habito cum eo consilio, comitem Henricum fratrem re-
1168 gine capi fecit, et apud Regium custodiri, imponens ei, quod ipse cum multis mortem cancellarii et comitis Gilberti iurasset[8]. Pro qua occasione Riccardus comes de Mulisio,
c. 244 b Bartholomeus' de Parisio[9], Iohannes de Sinopoli[10] et multi alii capti sunt et in custodia positi.

1. arm *di prima mano, altri aggiunse* ata *C* — 6. susceptus *C e Arndt* — 8. Chonradi *B e Sasso*; Conradi *C* — 10-11. Alamā *di prima mano, altri col solito inchiostro sbiadito aggiunse* niā *C* — 13. virit' *di prima mano, altri col solito inchiostro sbiadito soprascrisse* li *C* — 15. exibuit *C e Arndt* — 19. consilio cum eo *di prima mano che corresse con richiami speciali C* - Enricus *A* — 20. multis *di prima mano, altri col solito inchiostro sbiadito segnò la linea d'abbreviatura su* l *C* — 21. Milisio *C*

[1] Boso, *Lib. Pontif.*, II, p. 416.

[2] Idem, II, p. 417: "....pontifex.... procedens "ultra fluvium Legule et undique ad eum tam cleri- "corum quam laicorum frequentia concurrente, per Ter- "racinam et Gaietam cum gaudio et letitia transiens, "ad patrimonium tandem Beneventanum cum episco- "porum multitudine Domino favente pervenit".

[3] Rainaldo Cancelliere e Arcivescovo di Colonia morì il 14 ag. 1167.

[4] Arndt annota: "immo dux Fridericus de Ro- "tenburg, regis Conradi filius, qui obiit die 19 Aug.". V. Stälin Wirtemb., *Gesch.*, II, p. 101.

[5] Boso, *Liber Pontif.*, II, 418: "Inmisit (Deus) "enim tantam subitanee mortis pestilentiam in eius "(Frederici) exercitum ut infra VII dierum spatium "fere universi maiores ipsius principes qui secum Ec- "clesie adversabantur morte subitanea corruerent et "miserabiliter morerentur. De quorum numeros paucos "famosiores duximus nominandos: Fredericum Bawarie "ducem, Henricum comitem de Nasove, Borchardum "comitem de Halremont, H[enricum] comitem de Lipia, "R[aynaldum] Cancellarium, ecclesie Coloniensis intru- "sum, et L. fratem eius comitem, episcopum Verdensem "pertinacem scismaticum".

[6] Ugo Falcando, pp. 118 e 119.

[7] Idem, p. 130: "Itaque rex XV die novembris, "ut constitutum fuerat, Messanam proficiscitur, relictis "Panormi militibus ad ipsius custodiam civitatis". Ma nel nov. 1167 Guglielmo II condedette un diploma per la chiesa di S. Andrea Apostolo in Bonagia, presso Trapani; cf. K. A. Kehr, *op. cit.*, p. 436.

[8] Ugo Falcando, p. 133 e sg.

[9] Idem, pp. 86, 105, 132 e 142; "Bartholomeus Pe- "rusinus" che Del Re (*Cronisti e Scrittori sincroni della dominazione Normanna nel regno di Puglia e Sicilia*, Napoli, 1845, I, pp. 340, 353, 369 e 396) dice "Peru- "gino", insieme con altri giustizieri e funzionari dello Stato, sotto il patrocinio di gaito Pietro, impoverì la plebe con innumerevoli rapine e la malmenò con oltraggi. La lezione di R. relativa al patronimico è esatta. Della famiglia dei Parisio, originaria da Parigi come indica il patronimico derivato senza dubbio da un antico toponimico, si hanno molte notizie in Sicilia nel Salernitano e nelle Puglie.

In Salerno nel 1155 e nel 1166 si trovano i "de "Parisiis" e i "de Parisio" (*Arch. di Badia Cava dei Tirreni*, Arca XXIX, n. 563; Arca XXXII, n. 3). Nelle Puglie si ha un Ruggiero barone di Castelluzzo nel contado di S. Giovanni in Lama (*Cathalogus Baronum*, Del Re, *op. cit.*, I, 583). In Sicilia il primo ricordo risale a codesto "Bartholomeus de Parisio" che sottoscrisse nell'aprile 1162 nella carta di Giovanni di Malconvenant. E torna ancora in due altri documenti, uno del marzo 1185 e l'altro di dieci anni dopo; il primo doc. anzi, "charta iudicati", ce lo dipinge a foschi colori, come prepotente e malversatore. Quanto fosse durata la sua prigionia l'ignoro, ma — argomentando dalla "charta iudicati" del 1185 in cui si

(la nota 10 è a pag. seguente)

Quod factum animos hominum regni non modicum perturbauit. Post hec consilio et auxilio cancellarii Gilbertus comes Grauine comitatum Loritelli cum omnibus suis pertinentiis a rege optinuit et in Apuliam cum honore recessit [1]. Cancellarius vero cum rege et regina circa pascha Panormum rediit [2], dehinc non multis transactis diebus Matheum ciuem Salerni ma- mart. 20
gistrum notarium domni regis et familiarem sine causa capi fecit [3]. Quod factum graue resedit omnibus et molestum, quia predictus Matheus homo erat sapiens et discretus, et in aula regia a puero enutritus, et in agendis regiis probate fidelitatis inuentus [4]. Infra octauas autem pasche populus Messane in tumultum conuersus Regium iuit, et comitem Henricum mart. 25-31
de carcere eduxit, comitem etiam Riccardum qui apud Taurimenium tenebatur in carcere liberauit, et Oddonem Quarellam clericum cancellarii et eius familiarissimum, qui tunc erat Messane, occidit [5]. Quo audito populus Panormi similiter in sedicionem uersus, insultum in cancellarium fecit, et eum cum omnibus suis in turri Campanarum per diem unum obsedit, altera autem die ex mandato regis et regine cum quibusdam de suis galeam intrauit. Sed cum venisset apud Lecatam, galea fracta est. Qui postmodum nauim ingressus in Ierusolimam uenit, et ibi non multo tempore' demoratus interiit [6]. Gilbertus etiam comes Loritelli c. 245 a
cum Berteraimo filio suo comite Andrie cum omnibus suis terram abiurauit, et Ierosolimam perrexit [7]. Comes uero Henricus et comes Ryccardus, postquam de carcere exierunt, simul cum Messanensibus cum uiginti galeis Panormum uenerunt [8]. Quibus rex gratiam suam reddidit et sublatas terras restituit [9]. Postquam autem cancellarius et comes Gilbertus de terra

---

1. Quo facto *C* — 2. Lauritelli *C Arndt* - pertinenciis *C e Arndt* — 4. civem Salerni *manca A* — 8. autem *soprascritto col solito inchiostro sbiadito C* - Enricum *A* — 9. eciam *C e Arndt* — 13. Set *C e Arndt* — 14. apud *manca A 2, A 3, B* — 14-15. Hierosolimam *B e Sasso*; Hierusolimam *C e Arndt* — 16. Berterano *B* — 17. Riccardus *C e Arndt* — 18-19. reddit *C*

---

dice che il predecessore di Ninfo, archimandrita del S. Salvatore di Messina, gli aveva permesso la caccia dei fagiani in una terra dell'Archimandritato presso la proprietà di lui in Mascali — pare sia stato compreso nell'indulto che Guglielmo II fece appena raggiunta la maggiore età. Cf. il mio *I de Parisio e i de Ocra* cit., estr. p. 112 e sg.

[10] Ugo Falcando, p. 142, dice arrestato pure Giovanni di Sinopoli che non mi è riuscito d'identificare.

[1] Idem, loc. cit. "…. in tantam est precipitatus audaciam ut Lorotelli comitatum a curia postulans impetraret…. Nam, accepto comitatu Lorotelli, Roberto comiti, cuius omnes reditum summis desideriis exoptabant, obstruxisse videbatur aditum revertendi et spem que diu foverat eos penitus sustulisse…, . „.

[2] Idem, p. 143: "Hiis itaque dispositis, XII[a] die martii rex iter arripiens, XX[0] die mensis eiusdem Panormum pervenit „.

La Pasqua del 1168 cadde il 31 marzo.

[3] Idem, p. 145: "…. primo Matheum notarium, qui ceteris astutia preeminebat, congregata curia, iudicio sollempni postulatum neque defensione congruam offerentem, recipi iussit in carcerem „. F. si mostra assai fautore di Stefano di Perche.

[4] R. tace i fatti che avvennero dalla carcerazione di Matteo ai rivolgimenti promossi dal partito, che diremo nazionale, e che costrinsero il Cancelliere Stefano a lasciarsi imbarcare per Terra Santa e i suoi a tornare nella loro patria. Codesti accordi, dice Falcando (p. 160), furono garantiti da Riccardo Palmer, Matteo d'Aiello, Giovanni vescovo di Malta, Gaito Riccardo e l'arcivescovo Romualdo II. Lo Chalandon, *op. cit.*, II, 345, n. 1, crede che Stefano si sia allontanato per sempre da Palermo nell'estate del 1168; ma i diplomi, dati da Stefano Cancelliere e scritti dal notaio Riccardo (Behring, nn. 177 e 235), su cui egli fonda la sua ipotesi sono assai guasti nei dati cronologici e possono, più che al 1168, riferirsi al 1167, tanto più che l'ultimo diploma scritto da Riccardo è proprio dell'aprile di quest'anno.

[5] Ugo Falcando, p. 152 e sg.: "…. At illi repente castellum adeunt, et Odonem Quarrellum a castellano sibi traditum exuentes, asino quem ad hoc preparaverant eum imponunt, pedibus eius in anteriorem asini partem porrectis, capite vero in partem contrariam acclinato. Dehinc universo populo ad spectaculum confluente, per medium urbis eum cum ingenti clamore deducunt, contumeliis interim ac verberibus insistentes…. „.

[6] Idem, p. 159 e sg.; v. n. 7.

[7] Idem, p. 162: "….In eo statu curia constituta, decernitur in primis uti Gillebertus comes Gravinensis, cum filio suo Bertranno comite pellatur e regno, salvus tamen et incolumis, si quidem hiis curie mandatis ultro parere voluerit…. At ille (Gillebertus) multam in se procerum attendens invidiam, civitatum atrox odium nichilque spei sibi relictum intelligens, elegit se Richardo comiti Fundano cum thesauris suis eo pacto dedere ut liceret ei cum uxore ac liberis in partes Syrie transmeare „. Cf. *Annales Casinenses*, p. 312, agli anni 1168 e 1169.

[8] Ugo Falcando, p. 161: "Henricus comes Montis Caveosi et Richardus Molisii comes cum plerisque Messanensium XXIIII. galeis armatis Panornum perveniunt…. „.

[9] Idem, pp. 161, 162. Enrico conte di Monte-

exierunt, terra in pace et tranquillitate remansit. Recedentes autem cancellario, clerus Panormitane ecclesie Gualterium eiusdem ecclesie canonicum et Agrigentinum decanum et regis magistrum sibi in pastorem unanimiter elegerunt. Qui cum regni esset negotiis applicatus et ob hoc a regis latere facile non posset discedere, Alexander papa a rege satis affectuose rogatus, illius amore et gratia predictum electum concessit a suis suffraganeis consecrari, et per Iohannem Neapolitanum cardinalem suum pallium illi transmisit. Qui recepto ab eo sacramento obedientie, pallium illi de more concessit [1]. Robbertus uero comes de
1169 Loritello qui frequenter regis W[ilhelmi] gratiam postulauerat nec potuerat impetrare, nouissime frequentes litteras et nuntios regi W[ilhelmo] iuniori transmisit, humiliter postulans ut ei amorem suum et gratiam restitueret. Rex autem et regina solita pietate eius miserti illum in suam gratiam receperunt, cui etiam rex liberalitate solita comitatum Loritelli, sicut
c. 245 b pater suus illi concesserat, reddidit, 'et de habundancia gratie plenioris comitatum Cunuersani illi adiecit [2].

febr. 4 Eo tempore in Sicilia terremotus factus est maximus, ita quod castrum Siracusanum pro maxima parte cecidit. Ciuitas etiam Catheniensium a fundamentis euersa ruit. Ecclesia etiam sancte Agathe corruens, episcopum cum XLV monachis occidit. Lentinum etiam Mohec, et multa alia castra Sicilie pro terre motu corruerunt. Apud Messanam etiam maximus et manifestus terre motus fuit. Hoc autem factum est anno Dominice MCLXVIII incarnationis ind. II mense Februarii, in uigilia beate Agathe [3].

---

1. Recedente autem cancellario *fino a* Qui recepto ab eo sacramento obediente, pallium illi de more concessit *manca B e Sasso* — 2. canonicum et gentinum *C* — 3. atque *C e Arndt* - mag. et sibi *C* - negocius *C e Arndt* — 3-4. occupatus *C e Arndt* — 4. non facile posset discedere *C e Arndt* — 5. elec. tantum concessit *C* — 7. iuramento *C e Arndt* — 8. Guillelmi *B e Sasso* — 9. nuncios *B e Sasso, C e Arndt* - Guillelmo *B e Sasso* — 11. sua *A* — 13. Recedente autem Cancellario *fino a* Qui recepto ad eo sacramento obedientie pallium illi de more concessit *aggiunto B e Sasso* — 14. Siracusanum *A* — 16. Agathes *C e Arndt* — 16-17. Mahecum *B e Sasso* — 17. per *C* — 18. manifest *di prima mano, altri col solito inchiostro sbiadito aggiunse il segno di* us *finale C* — 19. anno Domini *C e Arndt* - Agathes *Arndt*

scaglioso e Riccardo conte di Molise avrebbero anzi fatto parte dei dieci famigliari che avrebbero avuto affidato il governo dello Stato.

[1] "Walter Offamil", fratello di Bartolomeo vescovo di Girgenti, Riccaddo Palmer (*vir litteratissimus et eloquens*), prima vescovo di Siracusa e poi arcivescovo di Messina, e Erberto di Middlexes, vescovo di Conza furono i quattro inglesi ch'ebbero in questo tempo posizione eminente in Sicilia. Gualtiero, prima canonico di Cefalù e quindi insegnante di Guglielmo I, fu oltremodo ambizioso e nulla tralasciò per mettersi in prima linea. Cf. doc. del 1167 della Cappella Palatina di Palermo in GAROFALO, *Tabularium* cit., p. 25; PETRUS BLESENSIS *Epist.*, in MIGNE, *Patrol. Lat.*, CCVII, n. 66, col. 195.

UGO FALCANDO, p. 163, di partito avverso dice: "....Gualterius decanus Agrigentinus conducta plebis "multitudine, metuque compulsis canonicis, consen"tiente curia, non tam electus quam violenter intrusus "Panormitane regimen suscepit ecclesie.... Hoc itaque "negotio paucis diebus protracto, ne videretur precipi"tari sententia, demum Romanus pontifex electionem "ratam habuit, ipsum iussit electum a suffraganeis epi"scopi consecrari".

Ma papa Alessandro solo il 22 giugno 1169 lo autorizzò a farsi consacrare arcivescovo di Palermo, alla presenza di Giovanni di Napoli, cardinale al titolo di S. Stefano; JAFFÉ-LOEWENFELD, n. 11629. La consacrazione ebbe luogo il 28 settembre, nella cattedrale di Palermo e alla presenza del re, il quale in quel giorno, con diploma con suggello d'oro solennemente dato nell'altare maggiore, gli concedette il mulino di Broccato; cf. MONGITORE, *op. cit.*, p. 44; PIRRI, *St. Sacra*, I, 105; BEHRING, *Sicil. Stud.*, II, n. 173.

[2] UGO FALCANDO, p. 165; *Annales Ceccan.*, in *M. G. H. SS.*, XIX, 286. Il 15 sett. 1175 troviamo Roberto, Palatino conte di Loretello, maestro giustiziere in Aterno; GATTOLA, *Hist. Cass.*, I, p. 142; *Accessiones*, I, 265.

[3] UGO FALCANDO, p. 164, vivamente descrisse codesto terremoto, ricordato pure negli *Annales Casin.*, in *M. G. H. SS.*, XIX, 319.

"Eodem anno", dice F., "quarta die febbruarii, "circiter primam horam eiusdem diei, vehemens terre "motus tanta Siciliam concussit violentia ut in Ca"labria quoque circa Regium oppidaque proxima senti"retur. Cathaniensium opulentissima civitas usque "adeo subversa est, ut ne quidem domus in urbe su"perstes remanserit. Viri ac mulieres circiter XV milia "cum episcopo eiusdem civitatis maximaque parte mo"nachorum sub ruina sunt edificiorum opressi. Leon"tini, nobile Siracusanorum oppidum, eadem terre con"cussione subversum oppidanorum plerosque ruentium "edificiorum mole consumpsit. Multa preterea in fini"bus Cathanensium ac Siracusanorum castella diruta "sunt; multis in locis terra dehiscens et novos pro"tulit fontes, et veterum nonnullos obstruxit.... Si"racusis Aretusa fons nominatissimus, quem ab Elide "Grecie civitate fama est in Siciliam occultis meatibus

Interea Guido Cremensis, qui et Paschalis dictus est, mortuus est. Cui successit intru-
sus quidam Tusculanensis episcopus Iohannes de Struma nomine, qui et Calixtus [1] a suis ap- 1168 sept. 20
pellatus est. Papa autem Alexander, uir catholicus et honestus, cum suis cardinalibus apud
Beneuentum morabatur [2], et ibi ab imperatore Grecorum, a rege Francie et Anglie, et a
prelatis ecclesiarum nuntios recipiens, negotia ecclesiastica sapienter et prouide disponebat.
Post hec Campaniam rediit, et rogante Ionatha [3] domino Tusculani et eiusdem loci ciuibus, 1170
eandem ciuitatem in sua protectione recepit, et ad illam cum cardinalibus et tota curia sua
perrexit, et prenominato Ionathe de eadem ciuitate concambium tribuit. Quod factum Ro- oct. 17
manis multum displicuit, recolentes enim dampna, iniurias et mortes' suorum ciuium, quas c. 246 a
Tusculanenses cum Raynaldo imperatoris cancellario eis intulerant, indignati sunt plurimum
et turbati, quod Alexander papa Tusculanum, quam ipsi dextruere nitebantur, in sua prote-
tione receperat; et ob hoc inter eos et predictum papam guerra maxima est exorta [4]. Que 1172
cum aliquando tempore perdurasset, Romani utpote callidi et dolosi, benignitatem Alexandri
pape circumuenientes promiserunt, quod eum tamquam patrem et dominum in Urbe recipe-
rent, et mandatis suis libenter obedirent, si prenominate ciuitatis muros dextrui pateretur.
Alexander autem papa eorum promissionibus et uerbis fidem adhibens, muros predicte ci- nov.
uitatis passus est dirui. Quo facto [5] Romani uoto suo potiti, quod pape promiserant adim-
plere noluerunt. Papa uero a Romanis se circumuentum plurimum condolens, turrim Tu-
sculanorum fossis et muris circumuallari fecit, et relicta ibi militum et peditum competenti 1173
custodia, Anagniam rediit, et ibi multo est tempore demoratus [6]. mart. ex.

Illis autem diebus Thomas Cantuariensis [7] archiepiscopus, uir religiosus et Deum me-
tuens, dum pro libertate et ecclesiarum iustitiis Henrico regi Anglie uiriliter repugnaret, de
Anglia exire compulsus ad regem Lodouicum uenit in Franciam, qui eum ob sue religionis 1165

---

5. negocia *C e Arndt* — 9. recolentes ei magna iniurias et mortes Tusculanenses *di prima mano C; altri col solito inchiostro sbiadito aggiunse* s *a* magna *e dopo* mortes *aggiunse* quas *C* — 10. indignati sunt *di prima mano, altri col solito inchiostro sbiadito aggiunse* etiam, *C* — 11. nitebatur *C* — 11-12. potestate *Caruso*; defensione *C e Arndt* — 12. per *C*; ab *Caruso* — 13. perdurassed *C e Arndt* — 17. que *B e C* — 18-19. Tusculanarum *C* — 22. iusticiis *C e Arndt* — 23. Ludoycum *C e Arndt*

"derivari, de limpido turbulentus effectus, sapore salsum multa maris admixtione contraxit.... ".

Cf. Petrus Blesensis, *Epist.*, *46*, in Migne, *Patr. Lat.* cit.; e in R. Pirri, *Sic. Sacra*, I, 521, i versi di Matheus Silvagius, *De tribus peregrinis*, f. 24, che descrivono il terremoto di Catania.

La festa di S. Agata, vergine e martire di Catania, cade il 5 febbraio; cf. *Martyrologe universal*, Paris, 1780, riprodotto in *Annuaires histor. de la Soc. de l'hist. de France*, 1857, 1858, 1860, al nome.

[1] Calisto III.

[2] Agosto 1167, feb. 1170.

[3] Cioè, Raynone. Cf. Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 423: "Ipse vero (papa), celebrata Nativitate beate Marie, cum fratribus suis de Verulis exiens et versus Tusculanum procedens, in vigilia sancti Luce (17 ott.) cum gloria et honore civitatem ipsam intravit, et in palatio ipsius arcis tamquam dominus per XXVI menses resedit ".

Il Duchesne nota che Alessandro partì da Veroli il 12 sett. 1170; si fermò ad Alatri, a Ferentino, ad Anagni e Segni, dove fu il 13 ottobre; il 30 dello stesso mese una delle sue lettere è datata da Tuscolo, dove dimorò fino al gennaio 1173. L'Arndt, rinvia alla nota di Cl. Wattenbach, "*ad Petrum Cass.*, *M. G. H. SS.*, VII, 791, n. 12 ".

[4] Boso, *Liber Pontif.* II, p. 423 e sg.: "Ceterum populus Romanus qui ad destructionem illius loci non mediocriter intendebat, contra ipsum pontificem super hoc valde indignatus est et nimis commotus, proponens cum typo superbie quod civitatem ipsam per quam populus ipse tam grave infortunium recenter passus fuerat neque tueri debuerat neque recipere.... ".

[5] *Annales Ceccan.*, *M. G. H. SS.*, XIX, p. 286, an. 1172: "Alexander papa fecit finem cum Romanis, qui destruxerunt muros civitatis Tusculane mense Novembris ".

Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 424: .... cum exteriora valla fuissent iam complanata, turres quoque site super muros anteriores costernate iacerent, et ipsorum murorum fortitudo conquassata foret atque confracta, popolus ipse, iuramentum suorum oblitus, non est contentus prefixam sibi mensuram sicut fuerat constitutum servare, set contra datam fidem et prestita iuramenta, contra etiam prohibitionem Alexandri pape suorumque fratrum, omnes muros civitatis usque ad arcem a fundamentis impudenter destruxit ".

[6] Il papa si ritirò a Segni, dove rimase dal 27 gen. 1173 agli ultimi giorni del marzo seguente. Dal 28 marzo fu ad Anagni.

[7] Tommaso Becket vescovo di Canterbury fu molto amico di Riccardo Palmer, vescovo di Siracusa: Pirri, *Sic. Sacra*, I, 400, 621 e sg.; Tommaso di Canterbury, *Epist.*, in Migne, *Patr. Lat.*, CXC, 624 e 626.

c. 246 b reuerentiam satis officiose recepit, et per aliquos annos in terra sua 'honeste detinuit, et que 1170 erant illi necessaria, liberalitate regia ministrauit [1]. Tandem Alexandri pape precibus, et dec. eiusdem regis interueniente gratia [2], ad pacem regis Anglie Thomas Cantuariensis archiepiscopus rediit, et ad ecclesiam suam eo est permittent reuersus. Transacto autem aliquanto tempore, rex Anglie suggestione prauorum hominum cepit personas ecclesiasticas molestare et ecclesiis sua iura subtrahere. Quod ubi archiepiscopus comperit, ab equitatis tramite non declinans, omni timore postposito, cepit se ei pro iusticia recta fronte opponere, et tamquam bonus pastor pro liberando grege regiuerbo et opere cóntraire. Cumque hec discordia de die in diem cresceret, et Cantuariensis archiepiscopi dicta simul et facta regem plurimum pregrauarent, quidam milites Anglie, uidelicet Hugo de Moruille, W[illelmus] de Trachi, Renaldus filius Ursi, Riccardus Britto, Robbertus de Borroch regi in hoc placere credentes, dec. 29 sacerdotalis reuerentie et diuini timoris obliti, altera die post festum Innocentium Thomam Cantuariensem archiepiscopum ante altare maioris ecclesie stantem pariter et orantem, ensibus percutientes in capite, occiderunt. Moxque nemine persequente, sed sola illos commissi homicidii conscentia remordente, sunt in fugam conuersi. Cum autem monasterium c. 247 a et ciuitatem tanti sceleris fama' replesset, cateruatim monachi clerici et layci ad maiorem ecclesiam concurrentes, quod dictu nefas est, pastorem suum iuxta altare occisum crudeliter repererunt. Tandem copiosas lacrimas profundentes, dantes ex alto corde gemitus et suspiria, Christi pontificem in eadem ecclesia cum ymnis et laudibus sepulture honorifice tradiderunt [3]. Iustus autem et miseratur Dominus, qui sanctos suos non solum in futuro sed etiam in hoc seculo sepe remunerare consuevit, Thomam archiepiscopum, qui pro testimonio ueritatis occisus fuerat, et quem pena simul et causa martirem fecerat, multis signorum indiciis et nouis miraculorum argumentis toti mundo celebrem reddidit et famosum. Cumque ad aures 1173 mart. 13 pape Alexandri miraculorum eius certa fama et ueridica peruenisset communicato fratrum suorum consilio, prenominatum archiepiscopum auctoritate apostolica canonizauit in martirem, et ipsum in catalogo martirum scribi et eius martirium in die sui anniuersarii per omnes ecclesias precepit annis singulis sollempniter celebrari [4]. Rex autem Anglie audiens, quod

1. reverenciam *C e Arndt* - honeste *manca A* — 7. recto *C e Arndt*; leto *A Caruso* — 8. contrahire *C e Arndt* — 10. Guillelmus *B e Sasso e Arndt*; Guillelmo *C* — 10-11. Traci *A, A1, A2, A3* — 11. Broch *A, A1, A2, A3* — 14. percucientes *C e Arndt* - set *C e Arndt* — 15. *manca A* — 16. laici *C e Arndt* - ma maiorem *A* — 17. nefandum *B* - suu *C* — 18. reperierunt *B e Sasso*; reppererunt *A* - dantes ex alto suspiria corde et gemitus, Christi *A* — 19. hymnis *A* — 20. misericors *C e Arndt* — 23. reddit *C e Arndt* — 24. Alexandri pape *B e Sasso*; papo Alex. *C* — 26. cathalogo *C e Arndt*

[1] Nacque a Londra il 21 decembre 1117, fu creato canonico regolare, prevosto di Berveley e arcidiacono di Canterbury nel 1154; l'anno dopo, 1155, fu cancelliere di Inghilterra, il 3 giugno 1162 fu elevato e consacrato arcivescovo di Canterbury, ma il 2 nov. 1164 fu mandato in esilio e visse alla corte di re Ludovico di Francia.

Recueil des Historiens, vol. XVI, p. 407 (raccolta delle epistole di S. Vittore), 1164 Northampton: lettera di Enrico re al re Luigi perchè non riceva l'arcivescovo di Canterbury nei suoi stati. *Recueil des Hist.*, XVI, 256 (Ms. Lat. 5372, Bib. Naz. di Parigi), 1166: lettera di Alessandro III per ringraziare il re Luigi dell'appoggio dato a Tommaso di Canterbury.

Richiamato in patria fu assassinato nella cattedrale di Canterbury il 29 decembre 1170. Cf. la ricchissima bibliografia, citata da ULYSSE CHEVALIER, in *Répertoire des Sources historiques du Moyen Age*, Paris, 1907, II, al nome; OTTO GÜNTHER, *Zwei mittelalterliche Declamationen über Thomas Becket*, in Nachr. Ges. Wissensch., Göttingen, 1893, pp. 231-243; EDWIN A. ABBOTT, *St. Thomas of Canterbury, his death and miracles*, London, 1899, voll. due; *Recueil des Historiens*, vol. XVI, 372, 411, 459, 487, per la raccolta delle lettere di Tommaso di Canterbury e di Giovanni di Salisbury.

[2] G. J. A. GILLES, *Vita S. Thomae Cantuariensis archiepiscopi et martyris ab auctoribus contemporaneis.... scripta....*, Oxoniae, 1845, vol. I, p. 272.

[3] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 425 e sg., riporta la lettera colla quale Enrico II d'Inghilterra, il 22 maggio 1172, "coram eisdem legatis (Alexandri III), adstante "episcoporum ac baronum et aliorum tam clericorum "quam laycorum multitudine, se in propria persona.... "purgavit.... ".

Cf. pure: *Recueil des Historiens*, vol. XVI, cit., p. 481; ROGER DE HOREDEN, *Chronica* cit., II, 35: 27 sett. 1172, processo verbale dell'ammenda onorevole alla quale il re si sottomise.

[4] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 426: "....Romanus "pontifex ad istantiam cleri et populi Gallicani eum"dem martyrem canonizavit auctoritate apostolica et

sceleris in archiepiscopum perpetrati, tamquam illius rei fuisset conscius, opinio eum quodammodo uulgaris attingeret, et mendax illum sine culpa fama morderet, de sue innocentie puritate confisus, quosdam de episcopis suis et clericis Anagniam ad Alexandrum papam direxit'. Qui coram eo et suis cardinalibus, tactis sacrosanctis euangeliis, publice iurauerunt, quod prenominatus rex ab efusione iusti sanguinis erat innoxius et a communione commissi criminis prorsus extiterat alienus [1]. Milites autem illi, qui in Christi pontificem cruentas manus inicere non timuerunt, redeuntes ad cor, et reatum suum et malitiam recolentes, ad pedes Alexandri pape humiliter aduenerunt, et se reos, se esse impios publice proclamantes, penitentiam de commisso scelere postulabant. Quos papa de admissa nequitia uehementer redarguit, et uenturum super eos Dei iudicium, nisi digne penituissent, comminando promisit. Quibus etiam dedit in mandatis, ut discalciati et ciliciis induti, Ierusolimam pergerent, et sacra loca cum dolore et gemitu uisitarent, dehinc ad Montem-nigrum, qui Antiocene ciuitati adiacet, festinanter accederent, ibique solitarii in ieiuniis, uigiliis, orationibus et lamentis, omni uite sue tempore perdurantes, de tam immani scelere penitentiam agerent et Dei misericordiam iugiter postularent.

1171 — c. 247 b — mart. 25

Eo tempore cum Emmanuel imperator Constantinopolitanus frequentibus nuntiis delegatis filiam suam Zura Mariam W[ilhelmo] regi Sicilie in uxorem tradere promisisset, tandem ex conuentione utriusque partis factum est, quod imperator, presentibus legatis eiusdem regis, in anima sua iurare fecit, et iuramentum suum' magnatum suorum iureiurando firmari, quod in termino et loco ab utraque parte prefixo filiam suam regi pro uxore transmitteret. Et simile iuramentum ex parte regis et suorum familiarium de filia imperatoris recipienda prestitum est et iuratum [2]. Quo facto, rex W[ilhelmus], utpote uir legalis et Deum metuens, iuramentum suum obseruare desiderans, simul cum Henrico fratre suo Capuanorum principe Tarentum uenit, et ibi nuntios imperatoris cum eius filia in prefixo loco et termino aliquandiu expectauit [3]. Dehinc ad Sanctum Angelum in Monte Garganu orationis studio deuotus princeps accessit, et post hec Barolum rediit, et ibi aliquantis diebus demoratus est [4]. Sed imperator iuramenti sui et promissionis oblitus, filiam suam regi statuto loco et termino non trasmisit. Quo rex cognito per terram Beneuentanam transiens, Henricum Capuanorum principem fratrem suum, quia infirmus erat, Salernum misit, et ipse primo Capuam dehinc Salernum uenit [5]. Prenominatus autem princeps galeam ingressus Panormum rediit [6], et ibi

1172 — c. 248 a

---

3. Anangliam *C e Arndt* — 5. efusione *C e Arndt* - comunione *C e Arndt* — 7. inijcere *B e Sasso* - nequiciam *C e Arndt* — 9. penitenciam *C e Arndt* - nequicia *C e Arndt* — 11. cilicii *C* - Hierosolymam *B e Sasso* — 12. Antiochene *A 2, A 3, B 2, B e Sasso* — 14. penitenciam *C e Arndt* — 16. Emmanuhel *C* - nunciis *C e Arndt* — 17. Hura *B, B 2* - Guillelmo *B e Sasso* — 18. convencione *C e Arndt* — 20. firmare *C e Arndt* - profixo *A* — 22. Guillelmus *B e Sasso* — 24. nuncios *C e Arndt* — 25. Monte Garganum *C*; Montem Garganum *Arndt* — 28. Henricus *C* — 30. Panormum *C*

" inter ceteros sanctos conscribi precepit. In die namque " Purificationis beate Marie, convocatis episcopis et ab- " batibus Campanie, apud Signiam in honore ipsius spe- " cialiter missarum sollempnia celebravit et passionis " eius diem IIII kal. ian. perpetuo agi constituit ". Arndt, annota: " V. epistolam papae apud Wilkins, " *Concil. Magn. Brit. et Hib.*, I, 475 ".

[1] Cf. p. 260, n. 3. Boso, *Liber Pontif.*, pp. 425-426 riporta la lettera.

[2] Emmanuele, minacciato dai Veneziani, si riavvicinò nel 1172 alla Sicilia e fece di nuovo offrire a Guglielmo II la sua figlia Maria, che non era più l'unica ereditiera dell'impero, per la nascita nel 1169 di Alessio; cf. Niceta Choniate, V, 8, p. 280. Guglielmo II accettò l'offerta e mandò per le trattative di matrimonio fra gli altri Bartolomeo, fratello dell'arcivescovo Gualtiero, che fu eletto vescovo di Girgenti " dum esset Constantinopolim legatus "; Garufi, *Libellus de successione pontificum Agrigenti*, in Arch. St. Sic., N. S., XXVIII, p. 149. Deciso il matrimonio, si stabilì che la principessa sarebbe in quell'anno condotta a Taranto.

[3] Nel marzo 1172 (a. m. 6680) Guglielmo era a Messina; Cusa, I, p. 321. Behring, *Sic. Stud.*, II, n. 182 (mandato di Guglielmo II, apr. 1172, Palermo, per S. Maria di Valle Giosafat è falso); cf. Garufi, *Monete e Conii*, p. 149; *Il tab. di S. Maria di Valle Giosafat e la data delle sue falsificazioni*, in Arch. Stor. per la Sicilia Orientale, Catania, 1908, p. 33, Reg. n. 93.

[4] Il 12 maggio fu a Barletta e il 17 a Canosa. Behring, nn. 183 e 184.

[5] Il 31 mag. 1172 fu a Salerno, come si desume da un doc. per la chiesa di Valva (prov. di Salerno), e vi rimase ancora nel giugno; Behring, nn. 185 e 186.

[6] Nel luglio era a Palermo: Behring, nn. 187 e 188.

iun. 16 corporis inualescente molestia, anno uite sue tercio decimo mortuus est, et in ecclesie sancte Marie de Panormo iuxta sepulchrum regis Rogerii aui sui honorifice est sepultus anno Domini MCLXXII et medio mense Iunii, indictione [1]. Rex autem cum aliquantis diebus Sa- c. 248 b lerni moram fecisset', simul cum Gualterio uenerabili Panormitano archiepiscopo, et Matheo uicecancellario galeas ingressus Panormum rediit, ubi principis fratris sui morte cognita, primo, sicut debuit, carni et nature compassus multum doluit, dehinc, sicut decuit, rationi et suorum fidelium consiliis acquiescens, sui meroris in Domino consolationem accepit.

Anno Domini millesimo CLXXIII Fredericus autem Romanorum imperator recolens et alta mente revoluens iniurias sibi a Lombardis frequenter illatas, et quod pene contra eum omnes coniurassent, et quod Mediolanenses, eo prohibente, Mediolanum reedificassent, et Alexandrini ciuitatem suam de nouo edificare cepissent, primo Christianum cancellarium 1172 suum et Maguntinum archiepiscopum, uirum utique prouidum et discretum et in negotiis bellicis aprime eruditum, per montana Lombardie et Ianuam usque in Thusciam et marciam Ancone direxit [2]. Dehinc marchione Montisferrati [3] et Papiensibus et quibusdam aliis Lom- 1174 bardis ipsum affectuose rogantibus, collecta magna multitudine Brebitionum [4] et aliorum con- sept. ductitiorum [5] militum, Italiam potenter intrauit.

oct. Anno dominice incarnationis millesimo [CLXXIII]. Primo autem ingressu suo Astensem c. 249 a ciuitatem [6], Taurinum et uicinas' ciuitates, ipsis se sponte reddentibus, occupauit. Dehinc marchionis Montisferrati et Papiensium suggestione Alexandriam ciuitatem obsedit [7]. Multi 1168 enim nobiles et populares uiri de terra prenominati marchionis oriundi, plures iniurias et molestias ab eo perpessi, illius insolentiam perpeti non ualentes, relictis habitationibus suis in quadam planicie pariter conuenerunt, et adiuuantibus eos Mediolanensibus et aliis Lombardis, in eadem planicie ciuitatem de nouo edificare ceperunt, et eam ob reuerentiam pape

---

2. sepulcrum *C e Arndt* - Rogerii *B, C, Sasso e Arndt* - Anni *Arndt*; anni.... ind. V, *manca B e C* — 4. uenerabilis *A*; *di prima mano manca C e fu soprascritto col solito inchiostro sbiadito* uenerabil - Matho *di prima mano, aggiunto* e *col solito inchiostro sbiadito C* — 5. fratri *C* — 6. carnis *C* — 8. CLXXIII *aggiunto di mano posteriore A*; anno.... *manca B e C* — 9. quo *C* — 10. rehedificassent *C e Arndt* — 11. hedificare *C e Arndt* - cepiscent *C e Arndt* — 12. negociis *C e Arndt* — 13. apprime *A e Sasso* - montanam *C* — 14. Ancone *C* - *manca A* - marcone *di prima mano, altri col solito inchiostro sbiadito soprascrisse* hi *C*; Markionis *Arndt* — 15. Brebicionum *C e Arndt* — 17. Anno Millesimo *B e Sasso* - CLXXIIII *d'altra mano A, manca C e Arndt* - Astenses *C* — 19. markionis *C e Arndt* - civitatem, *manca B* — 20. markionis *C e Arndt* — 21. ab eo *manca A* - insolenciam *C e Arndt* — 23. De edificatione Alexandrie civitatis Lombardie *mano recente scrisse in C* - reverenciam *C e Arndt*

[1] *XVI Kal. Iunii*: *Depositio domini Henrici Capuanorum principis*, a. D. M.C.L.XXII, ind. V^a; Garufi, *Il Necrologio del Lib. Confr.*, pp. 84 e 347. Il *Necrol. Cass.* dà il giorno e il mese, ma non l'anno. Secondo Romualdo sarebbe nato nel 1159. L'epitaffio della chiesa di Monreale (Del Giudice, *Il tempio di Monreale*, p. 33; Pirri, *Sic. Sacra*, I, p. 461) ha un errore cronologico nel verso: "Mille decem decies, septem datus "annus.... ".

[2] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 427: "Eodem tempore, "in anno XV pontificatus domni Alexandri pape, Fre- "dericus imperator dictus ad suggestionem Papiensium "et marchionis de Monteferrato quinta vice in Lom- "bardiam hostiliter remeavit. Transivit enim per mon- "tem Senisium et in multitudine gravi descendens ad "planitiem, III, kal. octobris castrametatus est iuxta "Senusiam.... ".

[3] Guglielmo "marchio de Monteferato " o "Mon- "teferrato ", si ritrova spesso, fra i testimoni di molti diplomi dati da Federico I in Pavia; cf., oltre Böhmer-Ficker e Winkelmann, *Regesta Imperii*, al nome, Scheffer-Boichorst, *Zur Geschichte des XII und XIII Jahrhunderts Diplom. Forschungen*, Berlin, 1897, pp. 143 e 166.

[4] Arndt annota: *Brabantinorum*, *Brabançons; v. Ann. Maurimonasterienses*, *M. G. H. SS.* XVII, 181, et *Ann. Plac.* ad a. 1174, *M. G. H. SS.*, XVIII, pp. 413, 462.

[5] Arndt annota: *mercede conductorum.* Cf. *Liber Pontif.*, II, p. 427: "Habebat enim (Fredericus) circa se "multitudinem copiosam barbarice gentis, homines as- "suetos in bellicis artibus, viros nequissimos, rapaces et "desperatos, quos de Flandria et circumpositis locis "collegerat, et quos neminem amantes amat nemo ".

[6] *M. G. H. SS.*, XVIII, p. 814, *Ann. Brix.* an. 1175: *circa festum sancti Michaelis capta est civitas Asti a Frederico.*

[7] Boso, *Liber Pontif.* loc. cit.: "Asta itaque sublu- "gata, idem F. se super seipsum extollens, ad destru- "ctionem civitatis Alexandrie, quam noviter Lombardi "construxerant ad honorem beati Petri, cum Papiensibus "et marchione Montisferrati conatus est festinare ".

Alexandri Alexandriam uocauerunt [1]. Cum autem hec ciuitas ab imperatore fuisset obsessa, propter sui nouitatem necdum tota erat fossatis circumdata et domus eius erant palea cooperte, unde et a Teuthonicis in contemptum et ironiam, Palearum ciuitas est appellata, que postmodum in conflictu bellico ferrea est inuenta [2]. Imperator autem, animantibus eum Papiensibus et marchione, cepit ciuitatem uiriliter impugnare, machinas circumquaque in- 1174 oct. 27 struere, fossata diruere et replere, et eam frequentibus insultibus molestare, credens illam in breui tempore pro suo arbitrio optinere. Sed Alexandrini, utpote uiri fortes et ad bella doctissimi et pro libertate pugnantes, ceperunt imperatori animose resistere, fossas suas defendere et illius machinas suis machinis oppugnare. Superueniente' autem hyeme, que so- c. 249 b lito asperior inorruerat, adeo quo pro inundatione ualida et algore nimio de equis et hominibus exercitus plures extingueret, imperator tamen in suo proposito [firmus] perseuerans, noluit ab obsidione recedere, set eam frequentibus preliis et insultibus uariis non destitit inpugnare. Adueniente autem pascha, in die parasceue et sabbati sancti propter dierum 1175 apr. 11. 12 reuerenciam imperator eis imaginariam treguam concessit [3]; cumque Alexandrini sub occasione tregue sue ciuitatis custodiam aliquantulum neglexissent, imperator, nacta oportunitate, nescientibus Alexandrinis, fossas et cuniculos sub terra fieri iussit, et per eos armatos milites, intrare fecit, ut ex improuiso de cuniculis repente erumperent et ciuitatem huius fraudis nesciam occuparent [4]. Sed mox ut Alexandrini hoc perceperunt, arreptis armis ceperunt ad fossata currere, et introeuntibus Teuthonicis uiriliter repugnare [5]. Sed operante diuina potentia, quedam pars fossati subito corruit, et eos, qui in cuniculis et foueis erant, oppressit pariter et extinxit. Quo cognito, Alexandrini foras egressi, castrum ligneum armatis militibus plenum, quod imperator credebat in ciuitatem inducere, inmisso igne simul cum militibus combusserunt [6]. Imperator autem sua spe et intentione frustratus, et de morte suorum ue-

---

2. erat tota *C e Arndt* — 3. Teuthoniciis *B, C Sasso e Arndt* - in romam *C* — 5. markjone *A*; markione *C e Arndt* - impugnare *B e Sasso* — 7. Set *C e Arndt* — 8. liberalitate *A* - imperatore *di prima mano che corresse con rasura C* — 9. super *ultima parola della pagina A* - yeme *A* — 10. asperiore *di prima mano che corresse con rasura C* — 11. *manca B C e Sasso* - firmus *manca A, B e Sasso* — 14. imaginariam *B e Sasso*; ymaginariam *C e Arndt* - tegruam *A* - Alexandrinis *C* — 17. huius fraudis *soprascritto col solito inchiostro sbiadito C* — 19. fossata superiora cucurrere et terram dirrumpere, propter quod terra desuper subito corruit *B, B 2 e Caruso* — 19-20. potencia *C e Arndt* — 20. foveveis *C* — 21. extincxit *di prima mano A, espunta* c — 22. cum *manca C* — 23. intencione *C e Arndt*

[1] Boso, *Liber Pontif.* II, p. 418 e sg.: " Anno igitur " dominice Incarnationis MCLXVIII, kal. maii, ind. I, " anno autem pontificatus domni Alexandri pape VIIII. " Cremona cum Mediolano et Placentia in manu valida " pariter convenerunt contra rebellionem Papiensium " et marchionis Montisferrati ad villam que vocatur Ro- " varetum, ibique ad honorem Dei et beati Petri et to- " tius Lombardie construende civitatis ambitum desi- " gnaverunt, ... Ut autem gloriosior ubique haberetur " atque famosior, placuit omnibus ut ipsa civitas pro " reverentia beati Petri et pape Alexandri imperpetuum " nominaretur Alexandria ".

[2] A questo giudizio molto espressivo di R. risponde quello di Sicardus Cremonensis, *Chronicon*, che l'Arndt dice scritto " non sine cavillatione ": *Imperator .... Paleam obsedit, sed non messuit nec quidquam in horrea reportavit*, in Muratori, *RR. II. SS.*, VII, 601.

[3] Boso, *Liber Pontif.*, II, 428: " Ubi vero Teotonici " cum Lombardis ad alterutrum se conspexerunt, timor " et ebetudo mentis F. invasit, attendens stare contra se " armatorum terribilem multitudinem, velut castrorum " aciem ordinatam. Et exinde ad consueta calliditatis " argumenta se convertens, Alexandrini in dolo placide " locutus est hec verba: In crastinum sanctus dies Ve- " neris imminet quem omnis christianus devotissime " colit, et ideo pro reverentia Crucifixi treuguam vobis " et securitatem usque in secundam feriem ex imperiali " benignitate concedo et largior ".

[4] Idem, loc. cit.: " Recepta itaque securitate, cum " singuli de populo, nichil mali suspicantes, dormirent " secure in domibus suis, eorum insidiator circa primam " vigiliam noctis (11 e 12 apr.) fortiores viros armatos " in civitatem per subterraneos meatus intrare precepit, " et ipse cum toto exercitu ad portas stetit armatus, " expectans quousque illi quos premiserat civitatem in- " trassent et conclamantium occuparet ".

[5] Idem, loc. cit.: " Tunc cives (Alexandrini) subito " expergefacti velociter convolarunt ad arma, et tan- " quam leones audacter irruerunt in hostes ".

[6] Idem, II, p. 429: " .... Apertis autem portis exivit " populus in fortitudine magna et exercitum perfidi F. " usque in diem sabbati percussit in gladio ita, quod " usque ad ipsius castra mortuorum strages usquequaque " iacebant; insuper ligneum castellum quod in perni- " ciem civitatis ex fortioribus et electis militibus stu- " diose armaverat, tamdiu viriliter expugnavit quousque " illud cum ipsis militibus violenter combussit ".

hementer afflictus, non ualens ultra progredi, se intra castra recepit [1]. Lombardi autem et
c. 250 a alii, qui cum' Alexandrinis coniurauerant, oppressione ciuitatis cognita, magna militum et
peditum multitudine congregata, ad eius liberationem festinare ceperunt, et secundo die
apr. 15 post pascha circa Alexandriam castra metati sunt. Quo cognito, imperator eis obuiam, re-
licta ciuitatis obsidione, perrexit. Cumque hinc et inde acies forent militares disposite et
in eo essent ut pariter dimicarent, religiose quedam persone et uiri sapientes inter impera-
apr. 16 et 17 torem et Lombardos hunc modum concordie tractauerunt: ut Lombardi, dimissis armis, im-
peratoris tamquam domini sui gratiam humiliter postularent, dehinc tres prudentes uiri ex
parte imperatoris et tres ex parte Lombardorum eligerentur, quorum dispositione et arbitrio
eorum deberet pax et concordia terminari [2]. Cumque hoc pactum et imperatori et Lom-
bardis non modicum placuisset, imperator Papiam rediit, et Lombardi ad propria sunt re-
uersi. Imperator interim nuntios ad Alexandrum papam apud Anagniam direxit, rogans ut
aliquos de fratribus suis ad eum in Lombardiam mitteret, qui simul cum Lombardis tractande
pacis colloquio interessent. Papa uero, consilio habito, Hubaldum Hostiensem et Bernardum
Portuensem episcopos, et Willelmum Papiensem cardinalem Sancti Petri ad Vincula in Lom-
bardiam misit, ut simul cum Lombardis pacem ecclesie et Italie pertractarent [3]. Qui ue-
c. 250 b nientes, habito Lombardorum consilio, diu cum imperatore' pacis colloquium habuerunt.
Sed cum neque cardinales neque Lombardi aliquem fructum pacis ab imperatore consequi
potuissent, cardinales et Lombardi infectis negotiis ad propria redierunt [4]. Imperator autem
spe pacis consequende frustratur, de nouo guerram Lombardis facere cepit et Alexandriam
modis quibus poterat infestare. Lombardi autem e conuerso ceperunt illi pro posse resistere
et Alexandrinis opem et auxilium pro uiribus ministrare [5]. Et quia imperator multos de
apr. ex. suis et fame et bello ammiserat, et repugnante horrore yemis, in obsidione Alexandrie stare
non poterat, se cum suis intra Papiam recepit, et nacta oportunitate temporis, frequenter
circa Alexandriam discurrebat, eius labores et uineas deuastabat, capiebat ciues, et dampna

---

3. liberacione *C e Arndt* — 5. obsione *C* - *la* s *di questa voce è su rasura C* — 7. cotidie *C* - Lombardis *A* — 9. disposicione *C e Arndt* — 11. nuncios *C e Arndt* — 14. Hybaldum *A* — 15. Guillelmus *B, C, Sasso e Arndt* — 18. Set *C e Arndt* — 19. negociis *B C e Arndt* — 21. illis *C di prima mano, corretto con rasura* — 23. hyemis *B e Sasso* - Alexandrie obsidione *C e Arndt*

[1] Idem, loc. cit.: .... Quocirca (F.) in proxima "nocte castra fecit comburi et in dominice Resurre"ctionis aurora cum omnibus suis versus Papiam iter "suum direxit".

[2] Il compromesso del 16 e 17 apr. 1175 fatto "in "territorio Papie in campo subtus Montebellum inter "exercitum imperatoris et Lombardie" fu pubblicato dal Muratori, *Antiquitates Italicae Maedii Aevi*, tomo IV, p. 275; *M. G. H.*, *Leges*, II, p. 145. Anche Boso, *Liber Pontif.*, loc. cit., parla di tre uomini scelti dalla parte imperiale ed altrettanti da parte della Lega: "Et statim electi sunt a F. Philippus Coloniensis ele"ctus, G(ualfredus) de Pozasca (Plozasca) Taurinensis "capitaneus, et R(ainerius) de Sancto Nazario Papien"sis; a Lombardis vero G(erardus) Pistis (Pistus) de "Mediolano, G. (Albertus) de Gambara Brixiensis et "C. de Verona; in quos utraque pars ylariter compro"misit". Pare che Boso abbia confuso i nomi degli arbitri con quelli che figurano nella convenzione del 22 luglio 1177; cf. pure Muratori, *Antiq.* cit., tomo IV, p. 277; *M. G. H. Leges*, II, 151.

[3] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 430: "....domnus "Alexander papa de communi fratrum suorum consilio "predictas personas plene instructas ad presentiam "ipsius principis honorifice destinavit.... Episcopus "namque Portuensis et cardinalis sancti Petri ad Vin"cula per Spoletum et Imolam atque Bononiam honori"fice transeuntes usque Placentiam processerunt, ibique "adventum Hostiensis episcopi qui per Pisanam et Lu"canam civitates cum gloria et honore transivit, per dies "aliquot expectarunt". "Hubaldus Hostiensis episc." e "Bernardus Portuensis et sancte Rufine episc." si trovano fra i sottoscrittori di bolle di Alessandro III fin dal gen. 1169: Jaffé-Loewenfeld, n. 11591 e sg.; "Willelmus S. Petri ad Vincula presb. card." si ha invece fin dal 3 feb. 1159; Jaffé-Loewenfeld, n. 11540 e sg.

[4] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 431: ".... Cum igitur "a suo proposito pravo F. recedere nullatenus vellet, "legati a sanctorum Patrum regulis et constitutionibus "deviare nolentes, eo in erroris sui perfidia derelicto, "ad presentiam domni pape ac fratrum suorum col"legium ductore Domino redierunt". Cf. pure Roberti de Monte *Chron.*, in *M. G. H. SS.*, VI, 524, all'an. 1175.

[5] Boso, *Liber Pontif.*, loc. cit.: "Lombardi vero "antiquam sue libertatis possessionem viriliter defen"dentes, improbitate eiusdem F. fortius solito restite"runt, et Papienses cum marchionibus et Cumanis as"siduis devastationibus expugnabant".

eis quantacumque poterat inferebat. Alexandrini autem tum per se tum Lombardorum au-
xilio ei uiriliter resistebant, et uicina loca, que imperatori fauebant, inpugnare et destruere
non cessabant. Imperator [uero] uires suas debilitatas et militiam suam pro maiori parte de-
fecisse considerans, frequentes nuntios principibus suis in Alamanniam direxit, rogans atque
precipiens, ut ei, misso militari auxilio, proxima estate succurrerent, quo se posset ab iniuria
illi a Lombardis illata uiriliter uindicare. Christianus autem prenominati imperatoris can- 1172
cellarius, quem ipse in Tuscia premiserat, sicut' uir prouidus et discretus, partim uiribus, *c. 251 a*
partim precibus Tusciam pacificauit, et imperatoris preceptum iurare fecit [1]. Dehinc ad du- 1173
catum Spolitinum et ad Marchyam ueniens, multa castra regionis illius depopulatus est et
cepit, Asisiam ciuitatem et Spolitinam suo dominio subdidit [2]. Anconam cum Uenetis tem-
pore longo obsedit, credebat enim Grecum quemdam Constantinopolitani imperatoris nuntium, apr.-oct.
qui in eadem ciuitate erat, cum sua pecunia capere [3]; sed quia ciues eiusdem ciuitatis ei
uiriliter resistebant, et comitissa de Berthenora [4] cum W[illelmo] de Markysella nobili Ferra-
riensi catanio, cum magna multitudine militum et peditum ad succursum eiusdem ciuitatis
ueniebat, non potuit quod intendebat purficere, sed recepta ab Anconitanis magna pecunia,
ab obsidione recessit. Interea predictus cancellarius ex mandato imperatoris nuntios ad 1174
W[illelmum] Sicilie regem transmisit, suadens et postulans, ut ipse, imperatoris filia in uxorem
accepta, cum eo pacem perpetuam faceret et ipsi se amicabiliter couniret [5]. Sed rex W[i-
lhelmus], utpote christianissimus et religiosus princeps, sciens hoc matrimonium Alexandro

---

1. pro *C* — 2. ei ***invece che*** imperatori ***A 2, B e Sasso*** — 3. uero ***manca A, B e Sasso*** - miliciam *C e Arndt* — 4. nuncios *C e Arndt* — 5. injuria ***B e Sasso*** — 6-7. cancllarius ***C di prima mano, altri con inchiostro sbiadito aggiunse*** e — 7. uuribus ***C di prima mano, corretto con rasura*** — 8. ad ***manca C*** — 9. Marchiam ***B C Sasso e Arndt*** — 10. Assisiam ***A, B e Sasso*** - Spolitinum *C* — 11. nuncium ***C e Arndt, mano recente con inchiostro nero scrisse*** um ***su rasura*** — 12. Set ***C e Arndt*** — 13. Guillelmo ***C e Arndt***; Guilielmo ***B e Sasso*** — 15. Set ***C e Arndt*** - magna ***manca C*** — 16. nuncios ***C e Arndt*** — 17. Guillelmum ***C e Arndt***; Guilielmum ***A 2 B e Sasso*** — 18-19. Guilielmus ***A 2, B e Sasso***; Willelmus ***C e Arndt***

[1] *Christianus Maguntine sedis Archiepiscopus, Germanie archicancellarius et sacri imperii per Italiam legatus*, SCHEFFER-BOICHORST, *Zur Gesch. des XII u. XIII, Jahrh.* cit., p. 399 e sg. Cf. pure WARRENTRAPP, *Erzbischof Cristian von Mainz*, Berlin, 1867, p. 48 e sg.

[2] VARRENTRAPP, *op. cit.*, 58.

[3] CINNAMO, cit., VI, 11, p. 286; NICETA CHONIATE, cit., VII, I, p. 262 e sg.; *Historia ducum Venet.* in *M. G. H. SS.*, XIV, p. 78: *Annales Ven. breves* in *M. G. H. SS.*, XIV, p. 71; VARRENTRAPP, *op. cit.*, p. 58 e sg.

[4] ARNDT, annota: "Altruda".

[5] Sulla data da assegnare a codeste trattative le opinioni sono discordi. WATTERICH, *Pontificum Romanorum qui fuerunt inde ab exeunte saeculo usque ad finem saeculi XIII vitae ab aequalibus conscriptae*, Leipzig, 1862, tomo II, p. 586, n. 2, le pose al 1176, e questa data, senza discussione, accettò l'Arndt. Al 1178 le riportò il TOECHE, *Kaiser Heinrich*, VI, Leipzig, 1867, p. 5; mentre il VARRENTRAPP, p. 65, prudentemente non ne assegnò alcuna. Le ritennero invece fatte nel 1173 il HOLZACH, *Die auswärtige Politik des Konigreichs Sicilien vom Tode Rogerius II bis zum Frieden von Venedig*, Bâle, 1892, p. 81, n. 1; e F. CHALANDON, *op. cit.*, II, p. 374 e n. 6, fondandosi sulla dizione di R. e ritenendo che Cristiano, dopo le trattative (apr. ott. 1173), ritornò in Germania. Al 1174 le riportarono con felice intuito il DI MEO, *Annali*, IX, p. 361, non citato da alcuno, e l'OTTENDORF, *Die Begierung der beiden letzen Normannenkönige Trankreds und Wilhelms III von Sizilien und ihre Kämpfe gegen Kaiser Heinrich VI*, Bonn, 1899, p. 9. Infatti Cristiano nell'ottobre 1173 fu ad Ancona (*Annales Pisani*, *M. G. H. SS.*, XIX, 265); da lì passò nel ducato di Spoleto, come prova un doc. dato da lui a Foligno il 13 febb. 1174, e quindi a Terni, il cui popolo, dice lo stesso Cancelliere imperiale legato in Italia in altro doc. del marzo-aprile 1174: "multiplicibus criminibus et diversis facinoribus increpitum, specialiter super false monete compositione infami, cogente suorum immensitate scelerum, ab incolatu eliminavimus ....."; cf. SCHEFFER-BOICHORST, *Zur Geschichte d. XII und XIII Jahrh.*, cit., *Narni und Terni*, pp. 397-400. L'ambasceria in Sicilia non deve, quindi, riferirsi al solo assedio di Ancona apr.-ott. 1173, ma anche alla spedizione nel ducato di Spoleto, febb.-apr. 1174; presso a poco, cioè, nel tempo in cui Guglielmo II trattava di rinnovare coi Genovesi l'accordo già conchiuso col padre suo; cf. *Liber jurium reipublicae Genuensis*, *Hist. Patr. Monum.*, I, pp. 300-301.

Giustamente dice lo CHALANDON, *op. cit.*, II, p. 375, che "Guglielmo II comprese che, rinunziando alla politica tradizionale dei suoi predecessori e abbandonando la causa del Papato, avrebbe tradito i suoi veri interessi. Il regno di Sicilia non avrebbe avuto, infatti, alcun vantaggio ad aiutare il consolidamento della potenza imperiale in Italia, giacchè poteva credersi che Federico I, una volta vinta l'Italia del Nord, non avrebbe dimenticato il suo disegno di rivolgersi contro la Sicilia".

pape plurimum displicere et Romane ecclesie non modicam iacturam inferre, Deum et Alexandrum papam in hac parte reueritus, imperatoris filiam in uxorem et eius pacem recipere
c. 251 b noluit. Quod factum imperator egre tulit et multum ad animum reuocauit. Sed non multo post imperatoris filia est defuncta.

1176 Adueniente autem estate, Philippus Coloniensis archiepiscopus[1] cum quibusdam principibus Alamannie et magna multitudine strenuorum militum per montana Cumarum Italiam
mai. intrantes, imperatori succurrere festinabant. Quo cognito, imperator eis obuiam perrexit, et simul cum illis uersus partes Mediolani ad deuastandum eorum segetes ire disponebat[2]. Quo audito Lombardi, licet omnes suos nullatenus expectassent, imperatori obuiam ire ce-
mai. 29 perunt. Cumque exeuntes quoddam nemus, ex insperato imperatori, qui militares acies iam ad bella parauerat, subita occurrissent, cum illo ceperunt habere conflictum. Sed quia non multi adhuc de Lombardis conuenerant, primo sunt ab imperatore in fugam conuersi. Pedites uero Mediolanenses cum paucis militibus, qui circa carruciam erant, fugere non ualentes, simul conglomerati stare ceperunt. Imperator autem uidens Lombardos milites aufugisse, pedestrem multitudinem, que remanserat, credidit facile superare. Cumque congregata sua militia super eos uellet irrumpere, illi oppositis clipeis et porrectis astis ceperunt eorum furori resistere, et ad se uenientes animose repellere[3]. Cumque conflictus iste inter imperatorem et Lommbardos pedites aliquandiu perdurasset, Lombardi, qui fugerant, re-
c. 252 a sumptis uiribus, et aliis, qui de nouo uenerant, sociali, ad pugnam sunt animose reuersi, et simul cum suis peditibus super imperatoris exercitum impetum facientes, ipsum in fugam unanimiter conuerterunt[4]. Lombardi autem fugientes Theutonico usque ad uicinum fluuium insecuti, multos eorum cedentes gladio, plurimos in flumine submerserunt[5]. Deinde reddeuntes ad castra, magnam imperatoris et exercitus eius suppellectilem occupauerunt[6], et sic tanta potiti uictoria, circa Papiam castra metati sunt. Sed quia uictoria solet elationis spiritum uictoribus ministrare, in eodem loco moram facere negligentes, ad propria sunt reuersi. Imperator autem cum in prenominata pugna uiriliter dimicasset, et fugientium pene ultimus extitisset, superueniente nocte delituit, et cum aliquantis diebus fuisset absconditus

2. reueriturus *A di prima mano, raso* rus *non fu più aggiunta la* s — 3. Set *C e Arndt* — 6. Ytaliam *C e Arndt* — 8. divastandum *A C e Arndt* — 11. ocurrissent *C e Arndt* - Set *C e Arndt* — 13. autem *A 2 A 3* - carruciam *A A 1 B e Sasso. La lezione di C è più vicina a* carrocium, *carroccio* — 16. milicia *C e Arndt* - clippeis *A*; clypeis *B e Sasso* — 18. peditos *C corretto con rasura* - Lombardis *C di prima mano e corretto con rasura* — 21. teotonicos *A* — 23. occuparunt *B e Sasso* — 24. Set *C e Arndt* — 25. uictoribus *A 2 e Caruso* — 27. delicuit *A*

[1] “Philippus Coloniensis archiepiscopus et Ytalie archicancellarius „; cf. Stumf-Brentano, *Die reichs Kanzler des X, XI und XII Jahrhund.* Vol. III, *Acta imperii ab Heinrico I ab Heinricum VI*, 523, n. 367 e sg.

[2] *Annales Colonienses Maximi* in *M. G. H. SS.*, XVII, 788; Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 432: “.... dum F. expectaret in constituto termino exercitum quem de Alamannia excitaverat, deliberato cum Papiensibus consilio, perrexit Cumas occulte cum paucis, ibique recepto exercitu ipso et aggregatis sibi universis Cumanis, ex improviso Mediolanensium fines invasit, quorum villas et predia hostiliter depredari et devastare incepit „.

[3] Boso, *Liber Pontif.*, pp. 432-433: “Set Mediolanenses ubi adventum accelerantis adversarii certissime cognoverunt, non expectaverunt alias civitates, set cum Placentinis et centurionibus electorum militum de Verona, Brixia, Novaria et Vercellis, exierunt extra Mediolanum in primo sabbato mensis iunii (*la battaglia di Legnano fu però il 29 maggio 1176*) cum carrocio suo, et venerunt in magna fortitudine ad quendam congruum sibi locum, inter Barranum et Brixanum, hora quasi tertia, XV miliario ab urbe.... Set ubi gravior multitudo principis supervenit, Lombardorum milites inviti terga dederunt et ad carrocium Mediolanensium facere confugium exoptantes, non potuerunt a facie persequentis ibidem remanere, set cum reliqua fugientium multitudine ultra carrocium per dimidium miliare coacti sunt fugire.... „.

[4] A Legnano.

[5] Boso, *Liber Pontif.*, p. 433: “Urgentibus ergo ipsis Lombardis, tota Teutonicorum expeditio in fugam conversa, per octo miliaria fugit in timore mortis; de quorum multitudine paucis evadentibus, alii gladio interfecti, alii fuerunt in Ticino submersi, et residua turba per diversas civitates in captivitatem fuit divisa „.

[6] Idem, loc. cit.: “Spolia vero universa post optate victorie famosum triumphum victrix Lombardorum societas libenter collegit, et in pace singuli habuerunt quod fortuna unicuique donavit. In quibus, preter armorum et equorum multitudinem copiosam, inextimabilem divitie et queque optima terre preter spem fuerunt inventa „.

et quo diuertisset esset incognitum, nocte cum paucis Papiam intrauit. Tunc uero manifeste cognoscens Dei sibi repugnare potentiam, cuius ecclesiam et ministros persequi non cessabat, ad cor rediens, habito saniori consilio Madeburgensem archiepiscopum [1], electum Guarmaciensem [2] et protonotarium [3] suum cum Christiano cancellario, qui in partibus illis erat, ad Alexandrum papam pro consequenda pace Anagniam direxit [4]. Qui cum aliquantis *oct.* diebus circa papam et eius curiam moram fecissent, habito cum eo et paucis cardinalibus secreto nimis et priuato de modo et forma pacis' consilio, hac lege et conditione proposita *c. 252 b* dissesserunt. Papa quidem Alexander, utpote uir religiosus et sanctus, pacem ecclesie affectuose desiderans, imitatus eum, qui ea, que in celis et que in terris sunt, sui sanguinis effusione pacauit, dignitatem sui officii et laborem sui corporis pro bono pacis et commodo non attendes, promisit per mare usque Rauennam uel Ueneciam pergere, et habito Lombardorum consilio, colloquium cum imperatore de bono pacis habere [5].

Eo tempore Emanuel imperator Constantinopolitanus, congregato christianorum et paganorum militum et peditum, sagittariorum et balistarum infinito exercitu, brachium sancti *1175* Georgii transiens, terram soldani Yconii [6] uiolenter inuasit, et partem eius non modicam occupauit. Soldanus autem de sua uirtute diffidens, per internuntios suos imperatoris amorem et gratiam satis humiliter postulauit, nec eam potuit impetrare. Cumque de recuperanda imperatoris gratia esset penitus desperatus nec ei posset in campo resistere, congregata suorum multitudine, in angustis locis, unde erat imperatoris exercitus transiturus, parauit insidias, et super eundem ex improuiso irruens, exercitum in fugam conuertit. Cepit ex eis multos Latinos, qui noluerunt fugere, fere omnes in ore gladii interemit, multos de consanguineis imperatoris retinuit pariter et occidit. Crucem dominicam, quam imperator secum detulerat, et sanctorum reliquias et spolia plurima atque thesaurum maximum occupauit' [7]. Tunc imperator, ammisso tanto exercitu, nullam uiam evadendi inueniens, cum soldano treu- *c. 253 a* guas quales potuit fecit, et sic in terram suam, rebus et hominibus perditis, humilis et in-

---

2. potenciam *C e Arndt* - cognoscens *A manca*; noscens *Conteloro* - ecclesias *C* — 3. Madeburgensis *C* — 4. Guarnaciensem *A*; Guamaciensem *B* — 5. erat cum aliis comitibus *aggiungono A 2 e Caruso* — 6. fuisset *non* circa *A* · eo et *C d'altra mano ed inchiostro su rasura* — 7. condicione *C e Arndt* — 10. placuit *non* placavit *C* — 11. Beneventum *non* Ravennam *A 2 e Caruso* — 13. Hemmanuel *C e Arndt* — 14. balistarium *C* — 16. internuncios *C e Arndt* — 17. recuperandi *A* — 18. gratiam *A*

[1] " Wigmannum Magdeburgensem archiepiscopum ". Cf. note 4 e 5 per questa e le due note seg.

[2] " Conradum Wormatiensem electum ".

[3] " Arduinum ".

[4] Boso, *Liber Pontif.*, loc. cit.: " Misit ergo F. ad presentiam domni Alexandri pape W[igmannum] Magdeburgensem archiepiscopum, Christianum Maguntinum et P. (*correggi*: C[onradum]) Varmatiensem electos, atque Ar[duinum] protonotarium regni, maiores imperii principes, cum plenaria potestate complende pacis inter Ecclesiam et imperium. Qui venientes usque Tiburtum, nuntiarunt pontifici sedenti apud Anagniam sui adventus causam, et inpetrato securo ducatu, recepti sunt a duobus cardinalibus et capitaneis Campanie, atque honorifice deducti in civitatem Anagninam ".

Questi legati, che figurano nel famoso patto di Anagni di che alla nota seguente, giunsero il 21 ottobre; cf. *Annales Ceccanenses*, in *M. G. H. SS.*, XIX, p. 286.

[5] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 434: " .... Ceperunt autem de verbo pacis ad invicem diligenter tractare; set quoniam res ardua et multum difficilis agebatur.... ultra XV dies tractatus ipse duravit ". Il patto di Anagni si ha in *M. G. H. Leges*, II, 147 e seg.; WATTERICH, *Pontif. Rom. etc.*, cit., II, 433. Copia contemporanea dell'originale, ch'è perduto, si conserva nell'Archivio Vaticano, Arm. II, cap. I, n. 8. Il testo corretto fu dato da PAUL KEHR, in Neues Archiv., XIII, p. 109.

[6] Konia, l'antica Iconio, capitale dei Sultani Selciucidi. ARNDT come sultano del tempo annota: *Kilidsch-Arslan.*

[7] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 435: " .... Soldanus tamquam vir sapiens et astutus, simulate retrorsum abiit. Et ascendens montana supra convallium fauces per quas imperator transire ad Cuneum disposuerat, insidias ei posuit ut inopinate ipsum invaderet et pernitiose contraheret. Imperator vero, credens eundem Soldanum potius ex timore quam astutia et calliditate a facie eius recessisse, minus caute, inmo improvvide et temerarie, intravit per illos difficiles et artos transitus inter duos arduos montes, et premittens fortissimos equitatus suos cum quadrigis et principibus principum, subito inciderunt omnes in insidias hostium.... Et quia pre nimia locorum angustia pars nostra nec fugere poterat nec reluctari, pariter comprehensi sunt universi tanquam greges in ovile ovium .... ".

glorius rediit, quod ex iusto Dei iudicio credimus prouenisse. Iustus enim iudex considerans, quod imperator, neglecta religione fidei, de filia sua illustri regi Sicilie tradenda in matrimonio, periurauerat, per inimicos fidei de eo uoluit uindicari, et indignum reputans crucem suam ab infideli principe debere seruari, passus est eam in ultionem imperatoris et iniuriam ab infidelibus occupari. Qui tamen eam cum magna reuerentia detinentes, facta treugua, imperatori honorifice remiserunt.

1176 Interea rex W[ilhelmus] consilio pape Alexandri Heliam Troianum electum [1] et Arnulfum Caputaquensem episcopum [2] et Florium de Camerota regium iustitiarium [3] ad regem Henricum in Angliam misit, ut ei Iohannam minorem filiam suam in uxorem daret [4]. Rex autem Henricus pape Alexandri et principum suorum consiliis aequiescens, peticionis regie prebuit gratanter ascensum, et filiam suam cum nuntiis eiusdem regis et principibus suis usque ad Sanctum Egidium honeste transmisit [5]. Quo cognito, rex W[ilhelmus] Alfanum Capuanum archiepiscopum et Riccardum Siracusanum episcopum [6] et comitem Robbertum de Caserta [7] cum XXV galeis ei obuiam misit [8]. Qui uenientes ad Sanctum Egidium, prenominatam regis filiam intra galeas recipientes, eam usque Neapolim deduxerunt. Sed quia puella, nauiga-

---

1. et iusto *C* -- 2. regis *C* — 3. deputans *C non* reputans — 4. ulcionem *C e Arndt* — 5. ea *C non* eam - reverencia *C e Arndt* — 6. imperatoris *C* — 7. Guilielmus *B e Sasso*; Willelmus *C e Arndt* - Traianum *A* — 8. Capudaquensem *C e Arndt* - iusticiarium *C e Arndt* — 9. in Angliam *manca in B e C* — 9-10. Henricus *manca B e C* — 10. ri *di* Alexandri *è scritto su rasura d'altra mano in C* - peticionis *C e Arndt* — 11. ascensum *C e Arndt* - nunciis *C e Arndt* — 12. Guilielmus *B e Sasso*; Wilhelmus *C e Arndt* — 13. Riccardus *C di prima mano, che rase la* s *e segnò sopra la* u *la lineetta di abbreviazione* - comite Robberto *C di prima mano, altri su rasura corresse* comitē Robbertū — 14. galea *C di prima mano, altri soprascrisse la* s — 15. rcipientes *C* - Set *C e Arndt*

[1] Gams, *Series episc.* al nome. Succedette nel vescovato a Guglielmo III, morto nel luglio 1172. Cf. V. Stefanelli, *Memorie storiche della città di Troia*, Napoli, 1879, p. 118 e sg.

[2] Gams, *op. cit.*, al nome.

[3] *Florius de Camerota* o *Camerotensis*, uno dei maggiori uomini di Calabria e nipote di Alfano arcivescovo di Capua, spunta fin dall'ottobre 1150 giustiziere nel principato di Salerno insieme con Lampo di Fasanella; cf. Evelin Jamison, *The Norman Administration of Apulia and Capua, more expecially under Roger II and William I, 1127-1166*, cit., p. 414 e sg.. Esiliato dal regno si rifugiò in Gerusalemme finchè, per intercessione di Alessandro III che il 16 febbr. 1165 interessò appositamente Ludovico VII re di Francia, tornò in patria; cf. Migne, *Patrologia Latina*, tomo CC, col. 332, n. cccIII. Nel 1168, secondo Ugo Falcando (*op. cit.*, p. 140), fu in Messina con Boemondo conte di Monopoli e parecchi altri *in Curia Regis* a giudicare Riccardo di Mandra conte del Molise. Nel maggio 1172, da Maestro Giustiziere nel Principato di Salerno, sedette a Corte giudiziaria a Larino, Salerno ed Eboli; cf. Del Giudice, *Codice Diplomatico Angioino*, *Appendice*, I, p. LIII. Di ritorno dalla missione in Inghilterra, R. dà notizia di lui fino al mag. 1178; ma fin dal gen. dello stesso anno Guglielmo di Sanseverino era già Comestabile e Giustiziere nel Principato di Salerno: *Archivio di Badia di Cava dei Tirreni*, Arca I, n. 19 ined.

[4] *Gesta Henrici II et Riccardi I*, ed. W. Stubbs, *Roll Series*, London, 1867, p. 115; ed. *M. G. H. SS.*, XXVII, p. 91 e sg. Madox, *The history of the Exchequer*, p. 252, per due volte si riferisce a codesta ambasceria. Giovanna nacque nell'ottobre 1165, cf. Robert de Torigni, *Chronique*, ed. L. Delisle, Rouen, 1873, I, p. 357. Agli inviati siciliani fu aggiunto Rotrou, arcivescovo di Rouen, parente della regina Margherita (*Gallia Christiania*, vol. XI, p. 48); mentre Alessandro III per partecipare agli accordi mandò il cardinale Ugo.

[5] La principessa Giovanna si mise in viaggio per venire in Sicilia il 5 novembre 1176, cf. Radulfus de Diceto, *M. G. H. SS.*, XXVII, p. 269. S. Egidio, Saint Gilles, dipartimento del Gard, presso Nimes.

[6] Riccardo Palmer, inglese d'origine e amico di Tommaso Bechet e di Pietro di Blois, che ne parla di proposito nella sua Epistola n. 46 (Migne, *Patrologia Latina*, CCVII, col. 133), fu "uomo letteratissimo ed "eloquente" al dir di Ugo Falcando che ne scrive a lungo. Fin dai tempi di Guglielmo I fu eletto di Siracusa (Pirri, *Sicilia Sacra*, I, 621) e a cominciare dal febb. 1169 anche fra datarî di diplomi regi, prima come eletto vescovo di Siracusa, e poi come vescovo dal gen. al nov. 1177, e quindi nel nov. e dic. 1178, e nov. 1182. Eletto arcivescovo di Messina si ritrova pure in altri diplomi dal gen. al mag. 1183. Cf. p. 258, n. 1; R. Starrabba, *I diplomi del Tabulario di Messina raccolti da Antonino Amico*, cit., pp. 32, 33 e sg.; Garufi, *Censimento e catasto*, cit., p. 82, n. 3.

[7] "Robbertus de Lauro comes Caserte", fu "magister Iustitiarius totius Apulie et Terre Laboris et "magnus Comestabulus"; madre di lui fu Saracena. Nel 1183, IX indiz. VI nel contado gli era succeduto il figlio Guglielmo: cf. Garufi, *Necrologio di S. Matteo*, cit., p. 363.

[8] Radulfus De Diceto, cit., in *M. G. H. SS.*, XXVII, p. 269.

tionis insolita, fluctus maris pati' non poterat, celebrato Neapolim dominice natiuitatis festo, c. 253 b
per Salernum et Calabriam Panormum uenit, ibique a rege W[ilelmo] et magnatibus suis, dec. 25
sicut decuit, satis est honeste suscepta. Conuocatis autem rex W[illelmus] proceribus Sicilie 1177
et magna populi multitudine, prenominatam filiam regis Anglie in cappella sua desponsauit,
et se et eam gloriose coronari fecit, et sollempnes de illa nuptias celebrauit anno dominice
incarnationis MCLXXVI (MCLXVII), mense Februarii, indictione X[1]. febr. 13

Papa autem Alexander in Lombardiam iturus, ante festum natiuitatis Hubaldum Ho- 1176
stiensem episcopum et Raynerium cardinalem in Lombardiam premisit, ut Lombardorum dec.
consilio securitatem ab imperatore reciperent, ut ipse cum omnibus suis et quicumque ad
eum ire uellent, secure et sine dampno aliquo pergere possent[2]. Uenientes autem ad imperatorem, ab eo honorifice sunt recepti, et presentibus eis et Lombardis, treugue et securitates hinc inde sunt prestite[3], et ut coloquium tractande pacis apud Bononiam fieret, utriusque partis assensu ordinatum est et dispositum. Cremonenses autem et Terdonenses, audito quod papa uenturus esset in Lombardiam, ut inter imperatorem et Lombardos pacem componeret, credentes anticipare alios et ob hoc maiorem imperatoris gratiam impetrare, obliti promissionibus iuramenti, quod aliis ciuitatibus fecerant, eis nolentibus et contradicentibus, cum imperatore sunt concordati[4]. Unde postmodum a papa et ab omnibus, qui hoc audierunt, uiles et proditores sunt habiti. Papa uero antequam iter ar'riperet, nuntios suos ad c. 254 a
regem W[ilhelmum] in Siciliam misit, ut aliquos de magnatibus suis a latere suo ad eum transmitteret, qui cum illo et pro parte eius tractande pacis colloquio interessent; papa enim firmiter in suo habebat proposito, nequaquam cum imperatore sine rege W[ilhelmo] pacem facere, ut qui adiutor ecclesie et defensor in tribulatione fuerat, in compositione pacis ecclesiastice socius et particeps fieret[5]. Rex autem W[ilhelmus] Romoaldo secundo Salernitano

---

1. Guilielmo *B e Sasso*; Wilhelmo *C e Arndt* — 3. congregatis *C e Arndt* - autem *manca A* - Guilielmus *B e Sasso*; Wilhelmus *C e Arndt* — 4. regis *C la* s *su rasura* - capella *C e Arndt* — 5. nupcias *C e Arndt* — 6. *B e C mancano gli anni; in C dopo* celebravit *rimase lo spazio vuoto che il rubricatore avrebbe dovuto colmare* — 7-8. Ostiensem *B e Sasso*; Hostiensis *C* — 8. Raynaldum *A 2 e Caruso su interpretazione sbagliata di Antonino Amico di* Rayñ *di A*; Rayner̄ *C* — 10. aut *di prima mano C, altri con inchiostro sbiadito soprascrisse il segno di abbreviatura* — 11. tregue *C e Arndt* — 12. *prima di* pacis *spazio d'una lettera rasa C* — 13. ascensu *C e Arndt* - Terdonensē *C* — 14. *dopo* imp *spazio d'una lettera rasa C* — 16. promissionibus et iuramenti *C di prima mano, come A, A 1, A 2, A 7, B e Sasso, poi fu raso* et - cticentib. *A di prima mano, altri sopruscrisse sulla* t a — 18. nuncios *C e Arndt* — 19. Guilielmum *B e Sasso*; Wilhelmum *C e Arndt* — 21. Guilielmo *B e Sasso*; Wilhelmo *C e Arndt* — 22. composicione *C e Arndt* — 23. Guilielmus *B e Sasso*; W[ilhelmus] *C e Arndt*

[1] *Gesta Henrici II et Riccardi I*, in *M. G. H. SS.*, XXVII, p. 93.

Il matrimonio fu celebrato alla presenza degli arcivescovi Gualtiero di Palermo, Alfano di Capua, Rainaldo di Bari, Nicola di Messina, Ruffo di Cosenza; dei vescovi Riccardo di Siracusa, Bartolomeo di Girgenti, Teobaldo abbate di Monreale, Roberto di Catania, Guido di Cefalù, Elia eletto di Troia, Tustino di Mazzara, Roberto di Tricarico, Giovanni di Potenza; dei conti Roberto di Caserta, Alfonso di Squillace, Jocelino di Loretello, Ugo di Catanzaro, Riccardo di Fondi, Roberto Malconvenant; e dei maggiorenti della Corte, Matteo d'Aiello, Gualtiero de Moac, Alduino senescalco, Bernardo Comestabile e Riccardo logoteta, Rainaldo di Monteforte Maestro Giustiziere, Persico e Federico giustizieri della Magna R. Curia.

Come dotario Guglielmo II assegnò alla sposa il contado di Monte S. Angelo. " In demanio " furon date le città di Monte Sant'Angelo, Viesti, Siponto, Lesina, Peschici, Biccari, Capriglia, Varano, Sfilizo (?). " In servitio " furono assegnati come feudo le città dipendenti del conte Goffredo di Lesina, di Candela, Castel Pagano, Cagnano (Varano) e Bizentino (Bizenti). Cf. Starrabba, *Del dotario delle regine di Sicilia* in Arch. St. Sic., N. S., II, p. 199, n. 2.

[2] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 436: " Antea vero quam " de Anagnia pontifex Alexander exiret, Hu(baldum) " Hostiensem episcopum et R(aynerium) diaconum car- " dinalem sancti Georgii ad imperatoris presentiam ea " occasione premisit .... ".

[3] Idem, loc. cit.: " Euntes autem per partes Tuscie, " in Lombardiam intrarunt, et circa Mutinam eundem " imperatorem satis pacificum invenerunt. Qui eos " ylari vultu ac reverenter suscepit et honorificentia " plurima honoravit ".

[4] Idem, loc. cit.: " In diebus illis, Cremona respi- " ciens retro, absque gravamine, turpiter deierando, a " confederatione aliarum civitatum impudenter recessit, " et ad imperatorem non sine magna infamia se con- " vertit .... Terdona quoque non post multum temporis " ad ipsum reprehensibiliter fecit, et eadem infamia " contumeliose se involvit ".

[5] Nella " Promissio legatorum ", trattato preliminare fra l'imperatore e il papa, Guglielmo II ottenne

archiepiscopo et Roggerio comiti Andrie magno comestabulo et magistro iustitiario totius Apulie et Terre Laboris per litteras suas dedit in mandatis, ut honorifice preparati simul
22 cum papa[1] in Lombardiam pergerent, et pro parte regis componende pacis cum imperatore tractatui interessent.

dec. 6 Alexander igitur papa ab Anagnia [se] mouens et per Terram Laboris Beneuentum
dec. 25 ueniens, a festo natiuitatis usque in epiphaniam ibidem est demoratus. Dehinc per Troiam
— 1177 et Sipontum Uestam uenit[2], et W[illelmu]m Portuensem episcopum et Iacinthum cardinalem
ian. 6 Sancte Marie de Scola Greca[3] et quosdam alios cardinales per terram premisit, quia mare
febr. ineunte propter eius procellas et inundationes intrare metuebant[4]. Quos exeuntes de terra Aprutii et de finibus regni, Christianus cancellarius per Marchyam[5] satis honeste ad imperatorem [et] Rauennam usque deduxit. Imperator autem eos officiose recepit, et sicut decuit, multum honoris et reuerentie illis exhibuit. Alexander uero papa simul cum Manfredo Prenestrino[6] episcopo et Iohanne Neapolitano[7] et Hugone de Bononia[8] et Bosone[9] et Cencio Cappello[10]
c. 254 b cardinalibus et prenominatis' regis nuntiis, impediente tempestate, apud Uestam usque in
mart. 9 quartam feriam, quando ieiunium inchoabatur, nono scilicet die intrante mensis Martii de-
mart. 13 moratus, cum undecim galeis mare Adriaticum est ingressus, et dominico die primo uenturo Iadaram applicuit, ubi ab archiepiscopo et episcopis regionis illius et comite et popolo ciuitatis satis honorifice est receptus. Dehinc per insulas Dalmatie nauigans[11], nono die stante mensis Martii ad portum Uenetie aura flante secunda peruenit. Et ibidem cum omnibus
mart. 23 1177 suis de galea descendens, in monasterio sancti Nicolay, quod dicitur ad litus, ipso die quieuit[12].

---

1. Rogerio *B C Sasso e Arndt* - magistro *A* - magno iustitiario *Sasso*; iusticitrio *A*; iusticiario *C e Arndt* - tocius *C e Arndt* — 5. Anagnia movens *C e Arndt* — 6. Epiphania *B C Sasso e Arndt* — 7. Vastam *A 2 e Caruso* - archiepiscopum *C* — 9. Aprucii *C e Arndt* — 10. Marchiam *B C, Sasso e Arndt* — 10-11. imperatorem et Ravennam *C e Arndt* — 12. reverencie *C e Arndt* - Palestino *A 2 e Caruso*; Palestrino *C e Arndt* — 13. Hugonē *C* - Busoñ *C*; Busone *Arndt* - Cenci *C* - Capello *B C Sasso e Arndt* — 14. nunciis *C e Arndt* - Vastam *B e Sasso* — 15. Marcii *C e Arndt* — 16. Andriaticum *A*; Hadriaticum *B e Sasso* — 17. ab *C aggiunto d'altra mano ed inchiostro sopra la linea* — 18. Dalmacie *C e Arndt* - instante *B* — 19. Marcii *C e Arndt* - Venecie *C e Arndt* — 20. Nicolai *B e Sasso* - Nicolay *C e Arndt*

per l'invio dei suoi ambasciatori le medesime garanzie accordate al papa e alla Corte Pontificia, che doveva recarsi a Venezia per conchiudere la pace, *M. G. H. Leges*, II, p. 119.

[1] Boso, *Lib. Pontif.*, II, p. 437: "…. R[omualdo] "…. Salernitano archiepiscopo et R[ogerio] illustri co- "mite…." furono destinati come suoi ambasciatori da Guglielmo II, nel mese di febbraio. Per questa ragione codesti illustri personaggi non presenziarono le nozze di Guglielmo e di Giovanna in Palermo.

Ruggiero conte d'Andria, figlio di Riccardo, insieme con Tancredi conte di Lecce combattè e perdè il 10 marzo 1175 la battaglia di Carsoli contro i soldati di Federico Barbarossa, comandati dal Cancelliere Cristiano di Magonza; cf. *Annales Ceccanenses* e *Annales Casinenses* in *M. G. H. SS.*, XIX, pp. 286 e 312.

[2] Jaffé-Loewenfeld, nn. 12768-12777 e 12778.

[3] "Iacinthus card. S. Marie in Cosmedin". Su Guglielmo "Portuensis episc." vedi p. precedente.

[4] Boso, *Lib. Pontif.*, II, 436: "Set circa meridiem "superveniente borea, prorsus extinctus est auster, et "ilico facta est in mari turbatio maxima…. Set naves "albos equos ferentes cum posteriori galea regresse "sunt ad portum Vestanum, quia reliquas galeas sub- "sequi contra ventum validum non potuerunt".

[5] Marca d'Ancona.

[6] "Manfredus Prenestinus episc." Jaffé-Loewenfeld, nn. 12828 e 12829.

[7] "Johannes presbiter cardinalis tituli S. Ana- "stasie", Jaffé-Loewenfeld, nn. 12828 e 12829 e sg.

[8] "Hugo diaconus cardinalis sancti Eustachii "iuxta templum Agrippe", Jaffé-Loewenfeld, n. 12240 e sg.

[9] "Boso presbiter cardinalis S. Pudentiane tituli "Pastoris", Jaffé-Loewenfeld, nn. 12828, 12829 e sg.

[10] "Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani", Jaffé-Loewenfeld, nn. 12828, 12829 e sg.

[11] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 437: "Et exinde ce- "teras Dalmatie insulas transcendentes, in proxima do- "minica, priusquam sol illucesceret, ad civitatem Iade- "ram, que sita est in capite Ungarici regni, eundem "pontificem cum fratribus suis, M. videlicet Prenestino "episcopo, I. tituli sancte Anastasie, B. tituli sancti Pu- "dentiane presbiteri, C. sancti Adriani et U. sancti Eu- "stachii diaconis cardinalibus…. Et quoniam nondum "quisquam Romanorum pontificum civitatem ipsam in- "traverat, de novo eiusdem pape adventu facta est in "clero et populo ipsius loci communis letitia et inef- "fabilis exultatio…, qui modernis temporibus per fa- "mulum suum Alexandrum, successorem beati Petri, "ecclesiam Iadertinam dignatus est visitare….".

[12] Idem loc. cit.: "Post quartum vero diem exivit "Iadera, et per Sclavorum insulas et maritimas Ystrie "modicas civitates felici cursu transitum faciens, ad mo-

Altera autem die dux Uenetie cum magna nauium et populi multitudine, et patriarcha Uenetie simul cum patriarcha Aquileie et omnibus suis suffraganeis ad pedes Alexandri pape humiliter accedentes, ipsum processionaliter cum summo honore et gloria usque ad sancti Marci ecclesiam deduxerunt, in qua facta oratione populum benedixit. Dehinc nauem ducis cum ipso simul ingressus, usque ad palatium patriarche ueniens, in ipso hospitio se recepit[1]. Episcopi autem et abbates uicinarum partium, aduentu pape cognito, omnes cum suis clericis ad eius uestigia deuote [et] humiliter accesserunt. In festo autem annuntiationis Uirginis[2] papa a duce Uenetie et magnatibus eius affectuose rogatus ad ecclesiam sancti Marci cum cardinalibus suis accessit, et in ea missam publice decantauit. mart. 23 mart. 24 mart. 25

Fridericus autem imperator, qui apud' Cesenas morabatur, cum aduentum pape in Uenetiis cognouisset, Madeburgensem archiepiscopum et electum Guarmaciensem et protonotarium suum ad eum transmisit, affectuose postulans, ut, si ei placeret, locum futuri colloquii a Bononia transmutaret[3]; non enim sibi tutum fore arbitrabatur, Christianum cancellarium suum cum aliis nuntiis illuc dirigere, eo quod eiusdem loci ciuibus odiosus esset pariter et offensus, quia eos in bello deuicerat et iniurias plurimas et dampna intulerat. Quibus papa respondit: "Imperator legatorum nostrorum et Lombardorum consilio, communi pariter et assensu, tractatum pacis apud Bononiam habere disposuit, quod ergo de eorum communi uoluntate est dispositum, non debet sine communi consilio immutari"[4]. Qua de causa Alexander papa cardinalibus, qui erant Rauenne, archiepiscopis, episcopis et abbatibus, potestatibus, consulibus et rectoribus Lombardie mandauit, ut ei Ferrariam occurrerent, quatinus, communicato eorum consilio, imperatori de loco, in quo habendum esset pacis colloquium, et de aliis suis petitionibus responderet. Ipse uero cum Uenetiis diebus esset quindecim demoratus, per mare Lauretum uenit, dehinc per Padum Ferrariam cum galeis undecim in dominica passionis ascendit[5]. Ubi ab episcopis multis et eiusdem urbis ciuibus et magna populi multitudine, que illuc propter feriam[6], que illuc celebrabatur, conuenerat, satis est magnifice et honeste susceptus. Proxima uero' septimana Rauennas archieriscopus cum suis suffraganeis, c. 255 a apr. 9 apr. 10 apr. 11 c. 255 b

---

1. Venecie *A* — 1-2. Venecie *A* — 5. msque *C di prima mano, raso e corretto* - palacium *C e Arndt* - ospicio *C e Arndt* — 6. parcium *C e Arndt* — 7. et *manca C* - annunciationis *C* - Virginee *C* — 8. Venecie *A* — 10-11. Veneciis *A* — 11. Guarmacensem *A*; Warmarciensem *C d'altra mano con inchiostro sbiadito* — 14. nunciis *C e Arndt* — 22. Veneciis *C e Arndt*

"nasterium sancti Nycolai, situm in faucibus Rivi alti, "cum omni alacritate, Domino auxiliante, pervenit".

[1] Idem, loc. cit.: "Anno igitur sui pontificatus "XVIII, nono kal. caprilis (24 marzo), indictione X, "beatus Alexander papa cum ingenti honorificentia Ve"netias primum intravit, occurrente sibi duce cum pa"triarca et episcopis ac nobilibus cum clero in varia "navis et copiosa multitudine. Eo autem in palatio "patriarche super Rivo alto descendente....". Chalandon, *op. cit.*, II, p. 380, per errore dice: 29 marzo. Cf. *Historia ducum Ven.*, in *M. G. H. SS.*, XIV, p. 82; *Annales Pegav.*, in *M. G. H. SS.*, XVI, 201.

[2] Boso, *Liber Pontif.*, p. 438: "Interim vero cum "turbe multe irruerent ad eum de circumpositis civi"tatibus multitudo nobilium properaret ad eius presen"tiam, ut viderent illum et audirent tanquam angelum "Dei missum, dignum duxit ut *in proxima dominica*, qua "cantatur *Letare Hierusalem*, ad ecclesiam beati Marci "sollempnia missarum celebraturus accederet". Nel 1177, il 25 marzo cadde di venerdì e la domenica prossima, come dice Boso, fu il 27. Erra quindi il Watterich, *Vita Alexandri*, II, 433, riportando la messa solenne al 3 aprile.

[3] Idem, p. 437: "....predictus Magdeburgensis "archiepiscopus cum electo Warmaciensi et protono"tario accesserunt ad eum, dicentes: Dominus noster "imperator cuncta que inter vos et eum de pace nobis "mediantibus tractata sunt et conscripta paratus est "eum gaudio adimplere; set in civitate Bononiensi "quam eius principes nimis habent suspectam vobiscum "convenire nullatenus potest".

[4] Idem, loc. cit.: "Quibus pontifex constanter sine "mora respondit: Diu est quod mediantibus fratribus "nostris.... cum Lombardis imperator convenit ut ipse "in Imola et nos in Bononia debeamus pariter conve"nire; ideoque nos absque Lombardis et consilio fra"trum nostrorum qui circa partes Bononie nostrum "prestolantur adventum locum ipsum mutare non pos"sumus nec debemus".

[5] Idem, p. 438: "Quod verbum quia legatis bene "complacuit, per apostolicas litteras universis episcopis "et rectoribus civitatum Lombardie mandavit ut *in do"minica Passionis* (10 aprile) ad eius presentiam in civi"tate (Ferrarie) ipsa Deo favente conveniant".

[6] Feria, cioè il primo giorno della settimana. Qui vale la messa della Domenica di Passione.

Mediolanensis archiepiscopus cum episcopis et abbatibus Lombardie, potestates, rectores, consules et multi prudentes de civitatibus Lombardie Ferrariam ad Alexandrum papam festino gressu letabundi uenerunt, quos papa paterno affectu, prout decuit, benignesatis et iocunde suscepit [1].

apr. 12 Altera uero die cum eis in maiori ecclesia sancti Georgii [2], congregata populi multitudine magna [3], conuenit, quos facto silentio tamquam filios taliter est allocutus: “ Nouit “ uestra discretio, filii dilectissimi, quod, peccatis nostris exigentibus, nauis ecclesie, que in “ portu placido et tranquillo deberet consistere, adeo persecutionis ualide procellas sustinuit, “ adeo iniquorum hominum turbines et fluctus incurrit, quod pene est in profundo pelagi “ cum suo gubernatore demersa. Imperator enim Romanus, qui ecclesiam tamquam illius “ aduocatus gubernare et defensare debuit, impugnauit, et sue uoluntatis non rationis sequens “ arbitrium, eam a sua unitate diuisit, altare contra altare extulit, et inconsutilem dei tunicam, “ quantum in eo fuit, diuidere non expauit. Unde ecclesiastica uirtute diuisa, et pacis uin“ culo dissoluto, Romane ecclesie dignitas pene deperiit, et que domina gentium et princeps “ prouinciarum fuerat, facta est sub tributo. Et quia, imminente ualide persecutionis articulo, “ Romane ecclesie quodammodo est debilitata auctoritas, cum non esset [qui] delinquentium c. 250 a “ errores' et peccata corrigeret, sanctorum patrum statuta et canones de suo ordine sunt et “ iure mutata. Sicque factum est, quod occasione huius scismatis et discordie multe ecclesie “ et monasteria sunt destructa, honestas ex parte perdita et religio uiolata, adulteria plurima, “ fornicationes, furta et homicidia sine uindice perpretrata, castella et urbes sunt dirute et “ incendio concremate, res uiduarum et pauperum prede sunt et direptioni exposite. Sed “ licet iustus iudex et patiens retributor, culpa humani generis exigente, iam per decem et “ octo annos uirgam peccatorum super sortem iustorum iusto iudicio, sed occulto, reliquerit, “ et ecclesiam suam persecutione ualida passus sit uehementer affligi; tandem motus ad ueniam “ pio compassionis oculo afflictionem sui populi miseratus aspexit et nauem ecclesie sue cum “ Petri uicario et suis fratribus persecutionis unda pene demersam noctis medio uisitauit, et “ de Salute propria et futura tranquillate penitus desperantes uoce salutifera confortauit di“ cens: “ Confidite, ego sum, nolite timere „. Ad cuius uocis imperium uentus tribulationis “ siluit et unda persecutionis quieuit. Operante enim illo, qui uoluntates principum pro suo “ beneplacito dirigit et corda regum, sicut uult, trutinat et disponit, imperator Romanus, qui “ uerbum pacis audire non poterat, mutatus in uirum alterum, pacem modo requirit et ecclesie c. 256 b “ concordiam, quam despexerat, nunc affectuose deposcit. Benedicta sit gloria Domini de 'lo“ co sancto suo. Ecce enim lapis, quem edificantes reprobauerant, factus est in caput anguli, “ et in summitate ecclesie collocatus. Non ab homine sed a Domino factum est istud, et “ est mirabile in oculis nostris quod senex presbyter et inhermis furori Theutonico potuit “ propugnare et sine bello imperatoris potentiam potuit debellare. Quod ex manifesto Dei “ iudicio credimus prouenisse, ut humana superbia manifeste recolat et totus mundus evi“ denter agnoscat, quod pugnare contra Deum sit impossibile, et nemo illius potentie audeat “ contraire. Solus enim Altissimus dominatur in regno hominum, et cui uoluerit dabit illud. “ Et licet imperator nos de pace ecclesie et dilecti in Christo filii et illustris regis Sicilie

---

13. unitate coniecit Watterich *annota Arndt* — 16. qui *manca A* — 18. schismatis *A 2, A 4, A 5, B, C, Caruso, Sasso e Arndt* — 20. omicidia *A* — 21. Set *C e Arndt* — 23. set *C e Arndt* — 34. Set *C e Arndt* — 35. inermis *A 2, A 3, A 4, A 7, B, C, Caruso, Sasso e Arndt* - Theutonico *B, C, Sasso e Arndt*

[1] Boso, *Liber Pontif.*, loc. cit.: “ In eadem quoque “ septimana, cum glorioso galearum exercitu, quod erat “ delectabile visu, (pontifex) exivit a Venetia, et per “ fauces Padi ascendens, cum gloria et honore venit in “ suam civitatem Ferrariam „.

[2] La chiesa di S. Giorgio, situata nell'attuale Borgo S. Giorgio, fino al 1135 cattedrale della città, fu rifatta nel quattrocento e, in parte, nel 700.

[3] Boso, *Lib Pontif.*, loc. cit.: “ In sequenti vero die, “ principales persone que ab utraque parte inferius an“ notantur, a eiusdem pontificis presentiam convenerunt: “ ex parte Lombardorum, Aquilelensis patriarcha, Ra“ vennensis et Mediolanensis archiepiscopi et eorum con“ provinciales episcopi, rectores civitatum cum suis mar“ chionibus atque comitibus, Salernitanus quoque archie“ piscopus cum R. Adrensi comite . . . . „.

" aput Anagniam per suos nuntios requisierit, et eam vobis absentibus perpetrare uoluerit: " nos tamen ardorem uestre fidei et deuotionis firmiter recolentes, considerantes etiam, qua- " liter uos murum pro domo Jerusalem opponere studuistis, et qualiter pro statu ecclesie " et libertate Ytalie uiriliter decertastis, oblatam nobis imperatoris pacem recipere sine uobis " nolumus, ut sicut fuistis sociis tribulationis, participes sitis et gaudii. Inde est, quod non " attendentes honoris proprii dignitatem, nec causati corporis fatiscentis etatem, nec maris " ueriti tempestatem, nos et fratres nostros labori et periculo exponere non timuimus, sed " ad uos per ignem et aquam indubitanter accessimus, ut uestro communicato consilio, oblatam " imperatoris pacem, si 'ecclesie et illustri regi Sicilie et uobis conveniens fuerit et idonea, (c. 257 a) " suscipere debeamus „.

Postquam Alexander papa suo sermoni finem imposuit, Lombardi in utraque militia diligenter instructi — sunt enim in bello strenui et ad concionandum populo mirabiliter eruditi — per sapientes suos taliter apostolico responderunt: " Uenerande pater et domine, " uniuersa Ytalia pedibus se uestre dominationis inclinat et sue deuotionis obsequia cum gra- " tiarum actione multiplici uestre beatitudini representat. Letatur autem plurimum et exultat, " quod pater ad filios, prelatus ad subditos, dominus ad subiectos est dignatus accedere, ut " errantes oues a luporum morsibus potenter eripere et ad caulas ecclesie prudenter ualeat " reuocare. Persecutionem, quam uobis et ecclesie imperator intulit, magis opere quam ser- " mone cognoscimus, et persecutionis eius molestias, quas mundus auditu didicit, nos in " nostris tribulationibus experimento sentimus. Primo enim nos eius impetum sustinuimus, " primo nos illius furori obiecimus, et ne ad destruendam Ytaliam et libertatem ecclesie " opprimendam propius posset accedere, nostrorum corporum et armorum obice prohibuimus. " Nos pro honore et libertate Ytalie et Romane ecclesie dignitate seruanda imperatorem " cum suis scismaticis nec recipere nec audire uoluimus. Et ob hoc expensas non modi- " cas, labores plurimos et angustias, dampna rerum, pericula mortis et corporum subire 'non (c. 257 b) " refutauimus. Et ideo, reuerende pater, satis est conueniens et rationi plurimum consen- " taneum, ut oblatam uobis imperatoris pacem non solum sine nobis non recipere sed etiam " audire debeatis. Ipse namquam sepe nobis pacem sine ecclesia optulit, nec recepimus; " concordiam nobiscum sine uobis facere uoluit, nec admisimus; magis enim uolumus guerram " illius cum ecclesie unitate incurerre, quam pacem eius cum ecclesie diuisione seruare. " Quod autem personam uestram et fratrum uestrorum exposuistis periculo et labori, pater- " nitati uestre super hoc de abundanti respondemus. Nam pro paucis laboribus multos re- " pendimus, pro paruis periculis maiora recepimus, dum pro honoris uestri et ecclesie gloria " nostra indifferenter expendimus, et pro liberanda ecclesia nos et nostros filios morti expo- " nere non renuimus. Sciat autem uestra sanctitas et imperialis potentia euidenter agnoscat, " quod nos gratanter imperatoris pacem, saluo Ytalie honore, recipimus et eius gratiam, " libertate nostra integra remanente, preoptamus. Quod ei de antiquo debet Ytalia, libenter " exsoluimus, et ueteres illi iustitias non negamus; libertatem autem nostram, quam a patribus " nostris auis et proauis hereditario iure contraximus, nequaquam relinquimus, quam amittere " nisi cum uita timemus; magis enim uolumus gloriosam mortem cum libertate incurrere, " quam uitam miseram cum seruitute seruare. Quod autem illustrem regem Sicilie' ad con- (c. 258 a) " sortium nostre pacis asciscitis, gratum nobis residet plurimum et acceptum, quia eum " amatorem pacis et cultorem iustitie recognoscimus. Ipse namque pre ceteris mundi prin- " cipibus, suis et extraneis pacem tribuit et securitatem impendit, quod uiatores nostris per " opera sentiunt et peregrini experimento testantur, qui in uiis et campis sine custode dor-

---

1. nuncios *C e Arndt* — 3. Hierusalem *B C, Sasso e Arndt* — 4. Italie *B C, Sasso e Arndt* — 7. set *C e Arndt* — 14. Italia *B C Sasso e Arndt* — 21. Italia *B C, Sasso e Arndt* — 23. Italie *B C, Sasso e Arndt* — 24. Schismaticis *B C, Sasso e Arndt* — 27. set *C e Arndt* - set nec etiam *Conteloro* — 28. obtulit *A 3, A 5, A 6, A 7, B, C, Sasso e Arndt* — 32. habundanti *A di prima mano rasa* h — 35. rennuimus *A, A 7* — 36. Italle *B C, Sasso e Arndt* — 37. Italia *B C, Sasso e Arndt* — 42. adsciscitis *B C, Sasso e Arndt* — 43. nanque *A*

" miunt et in nemoribus absque suarum rerum amisione quiescunt. Et ut breui concludamus, in summa maior pax et securitas in regni eius nemoribus, quam in aliorum regnorum urbibus inuenitur. Et ideo talem ac tantum principem et nostre pacis socium et nostre societatis esse uolumus dominum et amicum "[1].

Postquam Lombardi finem fecere dicendi, papa eos de more benedixit et ad hospitia singulos abire permisit. *apr. 13* Post diem autem tertium Christianus cancellarius, Coloniensis, Madeburgensis et Treuerensis archiepiscopi, Guarmaciensis electus, Gottifridus alius cancellarius et protonotarius ex parte imperatoris Ferrariam ad papam uenientes[2], residentibus cum eo regis nuntiis et Lombardis, in consistorio publice protestati sunt, et dixerunt: " Venerande pater et domine, sicut imperator Romanus vobis per suos nuntios apud Anagniam repromisit, paratus est uobiscum et cum ecclesia, cum illustri rege Sicilie et cum Lombardis per nos pacem facere et seruare. It ideo nobis septem faciende pacis auctoritatem con- *c. 258 b* tulit. Et quidquid de bono pacis coram uestra presentia statuerimus, hoc 'totum imperialis dignitas ratiabitione firmabit ".

Hoc autem uerbum pape admodum placuit, et habito consilio, alios septem, Hubaldum uidelicet Hostiensem, Guillelmum Portuensem et Malfridum Penestrinum episcopos, Iohannem Neapolitanum[3], Theodinum de Arrone[4] et Petrum de Bona[5] presbyteros cardinales et Iaquintum diaconum cardinalem[6] pro parte ecclesie pacis arbitros et mediatores instituit. Lombardi autem totidem personas, Taurinensem[7] uidelicet, Bergamensem[8] et Cumanum[9] episcopos et Astensem electum, Girardum de Pesta Mediolanensem et Goczo Ueronensem iudices et Albertum de Gammera Bresciensem ciuem, ad sue pacis compositionem unanimiter statuerunt[10]. Precepit etiam papa nuntios regis Sicilie huic pacis tractatui interesse. Prius autem quam pacis capitula hinc et inde essent in medium producta, de loco colloquii non modica inter eos est obhorta contentio. Lombardi enim uolebant hunc pacis tractatum apud Bononiam fieri, sicut per imperatorem atque Hostiensem episcopum et eos fuerat ordinatum. E contrario autem imperatoris nuntii reclamabant, se nequaquam pro tali causa Bononiam profecturos, eo quod Christianus cancellarius Bononiensibus odiosus esset plurimum et infestus, sed cum illis pro hoc negotio libenter Uenetiis conuenirent, ubi utreque partes possent sine timore pergere et cum securitate manere. Lombardi autem e diuerso suspectos habebant Uenetos, asserentes, illos pacis cum eis inite federa uiolasse, et sepe *c. 259 a* imperatoris' nuntios contra hoc, quod statutum inter eos fuerat, recepisse. Cumque hec contentio aliquantis diebus de loco colloquii perdurasset, tamdem suadentibus regis nuntiis, voluntati domini pape prebuere consensum, et se ituros Uenetias, prestitis tamen prius securitatibus, promiserunt. Qua de causa papa Hugonem Bononiensem et Raynerium cardinales cum quibusdam Lombardis Uenetias misit, ut a duce et populo Uenetia securitatem

---

7. Treverensis *B e Sasso manca* - Gotifridus *B C, Sasso e Arndt* — 9. nunciis *C e Arndt* — 14. ratihabitione *B, C, Sasso e Arndt* — 17. d. *A*; dictum *A 2 e Caruso* — 22. nuncios *C e Arndt* — 24. abhorta *A* — 26. nuncii *C e Arndt* — 28. set *C e Arndt* - Veneciis *A* — 31. nuncios *C e Arndt* - recepissent *A* — 32. nunciis *C e Arndt* — 33. Venecias *A* — 34. Rainerium *B C, Sasso e Arndt* — 35. Venecias *A* - Venecie *A*

[1] H. REUTER, *Geschichte Alexanders des drittens*, cit., vol. III, p. 270 e seg.

[2] Boso, *Liber Pontif.*, II, 438: "....set ex parte imperatoris (convenerunt), Maguntinus, Coloniensis, Treverensis, Bisuntinus, Magdeburgensis et Salzburgensis archiepiscopi cum aliquibus eorum suffraganeis episcopis, electo quoque Warmacensi et A. protonotario ". R. qui erra dicendo Goffredo protonotaro e secondo Cancelliere di Federico I: in quel tempo era Protonotaro dell'impero "Arduinus"; Goffredo, come dirà R. stesso più avanti, era "minor cancellarius ".

[3] Cf. p. 270, n. 7.

[4] "Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine "; cf. JAFFÉ-LOEWENFELD, nn. 12828, 12829 e sg.

[5] "Petrus presbiter cardinalis sancte Susanne "; cf. JAFFÉ-LOEWENFELD, nn. 12828, 12829 e sg.

[6] "Iacinthus diaconus cardinalis sancti Theodori "; JAFFÉ-LOEWENFELD, nn. cit.

[7] "Cunibertus episc. Taurinensis ".

[8] "Gualda episc. Bergamensis ".

[9] "Anselmus Raimondus episc. Cumanus ".

[10] In Boso, *Liber Pontif.*, II, 429, 440, ricorrono pure gli stessi nomi: "de Mediolano Gerardus Pistis... de Brixia Albertus de Gambara ...., de Verona Cothus consul ... ".

reciperent, quod ipse cum iis, qui essent ad colloquium profecturi, secure possent intrare Uenetias et exire, et in eis cum rebus suis salui et sine timore persistere, et quod imperatorem sine mandato pape intrare fines Uenetiarum ullatenus non permitterent „ [1].

His autem abeuntibus, Christianus cancellarius, qui Ferrarienses, quos in bello offenderat, plurimum metuebat, quinta feria maioris [h]ebdomade a Ferraria mouens, Uenetias festinus aduenit. Papa autem Alexander cum magno conuentu archiepiscoporum, episcoporum et abbatum paschalem festivitatem, que vicesimo quarta die mensis Aprilis [2] eo tempore occurrebat, usque ad octauas, ut moris est, Ferrarie sollempniter celebrauit. Cumque a cardinalibus, quos Uenetias miserat, de securitate a duce et populo prestita responsum ydoneum accepisset, nono die intrante mensis Madii cum regis nuntiis galeas ingressus, sequentibus eum cardinalibus et Lombardis, eo die per Padum Laurentum 'descendit [3].

Altera uero die per mare ad Sanctum Nicolaum, qui dicitur ad litus, applicuit. Tertia autem die a duce et populo Uenetie, a patriarcha et uniuerso clero, primo ad Sanctum Marcum, dehinc ad patriarche palatium cum magna gloria est et honore deductus. Postquam autem cardinales et Lombardi, qui papam fuerant subsecuti, Uenetias applicuerunt, papa mediatoribus pacis iniunxit, ut in cappella, que erat in palatio patriarche, conuenientes, primo de pace Lombardorum, que prolixiori indigebat tractatu, haberent colloquium, de pace regis et ecclesie, que quasi una est, postmodum tractaturi [4].

Cum autem hoc factum esset, et rationes multiplices fuissent hinc inde prolate, tamdem Christianus cancellarius [5] pro parte imperatoris disiunctam triplicem proposuit, dicens: " Petit a uobis imperator et postulat, ut aut de regalibus et his, que ad eum pertinent [6], que uos detinetis, illi iustitiam faciatis, aut sententiam a iudicibus Bononie apud Roncaliam [7]

2. Venecias *A* — 3. Veneciarum *A* — 4. Iis *B C*, *Sasso e Arndt* — 5. ebdomade *A* - Venecias *A* — 9. Venecias *A* - idoneum *B C Sasso e Arndt* — 10. nunciis *C e Arndt* — 12. die *A soprascritto dalla stessa mano* — 13. Venecie *A* — 15. Venecias *A* — 19. Quum *B e Sasso* — 20. disiunctivam *B e Sasso*; distincte rem triplicem *Conteloro*

[1] Boso, *Liber Pontif.*, II, p. 438: " Quibus ad invicem congregatis, de loco ubi papa secure posset cum imperatore presentialiter convenire non modica inter partes altercatio exstitit; et Lombardis petentibus Bononiam vel Placentiam aut Ferrariam seu Paduam, imperatoris autem principibus Papiam seu Ravennam aut Venetias eligentibus, pontifex cum nuntiis regis Sicilie Venetias in hunc modum elegit, ut si dux cum populo Veneto iuramentoriam cautionem prestaret quod antequam pax confirmata firmiter esset, sine consensu pape imperatorem Venetias nullatenus intrare permitterent et venientes illuc seu redeuntes nullo modo impedirent, tunc pars utraque ad locum ipsum secure accederet. Quod ad verbum pontificis factum est „.

[2] Nel 1177 la Pasqua cadde appunto il 24 aprile.

[3] Boso, *Liber Pontif.* loc. cit.: " Exivit (pontifex) ergo a Ferraria cum episcopis et cardinalibus VII idus maii, et sine mora Venetias remeavit; cuius vestigia partes utreque celeriter sunt subsecute „.

[4] Per tutte le trattative di pace R. è la fonte più diffusa e minuta. Boso, *Liber Pontif.*, II, 438: " Constitutis itaque principibus ac Lombardis in conspectu pontificis, de reconciliatione pacis inter eos ad alterutrum tractare ceperunt. Set quia de regalibus maxime ac feudis maxima inter eos controversia vertebatur et pax Ecclesie absque illorum pace qui cum Ecclesia contra imperium firmiter steterant fieri non debebat, tractatus ipse multis intervenientibus industiis usque ad apostolorum Petri et Pauli octavas processit „.

[5] " Cancellarius autem in armis strenuus, domnus scilicet Christianus Mogontensis archiepiscopus .... etate iuvenis, statura mediocris, facie decorus „; *De pace Veneta relatio*, in *M. G. H.*, *SS.*, XIX, pp. 461 e 462.

[6] La " Constitutio de regalibus „, colla quale Federico I nella dieta di Roncaglia del nov. 1158 volle annullare i privilegi dei suoi antecessori e ristabilire la teoria dell'onnipotenza e dell'assolutismo dell'impero, sviluppatasi sulla base del Diritto Romano, sancì anche l'imprescrittibilità dei diritti dello Stato.

" .... Regalia id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatas regni, iura centurionum, et curtes, qui manifeste regni erant „; *Const.*, I, 90, 1111. Così all'Imperatore spettò il diritto d'investire i magistrati per l'amministrazione della giustizia, di esigere il portatico, il pedaggio, battere moneta, comminare e riscuotere le multe, le prestazioni pubbliche, le imposizioni e revocare allo Stato, occorrendo, i redditi delle miniere e delle industrie utili. Cf. H. Simonsfeld, *Jahrbücher des deutschen Reiches unter Friedrich I*, vol. I, Leipzig, 1908, p. 132; E. Mayer, *Italienische Verfassungsgeschichte von der Gothenzeit bis zur Zunftherrschaft*, Leipzig, II, 1909, p. 209 e sg..

[7] Nella dieta di Roncaglia Federico I convocò i delegati delle città lombarde e fece anche venire i " quatuor principales legis doctores, videlicet domnos Bulgarum et Martinum Gossiam seu Iacobum atque

" contra uos pronunciatam executioni mandetis, uel ea, que antecessores uestri seniori Henrico " reddere consueuerunt, illi faciatis ".

Quo audito, Girardus Pesta Mediolanensis iudex pro parte Lombardorum respondit: " Nos quidem imperatori, undecumque nos appellauerit, parati sumus sicut domino iustitiam " facere, sed quia hec iustitia non est unius hominis sed multorum, non unius ciuitatis sed c. 260 a " plurium, secundum causarum merita inducias postulamus,' ut deliberantes plenius super his, " que nobis obiecta fuerint, competenti loco et termino apud communem iudicem responsuri " ueniamus. Quod autem dixisti apud Roncaliam a Bononiensibus iudicibus contra nos sen- " tentiam fuisse prolatam, plane inficiamur, eam non fuisse sententiam, sed imperatoriam " iussionem. Cum enim plures ex nobis, nec per contumaciam, fuissemus absentes, quidquid " tunc contra nos dictum fuit, nobis nocere non debet, nec pro sententia reputari; secundum " leges enim in absentes prolata sententia nullius est roboris uel ualoris. Quod uero postu- " lasti, ut ea imperatori reddere deberemus, que seniori Henrico a nostris antecessoribus " sunt soluta, respondemus, quod prenominati imperatoris dispositiones pariter et statuta " propter antiquitatem temporis iam pene perdidere memoriam, nec uiuit aliquis nostrum " uel uestrum, qui bene possit illius temporis dicta uel facta recolere. Item imperator Hen- " ricus, salua auctoritate imperii, non debet dominus sed tirannus uocari. Cum enim misisset " manum in sanctum Domini et Paschalem papam super altare cepisset, et cum multas ec- " clesias destruxisset et episcopos excecasset; eius facta uelut crudelia et tirannica non sunt " trahenda ad consequentiam uel ad memoriam reuocanda [1]. Sed si imperatori placuerit,

---

5. set *C e Arndt* - set *C e Arndt* - set *C e Arndt* — 9. set *C e Arndt* — 17. set *C e Arndt* - tyrannus *B e C, Sasso e Arndt* — 18. servum *Caruso* — 19. tyrannica *B e C, Sasso e Arndt* — 20. consequentia *A* - Set *C e Arndt*

" Ugonem de Porta Ravegnana, Bononie magistros ", coll'incarico di stabilire quali fossero i " iura regalia " que ratione imperii in Lombardia ad ipsum specta- " rent "; Ottonis Morenae *Chronicon*, in *M. G. H.*, *SS.*, XVIII, p. 607. Lo stesso Morena (p. 639) ci fa sapere che: " Pollebat equidem tunc Bononia in litteralibus " cunctis Ytalie civitatibus, quatuor legum columpnis " inter ceteros magnifice radiantibus ". Un ignoto in- terpolatore del sec. XIII di codesta cronaca vuole che i quattro dottori fossero antichi scolari d'Irnerio, il quale vicino a morire, chiesto chi avrebbe designato a succedergli nella cattedra, avrebbe detto il noto distico:

" Bulgarus os aureum, Martinus copia legum,
" Mens legum est Ugo, Iacopus id quod ego ".

Certo egli è che Giacomo, al pari dell'insigne Maestro Ir- nerio, fu consigliere di Federico I, come Martino e Bul- garo rappresentarono ai loro tempi due diverse tenden- ze di pensiero e due differenti scuole giuridiche. Vuolsi anzi che Martino, non contento d'avere cogli altri dot- tori sentenziato che le regalie spettassero all'imperatore, abbia anche, contro il parere di Bulgaro, detto che l'Im- peratore giuridicamente era padrone del mondo. E si soggiunge che per tale responso abbia avuto in dono il cavallo montato nello stesso giorno dall'imperatore e il severo giudizio di Bulgaro, che in quell'occasione avrebbe messo fuori il gustoso bisticcio: " Amisi equum, " quia dixi equum, quod non fuit equum ". Una poesia del sec. XIII, tratta dal ms. parigino 4615 e ripubbli- cata dal Gaudenzi, ci assicura che Martino († non più tardi del 1166) si ritirò dall'insegnamento per dedicarsi alla consulenza giuridica:

" Hic est equus arbitrer et iurisconsultus:
" Consulit hunc sapiens, consulit hunc stultus,
" Nullus eum consulit abit inconsultus;
" Animi letitia serenatur vultus ".

Cf. A. Gaudenzi, *Lo studio di Bologna nei primi due secoli della sua esistenza*, Bologna, 1901, p. 132 e sg.; A. Solmi, *Storia del diritto italiano*, 2ª ed., Milano, 1918, p. 516 e sg.

[1] Si ricordano qui le lotte fra Enrico V (1106- 1125) e Pasquale II (1099-1118), il quale nel 1111 fu get- tato in prigione dal nuovo Imperatore che volle ven- dicare a Roma l'onta di Canossa fatta subire ad En- rico IV; *Lib. Pontif.*, II, 341, *Annales Romani*, a. 1111: " Cum iam dies declinaret in vespera (12 feb.), con- " sultum a fratribus ut rex eodem die coronaretur, ce- " terorum tractatus in sequentem ebdomadam differ- " retur. Illi etiam hoc adversati sunt. Inter haec tam " pontifex quamque et praefectus et omnes qui cum " eo erant a militibus armatis custodiebantur. Vix tan- " dem ad altare beati Petri pro audiendis misse officiis " conscenderunt, vix ad sacramenta divina conficienda " panem, vinum et aquam invenire potuerunt. Post " missam, ex cathedra descendere compulsus pontifex, " deorsum ante confessionem beati Petri cum fratribus " sedit, ibi usque ad noctis tenebras ab armatis mili- " tibus custoditus; inde ad ospitium extra aecclesiae " atrium cum fratribus deductus est. Capta est cum eo " et diaconorum ac notariorum et laycorum numerosior " multitudo; qui autem evaserunt, alii expoliati, alii " gravius verberati sunt. Factus est igitur in urbe tota " repentinus tumultus, dolor et gemitus ".

Pasquale II sembrò sottomettersi, ma per poco, e riprese la lotta. Dopo molte vicende e dopo la morte della contessa Matilde, Enrico V tornò a Roma e Pa- squale si rifugiò in Castel S. Angelo otto giorni prima di morire; cf. *Lib. Pontif.*, II, 305.

" ea que antecessores nostri iuniori Henrico [1], Conrado [2] et Lothario [3] uel ei usque ad hec " tempora reddiderunt, recipere, parati sumus in pace persoluere. Quod si 'hoc imperatori " graue residet et uidetur, pacem, que inter nos et eum per Cremonenses tractata fuit et " in scriptis redacta [4], uolumus firmiter obseruare. Que eo tempore completa fuisset, nisi quia " imperator uolebat nos ab ecclesie unitate recedere et Alexandri pape pontificium denegare. " Prouideat ergo super hoc uestra discretio, si, quia scismati consentire noluimus, debeamus " nostre pacis conditionem deteriorem efficere ". c. 260

Cum autem scriptura de tractatu pacis habita et per Cremonenses Lombardis aliis delegata producta fuisset in medium, ceperunt Teotonici quibusdam scripture capitulis diligenter opponere et eorum sensum ad sue partis commodum retorquere, quedam uero capitula denegare. E contra Lombardi ceperunt illorum responsiones suis responsionibus confutare, et his, que obiecta fuerant, satis studiose resistere. Ad comprobanda uero capitula, que ipsi negauerant, ceperunt Cremonensium, licet essent inimici, testimonium inuocare. Cumque super his capitulis diebus esset plurimis disputatum et nihil penitus diffinitum, ex utriusque partis conuenientia quecumque hinc et inde dicta fuerant, ad pape audientiam sunt relata. Alexander autem papa, utpote uir eruditus et sapiens, considerans imperatoris et Lombardorum pacem multis esse controuersiis et questionibus inuolutam, nec eam posse breui spatio temporibus consummari, tractatu pacis postposito, cepit cum eis de treuguis sex annorum agere,' sperans per treuguas ad consummationem pacis facilius posse perueniri. c. 261 a Tunc etiam Teotonicis de pace regis Sicilie uerbum proprosuit, affectuose postulans, ut imperator cum eo aut pacem perpetuam aut temporalem ad minus usque ad annos quindecim faceret, in ueritate sciturus, quod nullatenus pacem eius et ecclesie posset habere, rege Sicilie in discordia remanente. Christianus autem cancellarius cum sociis suis consilio communicato respondit: " Nouit uestra discretio, uenerande pater et domine, quod nos ab im" peratore accepimus in mandatis, ut uobiscum de pace ecclesie, regis Sicilie et Lombardo" rum haberemus colloquium et tractatum: sed quia uos, tractatu pacis omisso, nouum uer" bum nobis de treuguis faciendis proponitis, non possumus sanctitati uestre super hoc cer" tum dare responsum, quoadusque uerbum istud, quod de nouo audiuimus, ad imperatoris " audientiam referamus ".

Accepta itaque a papa licentia, ad imperatorem, qui apud Pomposam [5] uenerat, gradu concito perrexerunt. Est autem Pomposa locus quidam delactabilis et nemorosus inter Ra-

6. Schismati *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 8-9. denegata *Sasso* — 14. hiis *A* - essent *A* - nichil *A* — 17. esset *A* — 21. ad minus *Conteloro manca* — 26. set *C e Arndt*

[1] Enrico V. Concordato di Worms del 23 sett. 1122, col quale si chiuse la grande lite delle investiture; cf. A. Solmi, *Stato e chiesa secondo gli scritti politici da Carlomagno fino al concordato di Worms*, Modena, 1901. Il testo del diploma di Enrico V fu edito in *M. G. H.*, *Leg.*, tomo II, p. 76; in P. Theiner, *Codex diplomaticus temporalis*, tomo I, n. 12; ma assai meglio e correttamente dal Duchesne, *Liber Pontif.*, II, p. 378 (Boso, *Calixtus II*), col riscontro dell'originale, conservato nell'Archivio Vaticano, Arm. I, Caps. VI, n. 11, senza il suggello che s'è perduto:

" Domino pape Calixto Henricus imperator. In " nomine sancte et individue Trinitatis, ego Henricus, " Dei gratia Romanorum imperator augustus, pro amore " Dei et sancte Romane ecclesie et domni pape Calixti " et pro remedio anime mee, dimitto Deo et sanctis Dei " apostolis Petro et Paulo sancteque catholice Ecclesie " omnem investituram per anulum et baculum, et con" cedo in omnibus ecclesiis que in regno vel imperio " meo sunt canonicam fieri electionem et liberam con" secrationem. Possessiones et regalia beati Petri que " a principio huius discordie usque ad hodiernam diem " sive tempore patris mei sive etiam meo ablata sunt, " que habeo ecclesie Romane restituo, que autem non " habeo ut restituantur fideliter iuvabo. Possessiones " etiam aliarum omnium ecclesiarum et principum et " aliorum tam clericorum quam laycorum que in guerra " ista amisse sunt, consilio principum vel iustitia, que " habeo reddam, que non habeo ut restituantur fideliter " iuvabo .... ".

[2] Corrado, figlio di Enrico IV, morto in Italia nel 1101.

[3] Lotario III di Sassonia, 1125-1137; cf. W. Bernhardi, *Lothar von Supplinburg*, Leipzig, 1870, p. 560 e sg.

[4] *M. G. H.*, *Leg.*, II, 145 e sg.

[5] La famosa badia di Pomposa è a circa km. 5 ½ da Codigoro in territorio di Ferrara.

uennam et Ueneciam collocatus. Cumque imperatori petitionem pape de componenda pace cum rege Sicilie usque ad annos quindecim, et de faciendis treuguis cum Lombardis usque ad annos sex per ordinem exposuissent, aduersus eos uehementer indignatus infremuit, asserens illos in hoc tractatu pacis magis Alexandri pape honori et commodo, quam dignitati' c. 261 b imperii prouidisse. Quare precepit eis, ut ad papam redeuntes firmiter ei ex sua parte proponerent, quod ipse cum eo et ecclesia pacem libenter faceret, sed regis Sicilie et Lombardorum treuguas denegaret. Qui uenientes totum pape per ordinem retulerunt, sicut illis fuerat ab imperatore mandatum. Post quorum discessum imperator Gottifridum minorem cancellarium [1] cum episcopo Clarimontis [2] et abbate de Bonaualle [3] Venecias delegauit [4], iniungens eis, quod Christiano cancellario et sociis suis ignorantibus, caute et priuatim pape ex sua parte significarent, quod ipse amoris eius intuitu pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim et usque ad sex annos Lombardorum treuguas concederet, si papa cuidam sue petitioni preberet assensum. Quam tamen petitionem ei uolebat penitus esse incognitam, sed duobus cardinalibus, quos ipse e(c)legisset, uolebat illam diligenter exponi, ea tamen conditione, quod si cardinales electi petitione cognita de ea complenda consilium pape tribuerent, ipse eam sine dilatione perficeret.

Ex mandato itaque papa Hubaldus Hostiensis episcopus et Theodinus cardinalis ad hoc negotium sunt electi, quibus imperatoris petitio ab eius nuntiis priuatim est et studiose exposita. Cumque cardinales petitione cognita pape suggererent, quod petitioni imperatorie preberet assensum, Alexander papa, utpote homo prouidus et discretus, cepit quenam esset c. 262 a occulta' illa petitio animo estuanti reuoluere et Teotonicorum dolos et uersutias suspectas habere. Quam mutauit cum uoluntate consilium, asserens, non decere auctoritatem apostolicam petitioni incognite prebere consensum, nec de re dubia et incerta aliquid respondere, sed si petitionem illam uellent ei fideliter aperire, et talis esset illa petitio, que contra honorem Dei et dampnum ecclesie non spectaret, libenter eam effectui manciparet. Quo audito, Gottifridus minor cancellarius indignatus ad imperatorem rediit. Episcopus autem Clarimontis cum abbate de Bonaualle, qui remanserant, uidentes quod nullum a papa possent habere responsum, licet inuiti, petitionem imperatoris pape exposuerunt.

Erat autem hec petitio. Imperator pape per nuntios suos promiserat, quod si pacem cum eo faceret, terram comitisse Mathildis [5], quam ipse tenebat, in manu eius et ecclesie potestate remitteret. Petebat ergo, ut liceret ei usque ad quindecim annos, uidelicet quousque pax regis Sicilie perduraret, eiusdem terre redditus sine contradictione recipere, completis uero quindecim annis, uolebat, possessione penes eum remanente, statim de eadem terra cum ecclesia placitare, asserens illam ad ius sui imperii pertinere. Papa autem intuitu regis Sicilie, quem plurimum diligebat, usque ad condictum terminum imperatori prenomi- c. 262 b nate terre fructus habere concessit, hac tamen conditione, quod completis quindecim' annis ad potestatem et possessionem Romane ecclesie terra illa rediret, et tunc ecclesia in pos-

---

6. Set *C e Arndt* — 14. set *C e Arndt* - eclegisset *A*, *C e Arndt*; legisset *B e Sasso* — 14-15. condicione *A* — 18. nunciis *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 22. deceret *A* — 25. damnum *B*, *C*, *Sasso ed Arndt* — 29. nuncios *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 30. Maltendis *A*, *C*, *Arndt*; R. Mathildis *Conteloro*

---

[1] Cf. p. 274, n. 2. L'Arndt, con molta probabilità, ritiene si tratti di Goffredo di Viterbo che poco dopo fu in Venezia coll'imperatore, e rimanda allo ULMANN, *Gotfried von Viterbo*, p. 14, che non m'è riescito d'avere fra le mani.

Goffredo di Viterbo, nella qual città possedette un feudo col fratello "Guarnerio il tedesco" e dove si ritirò negli ultimi anni, fu sempre addetto alla corte imperiale, nella qualità di Cappellano, prima di Corrado III e poi di Federico Barbarossa. A lui si debbono, fra l'altro, il poema intitolato: *Gesta Friderici* o *Speculum regum*, la *Memoria seculorum* e il *Pantheon* ch'egli scrisse a Viterbo; cf. WAITZ, *M. G. H.*, *SS.*, XXII, p. 1 e sg.; B. SCHMEIDLER, *Italienische Geschichtsschreiber des XII und XIII Jahrh.*, *ein Beitrag zur Kulturgeschichte*, Leipzig, 1909, p. 21 e sg. e 83.

[2] Ponzio, annota l'Arndt.

[3] Ugo, annota l'Arndt.

[4] PERTZ, *M. G. H.*, *Leg.*, II, 154, pubblicò la lettera dell'Imperatore.

[5] † 24 luglio 1115.

sessione posita, si imperator uellet de proprietate terre illius agere, libenter ei ecclesiam iustitiam faceret.

Postquam autem hic modus petitionis implende per episcopum Clarimontis et abbatem de Bonaualle fuit imperatori propositus, plurimum illi displicuit, et sic concordia per illos tractata remansit. Christianus autem cancellarius et reliqui, qui cum eo mediatores pacis fuerant constituti, cognito quod imperator per alios pacem ecclesie tractare uoluisset, nimium doluerunt et uenientes ad papam Alexandrum, dixerunt: " Sanctitati uestre, domine, esse " uolumus non incognitum, quod nostro odio et inuidia pax ecclesie prepeditur. Quidam " enim nostri emuli falsa de nobis imperatori suggerunt et uolunt in hac parte nos ei odiosos " reddere pariter et suspectos. Et ideo ueremur plurimum, ne, dum nos absentes sumus, " qui pacem diligimus et nuntii in eundo et redeundo sine fructu tempora longa consumunt, " imperator prolixitate temporis affectus tedio desideratam pacem abhorreat et suggestione " prauorum hominum infecta pace recedat. Consulimus ergo discretioni uestre, ut si uobis " placuerit, propius imperator accedat, ut uestris et suis nuntiis cito ire et redire ualentibus " inchoata pax, uolente Domino, cito ualeat consummari ".'

Papa autem, habito cum nuntiis regis Sicilie et Lombardis consilio, respondit: " Nobis *c. 263 a* " quidem placet admodum, ut imperator Clojam [1], que a Uenetiis quindecim distat milibus, " cum paucis ueniat, ea tamen conditione, quod uos in anima uestra iurare faciatis, ut post- " quam illuc uenerit, absque nostro mandato et licentia ulterius non procedat ". Iuramento itaque in hunc modum prestito, Coloniensis archiepiscopus cum quibusdam aliis Cesenam [2] ad imperatorem uenit et eum cum suis Clojam usque deduxit. Quidam autem populares Ueneti, cognito imperatoris aduentu, ad eum accedentes ceperunt illi studiose suggerere ut absque mandato pape et licentia Uenetias securus intraret, firmiter promittentes, quod eorum consilio et auxilio pacem posset cum ecclesia et Lombardis pro sua uoluntate componere.

Quorum uerbis imperator aliquantulum acquiescens, precepit eis, ut dicta operibus consummarent, dantes operam, ut totum populum ad perfectionem huius negotii caute et sapienter inducerent. Alexander autem papa audiens, quod Clojam imperator uenisset, Guil- iul. lelmum de Papia Portuensem episcopum et Iohannem Neapolitanum et Theodinum et Petrum de Bona presbyteros cardinales et Iaquinthum diaconum cardinalem cum Christiano cancellario et aliis Theotonicis, qui pacis mediatores erant, ad eum direxit, mandans, ut si de beneplacito illius esset, ipse nuntios regis Sicilie et quosdam de Lombardis Clojam transmitteret, ut 'illis presentibus imperator in anima sua per principes suos iurare faceret, quod *c. 263 b* pacem ecclesie et pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim et treuguas Lombardorum usque ad annos sex firmiter obseruaret. Quo facto, Uenetias posset securus accedere, eius procul dubio benedictionem et gratiam habiturus. Imperator uero, quia aures sua uerbis Uenetum quodammodo inclinauerat et eorum responsa diebus singulis expectabat, cepit cardinalibus de uerbo pacis, quasi nouum esset et sibi incognitum, respondere et longis consultationibus de die in diem sua responsa differre. Quo cognito cardinales turbati sunt plurimum et mirati, et quidnam deberent facere, nesciebant.

Interea populares Ueneti a Cloja Venetias redeuntes, in sancti Marci ecclesia congregati, totius pene populi seditionem et tumultum contra ducem suum excitauerunt, dicentes: " Domine dux, non bene honori et commodo commissi uobis populi prouidetis. Ecce enim " imperator Romanus apud Clojam iam diebus aliquantis est demoratus, ubi caloris distem-

---

11. nuncii *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 12. aborreat *A* — 14. nunciis *B*, *C*, *Sasso ed Arndt* — 16. nunciis *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 17. Cloiam *A*; Clozam *B*, *Sasso* - Veneciis *A* - distant *A* — 21. Cloiam *A*; Clozam *B*, *Sasso* — 22. Venecias *A* — 27. Cloiam *A*: Clozam *B*, *Sasso* — 29. Iaquintum *A*; Hiacynthum *B*, *Sasso* — 31. nuncios *B*, *C*, *Sasso e Arndt* - Cloiam *A*; Clozam *B e Sasso* — 34. Venecias *A* — 38. audito *A 4* — 40. Cloia *A*; Cloza *B*, *Sasso* - Venecias *A* — 43. Cloiam *A*; Clozam *B*, *Sasso* — 43-l. 1 p. seg. distemperatias *A*

[1] Boso, *Liber Pontif.*, II, 439, la dice " Clogia ", che risponde all'antica " Clodia " e alla moderna " Chioggia ".

[2] *Cesena castrum* in territorio di Forlì

" perantias et muscarum et culicum plures molestias sustinet, nec ei licet Uenetias intrare. " Quod ipse multum graviter recipit et uindicandum in posterum alta mente reponit. Et " ideo ueremur, ne tam grauis offensa quandoque uniuerso populo periculosa possit esse pa- " riter et dampnosa. Quare de nostra uoluntate est, ut si uestre residet celsitudini, impe- [c. 264 a] " rator' Uenetias a uobis et a populo inuitatus accedat „. Quibus dux benigne respondit: " Bene potestis firmiter recolere, domini, quod ad petitionem pape per duodecim prudentes " uiros in anima omnium nostrorum iurare fecimus, quod absque mandato eius et licentia " imperatorem intra fines Uenetie nullatenus recipere deberemus. Prouideat ergo uestra di- " scretio, si contra tenorem iuramenti nostri, papa inconsulto, imperatorem debeamus huc " advocare „. Cui illi protinus responderunt: " Postquam ex mandato pape Clojam, que intra " fines est Uenetie, imperator intrauit, plane a nostri iuramenti sumus uinculis absoluti „. Cumque super hoc a duce et populo esset diutius disceptatum, tamdem de communi consensu quidam Ueneti sunt ad papam directi. Qui uenientes, sicut uiri improbi et superbi, dormientem papam excitare non timuerunt, proponentes ei ex parte ducis et populi, quod de eorum erat uoluntate et beneplacito, quod Uenetias imperator intraret. Quod uerbum admodum pape displicuit et multum graue resedit dicens eis: " Uos nobis ex iuramento te- " nemini, ut imperator Uenetias non debeat sine nostra licentia et mandato uenire. Uolu- " mus ergo, ut cardinales nostros, qui ad imperatorem iuerunt, cum eius nuntiis usque in " diem crastinum expectetis. Et eis uenientibus, quid nobis faciendum sit, uobis respondere [c. 264 b] " curabimus „. Quod uerbum licet Uenetis displicuisset, plurimum' tamen precibus pape deuicti, petitioni eius, quamuis inuiti, prebentes assensum, ad propria redierunt.

Interea per totam regionem rumor insonuit, quod Ueneti contra uoluntatem pape uellent imperatorem Uenetias intromittere. Quo audito Lombardi, qui cum papa pro facienda pace Uenetias uenerant, metuentes subitum imperatoris aduentum, et fidem Uenetum et inconstantiam suspectam habentes, intrantes naues, ad partes Treuisie se transtulerunt. Papa autem cum paucis cardinalibus, qui secum remanserant, cepit contristari et mestus esse. Metuebat enim, ne si imperator contra uoluntatem suam, iuramento non prestito, Uenetias introiret, magnum ex hoc dampnum et periculum posset Dei ecclesie prouenire. Audientes autem hoc nuntii regis Sicilie, uenientes ad papam ceperunt eum uiriliter animare, dicentes: " Domine, non oportet uos dubitare in aliquo uel metuere, ecce enim quatuor galeas domini " regis Sicilie ad uestrum obsequium preparatas habemus, quas cum uobis intrare placuerit, " secure uos de hoc loco et absque periculo, inuitis etiam Uenetis et contradicentibus, edu- " cemus „. Quibus uerbis papa plurimum animatus respondit, quod de suo erat proposito, ut cardinales, qui ad imperatorem iuerant, usque in diem crastinum expectaret, ne si eis [c. 265 a] inconsultis recederet, posset merito leuitatis 'argui et de uiolata fraternitate culpari. Quo audito, regis nuntii ad palatium ducis, ubi cum multis Uenetis dux de more conuenerat, accedentes, eos taliter sunt allocuti: " A uestra memoria excidisse non credimus, quanta " beneficia dominus rex huic ciuitati contulerit, et quod hodie princeps aliquis sub celo non " uiuit, cuius amicitia tantum sit uobis idonea, cuius gratia adeo sit uestris utilitatibus op- " portuna. Et vos ei ex iuramento tenemini, sui regni gloriam et honorem diligere et pro " eius commodo plurimum laborare. Inde est, quod nos hac consideratione inducti, et de " uobis tamquam de amicis domini regis et fidelibus multam spem et fiduciam obtinentes, " papam et Lombardos inuitos pariter et renitentes Uenetiam uenire coegerimus, iuramento " tamen prius a uobis prestito, quod sine pape licentia non deberetis imperatorem intra Ue-

---

1. Venecias *A* — 5. Venecias *A* — 8. Venecie *A* — 10. Cloiam *A*; Clozam *B e Sasso* — 11. Venecie *A* — 12. comuni *A* — 14. *Cancellatura per abrasione di circa due centim.* *A* — 15. Venecias *A* — 17. Venecias *A* — 18. nunciis *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 23. Venecias *A* — 24. Venecias *A* — 25. Tarvisie *B*, *Sasso* — 27. Venecias *A* — 29. nuncii *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 30. Domne *C*, *Arndt* - domni *C*, *Arndt* — 36. nuncii *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 38. domni *C e Arndt* — 39-40. oportuna *A* — 42. domni *C e Arndt* - optinentes *A* — 43. Venecia *A*; Veneciam *C e Arndt* - coegimus *A* — 44-l. 1 p. seg. Venecie *A*

netie fines recipere. Sed ecce, ut audiuimus, uestri iuramenti et promissionis obliti, pace nondum disposita et firmata, imperatorem non iuratum ad ciuitatem istam, papa contradicente, uocatis: et sic pax ecclesie et domini nostri regis, uobis facientibus, impeditur. Sed in ueritate sciatis, quod nos in ciuitate ista non prestolabimur imperatoris aduentum, sed die crastina ad propria redeuntes, domino regi significare curabimus, qualiter pro tot et tantis beneficiis uobis a regia liberalitates collatis 'mala et dampna plurima rependere *c. 205 b* studeatis „.

Quibus auditis, dux satis placide et benigne respondit: “ Quod uos indignatos aspicimus et contra nos commotos esse cognoscimus, egre multum patimur et molestissime sustinemus. Nos enim, qui dominum regem toto corde diligimus et pro honore eius et commodo nos et nostra exponere non dubitamus, nollemus non solum uos, qui magni estis de regno eius et summi principes, sed nec suorum minimum ad iracundiam prouocare. Et quia inter eum et imperatorem pacem esse dispositam credebamus, uoluimus, ut in ciuitate nostra pacis domini regis tamquam amicissimi nostri fieret consummatio. Et ideo recedendi uobis licentiam non tribuimus, sed prudentiam uestram affectuose rogamus, ut tamquam in domibus uestris securi et sine timore aliquo imperatoris expectetis aduentum „. Non autem idcirco taliter dux respondit, quin ei et aliis sapientibus talis imperatoris displiceret aduentus, sed quia timebat plebem et popularem tumultum plurimum formidabat.

Nuntii autem regis hoc audientes, surgentes cum indignatione dixerunt: “ Nos hic cum licentia uestra non uenimus nec cum uestra licentia recedemus, sed crastina die iter arripientes, domini nostri regis iniuriam non uerbis sed operibus uendicare curabimus „. Qui ad domos suas redeuntes statim iusserunt galeas parari, tubas canere, arma et totam suppellectilem in galeas in'ducere. Quod factum postquam fuit per Uenetias diuulgatum, timor *c. 206 a* maximus Uenetos occupauit. Timebant enim, ne si regis nuntii indignati recederent, hac occasione rex Uenetos, qui in terra sua erant, capti faceret et in custodia detineri. Qua de causa magna multitudo uirorum ac mulierum, quorum parentes in Apuliam uenerant, ad ducem properans, proclamauit: “ Uestram et totius Uenetie prudentiam, illustris dux, latere non credimus, quanta beneficia magnificus rex Sicilie nostre regioni sua liberalitate prestiterit, et qualiter nostre famis inediam sue terre uictualibus reparauerit. Ad que transportanda multi nostrorum ciuium in Apuliam transierunt, et secum non modicam pecuniam et multas mercimonias detulerunt. Si ergo Sicilie rex audierit, nuntios suos a nobis indignatos recedere, in ciues nostros et res eorum merito poterit uindicare. Prouideat igitur uestra discretio, si occasione imperatoris, a quo nihil unquam boni habuimus, amicitiam tanti principis, a quo omne bonum recipimus, amittere debeamus. Et ideo magnificentiam uestram humiliter imploramus, ut nostrorum ciuium tam graui dampno et futuro periculo prouidentes, nuntios regis Sicilie ab incepto itinere reuocetis, nec contra uoluntatem pape et illorum imperatorem Uenetias intrare sinatis. Si qui enim sunt, qui contra hoc aliquid dicere uel attemptare presumserint, parati sumus cum nostris' parentibus et amicis eos *c. 206 b* morti tradere, et proximos nostros, qui in regno regis sunt, a futuro periculo liberare „.

Dux autem eorum querimonia diligenter et gratanter audita, respondit: “ Quod nuntii regis Sicilie uolunt indignati recedere, non mee imprudentie sed quorumdam popolarium seditioni est et malitie ascribendum, qui mea et prudentum uirorum zelo et inuidia prouocati, non ciuitatis honori et glorie, sed suis utilitatibus prouidentes, die et nocte dant studium et operam diligentem, ut imperatorem, nobis contradicentibus, Uenetias introducant,

---

1. Set *C e Arndt* — 3. domni *C e Arndt* - set *C e Arndt* — 4. set *C e Arndt* — 5. domno *C e Arndt* — 6. libertate *A* - collocatis *A* — 10. domnum *C e Arndt* — 12. set *C e Arndt* — 14. domni *C e Arndt* - consumatio *A* — 15. set *C e Arndt* — 17. iccirco *A e C e Arndt* — 18. set *C e Arndt* — 19. Nuncii *B, C, Sasso e Arndt* — 20. set *C e Arndt* — 21. domni *C e Arndt* - set *C e Arndt* — 23. Venecias *C e Arndt* — 24. nuncii *B, C, Sasso e Arndt* — 27. Venecia *C e Arndt* — 28. libertate *A* — 31. nuncios *B, C, Sasso e Arndt* — 33. nichil *A* — 36. nuncios *B, C, Sasso e Arndt* — 37. Venecias *A* — 40. nuncii *B, C, Sasso e Arndt* — 41. mee *A* - set *C e Arndt* — 43. set *C e Arndt* — 44. Venecias *A*

" et ob hoc periurii crimen et infamiam et pape et regis Sicilie graue et perpetuum odium " debeamus incurrere „. Cumque illi iterum proclamassent, ut eorum, qui auctores erant seditionis, nomina dux euidenter exprimeret; metuens, si noti fierent, ob hoc pugna in ciuitate maxima et seditio inualesceret, saniori usus consilio, nobiliores et prudentiores, quos habere potuit, ad papam direxit, pro parte totius populi ueniam humiliter postulans et affectuose deposcens, ut quod illi in eum stulte et superbe peccauerant, ipse eis ex innata humilitate et gratia relaxaret et nuntios regis Sicilie a proposito sui itineris reuocaret.

Quibus Alexander papa more solito satis benigne respondit: " Ego quidem, cui sanctitas " et officium ignoscendi gloriam dereliquit, iniuriam meam ad mentem non reuoco, offensam c. 207 a " meam pro Dei 'amore dimitto, sed nuntios regis Sicilie tamquam uiros nobiles et potentes, " rogare quidem ualeo, sed inuitos detinere non potero „. Tandem Uenetis multum rogantibus et petentibus, ut ad hoc faciendum partes suas interponere dignaretur, motus papa eorum petitionibus, per Roggerium de Pisa subdiaconum et senescalcum suum, simul cum Uenetis, nuntiis regis Sicilie preces affectuose porrexit, ut diuini et sui amoris intuitu indignationem compescerent, et inceptam iracundiam temperarent atque propositum suum ab incepto itinere reuocarent. Quibus illi responderunt: " Dominus quidem papa, sicut uir perfectus et sanctus " et de sui meriti auctoritate confisus, mori non metuit, et Uenetum dolos et insidias non " pauescit. Nos autem, qui adhuc imperfectiores sumus, mori nolumus, et nostro regi inferre " iniuriam moriendo uitamus. Ueneti ingratitudini filii et regie liberalitatis obliti, uolunt " domino nostro mala pro bonis rependere et ad perturbationem pacis eius contra uoluntatem " domini pape et nostram inimicum ipsius Uenetias introducere. Dominus autem noster tante " est potentie et uirtutis, quod pro his excessibus, quos contra amicitiam suam faciunt, illis " sicut decet respondere curabit. Sed quia nos preces domini pape pro mandato accipimus, " iter nostrum usque in diem crastinum differemus. Et dehinc communicato cum eo con- " silio, quid nobis faciendum sit, disponemus „ [1].

c. 267 b Quibus' auditis, Ueneti ad ducem suum redeuntes, ea, que a papa et nuntiis regis audierant, illi per ordinem retulerunt. Altera autem die dux sano usus consilio, apud Riuumaltum sub uoce preconis fecit publice declamare, ut nullus de aduentu imperatoris auderet uerbum facere, nisi cum Alexander papa precepisset. Cum autem ea, que apud Venetias dicta et facta fuerant, ad imperatoris adhuc Clojam demorantis audientiam peruenissent, sua spe et intentione frustratus, cepit de suo rigore mollescere et cardinalibus, qui ibi erant, de uerbo pacis benignus respondere. Cancellarius uero et alii ecclesiastici principes, qui pacis consummationem plurimum affectabant, spiritu libertatis assumto imperatori uiua uoce dixerunt: " Bene debet imperialis maiestas recolere, quod quidam e nostris ex mandato uestro " Anagniam accedentes, cum Alexandro papa de pace ecclesie et imperii, de pace regis " Sicilie et Lombardorum tractatum habuimus. Et ipse, utpote uir sanctus, pacis cupidus " et amator, nostro consilio et hortatu Campaniam deserens, Uenetias iam intrauit, paratus " ea que de bono pacis promiserat, firmiter consumari. Uos autem, ut credimus, suggestione " prauorum hominum a consilio nostro uultis recedere, et a pacis proposito declinare. Nos " uero ex iure debiti, quo imperio tenemur adstricti, parati sumus uobis, ut domino, in tem-

---

7. humanitate? - nuncios *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 8. cui.... sanctitas *B e Sasso*; cui apostolici muneris sanctitas *congettura il Watterich secondo riferisce l'Arndt* — 10. set *B e Arndt* - nuncios *B e C*, *Sasso e Arndt* — 11. set *C e Arndt* — 12. ab *non* ad *A* — 13. Rogerium *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 14. nuncils *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 16. Domnus *C e Arndt* — 21. domni *C e Arndt* - Venecias *A* — 23. Set *C e Arndt* - domni *C e Arndt* — 26. nunciis *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 29. Venecias *A* — 30. Cloiam *A*; Clozam *B e Sasso* — 33. assumpto *A* — 37. Venecias *A* — 40. astricti *A*

[1] Holzach, *Die auswärtige Politik des Konigreiche Sicilien vom Tode Rogers II bis zum Friedem von Venedig*, Bâle, 1892, p. 88 e sg., con acre e minuta critica cercò di dimostrare fallace la narrazione di R., la quale fu giustamente posta in buona luce dallo Chalandon, *Histoire de la domination Normande en Italie et en Sicile*, cit., II, p. 382 e sg.. Doge di Venezia era, com'è noto, Sebastiano Ziani, 29 maggio 1172-13 aprile 1178.

" poralibus obedire et pro regalibus, que tenemus, consuetum uobis seruitium facere. 'Sed *c. 268 a* " quia nostrorum estis corporum, non animarum dominus nolumus pro uobis animas nostras " perdere et terrena celestibus anteferre. Quare noscat imperialis discretio, quod nos de " cetero Alexandrum in catholicum papam recipimus, et ei ut patri in spiritualibus obedimus. " Idolum uero [1], quod erexistis in Tuscia, nullatenus adoramus ".

Quibus auditis, imperator, operante eo, qui corda principum, sicut uult et quando uult, humiliat et inclinat, leonina feritate deposita ouinam mansuetudinem induit, et eis humiliter et benigne respondit [2] dicens: " Noscat uestra fidelitas, dilectissimi, quod non est mee uolun" tatis consilium uestrum deserere, et pacis per uos tractate propositum euitare, quin potius " uolumus ea, que uestro sunt ordinata consilio, firmiter observare. Ut autem a uestris cor" dibus omnis super hoc dubitationis scrupulus excludatur, comiti Henrico de Diessa [3], qui " est in presentiarum, precipimus, ut uobiscum et cum cardinalibus Uenetias ueniens, coram " papa in anima mea iuret, quod ex quo Uenetias intrauero, in anima mea iurare faciam, " quod pacem ecclesie et imperii, regis Sicilie et Lombardorum, sicut disposita est et tra" ctata, firmiter obseruabo, et de ea obseruanda precepto nostro duodecim principes nostri " simile iuramentum prestabunt ".

Cancellarius autem et reliqui mediatores pacis cum cardinalibus hec audientes multum leti effecti, festino gressu Uenetias redeuntes, ea que ab imperatore dicta et ordinata fuerant, pape per ordinem retulerunt. Qui protinus' per nuntios suos rectores Lombardie, qui in *c. 268 b* partes Triuisie secesserant, Uenetias reuocauit.

Altera autem die coram papa et cardinalibus, nuntiis quoque regis et Lombardis et *iul. 22* magna populi multitudine, comes Henricus de Diessa, sicut ei ab imperatore mandatum fuerat, in anima eius de prestando iuramento pacis obseruande iurauit [4]. Cappellanus etiam Co-

1. Set *C e Arndt* — 8. mee *A* — 12. Venecias *A*, *C e Arndt* — 13. Venecias *C e Arndt* — 18. Venecias *A* — 20. Tarvisie *B e Sasso* - Venecias *A* — 21. nunciis *B*, *C*, *Sasso e Arndt*

[1] Calisto III, antipapa. Anche Boso, *Vita Alexandri III*, *Liber Pontif.*, II, 405, dà a Calisto il titolo di idolo: " Interea Fredericus .... apud se cogitavit, sicut " homo huius seculi prudentissimus, sagax et callidus, " qualiter posset Alexandrum et *ydolum suum* iudicio " universalis Ecclesie pariter deicere atque personam " tertiam in Romanum pontificem ordinare ".

[2] Boso, *Liber Pontif.*, II, 439: " .... Imperator .... " auditis itaque omnibus que gesta fuerant et plenarie " intellectis, licet ab hiis qui oderant pacem valde tur" batus fuerit et commotus, quia tamen principes in " faciem sibi viriliter restiterunt, omnia tandem, sicut " in presentia pontificis gesta fuerant et conscripta, " rata habuit et a se confirmari sponte promisit ".

[3] *Henricus de Des*, o *de Dietsa, comes Trecensis*, che Federico Barbarossa, " sicut temptator ad dominum " suum regem Francorum, virum siquidem pium et co" lumbine simplicitatis, callide et fraudulenter sugges" sit .... bonum simulatum de reformanda pace Romane " ecclesie .... "; Boso, *Liber Pontif.*, II, 405, cf. anche 440, 441.

[4] R. equivoca nella persona che prestò il giuramento; non fu Enrico de Des, ma Dedo conte di Groitzsche, figlio del Margravio Corrado de Meissen e fratello del Margravio Teodorico di Lausitz. Cf. Boso, *Liber Pontif.*, II, 439: " Unde factum est quod in audien" tia eorumdem cardinalium et principum Dedoni co" miti, filio C. (Conradi) marchionis, precepit ut in " anima sua coram domno papa, nuntiis regis Sicilie ac " Lombardis, publice iuraret in hunc modum: *Ego comes* " *Dedo iuro quod domnus imperator mandavit mihi ut in* " *anima sua iurarem iuramentum quod nunc facturus sum,* " *et postquam mandavit non revocavit mandatum. Et ego ex* " *mandato imperatoris iuro in anima sua quod ex quo vene-* " *rit Venetias, omni questione et contradictione amota, faciet* " *iurari in anima sua quod pacem Ecclesie, sicut disposita* " *est per mediatores et scripta, et pacem regis Sicilie usque* " *ad XV annos, sicut scripta est, et treuguam Lombardo-* " *rum, sicut est per mediatores utriusque partis dispositum,* " *et in scripto quod est apud eosdem mediatores continetur,* " *bona fide servabit, et principes suos hoc ipsum iurare fa-* " *ciet.* Simili modo precepit Sigilboth camerario suo in " hunc modum: *Ego Sigilboth iuro quod ex quo domnus* " *imperator venerit Venetias, predictum iuramentum pacis* " *Ecclesie et regis Sicilie et treugue Lombardorum faciet* " *prestari in anima sua, et principes similiter iurare faciet* ".

La *De pace Veneta relatio*, cit., p. 462, dà maggiori particolari sulla data ed anche sulla formula del giuramento: " Tandem capitulis formatis atque compositis " et in rotula magna conscriptis, feria sexta, quarta " scilicet die ante festivitatem sancti Iacobi apostoli, " pax est publice denuntiata. Nunc mox papa de se" cretario suo in consistorium processit ibique iura" menta tactis sacrosanctis evangeliis a primoribus im" peratoris audiente omni populo suscepit. Modus sa" cramenti hic erat: *Ego N. qui sum princeps imperii* " *Romani, iuro in anima ipsius imperatoris, quod quando* " *Venetias venerit, faciet iurare in anima propria pacem*

loniensis archiepiscopi in anima principum, qui ibi aderant, simile iuramentum prestitit. Hoc autem facto, ex mandato pape Ueneti cum sex galeis Clojam iuerunt, et imperatorem cum suis in galeis recipientes, eum usque ad Sanctum Nicolaum, qui dicitur " ad litus ", sabbato iul. 23 in sero honorifice deduxerunt [1].

iul. 24 Sequenti uero die dominica, octaua scilicet die stante mensis Iulii, in uigiliis beati Iacobi, papa cognito imperatoris aduentu, galeas ingressus cum nuntiis regis et magna Lombardorum ac populi multitudine, ad ecclesiam sancti Marci summo mane deuotus accessit, et Hubaldum Hostiensem et W[illelmum] Portuensem et Malfridum Penestrinum episcopos et quosdam de cardinalibus [2] ad imperatorem transmisit. Qui uenientes, ipsum et suos ab excommunicationis uinculo absolverunt. Christianus autem cancellarius procedens in publico tactis sacrosanctis euangeliis, ait: " Ut omnes euidenter agnoscant, me esse nomine et opere " christianum, Octauianum Cremensem et Iohannem de Struma cum suis complicibus prorsus c. 269 a " abiuro, et Alexandrum et successores eius in catholicum papam recipio ". Et alii prelati ecclesiarum similiter iurauerunt [3].

Dux autem Uenetie, cognito quod imperator ab excommunicationis esset nexibus absolutus, cum patriarcha et magna cleri ac populi et nauium multitudine usque ad ecclesiam sancti Nicolai illi obuiam uenit, quem in naui sua recipiens, usque ad litus Sancti Marci satis honorifice et pompose deduxit. Imperator autem de naui descendens, simul cum duce, patriarcha et episcopis suis, et clero et populo Uenetie, ipsum cum uexillis et crucibus processionaliter precedente, usque ad ecclesiam sancti Marci, ante cuius atrium [4] Alexander papa cum episcopis suis et cardinalibus, cum patriarcha Aquileie, archiepiscopis et episcopis Lombardie, ecclesiastico more ornatis, honorifice residebat, pedes accessit.

Cumque ad papam appropiasset, tactus diuino spiritu, Deum in Alexandro uenerans, imperiali dignitate postposita, reiecto pallio [5], ad pedes pape totum se extenso corpore inclinauit [6]. Quem Alexander papa cum lacrymis benigne eleuans, recepit in osculo et bene-

---

2. Cloiam *A*; Clozam *B e Sasso* — 6. nunciis *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 8. Willelmum *B*, *C*, *Sasso e Arndt* - Prenestrinum *B e Sasso* — 15. Venecie *A* — 19. Venecie *A* — 23. Quumque *B e Sasso*

" perpetuam sancte ecclesie, treviam regis Siculi in 15 annos " et treviam Lumbardorum in 6 annos, atque omnia capi- " tula que in hac scedula continentur ". Cf. pure la lettera di Alessandro a Ruggiero arcivescovo Eboracense in Wilkins, *Conc. Magn. Brit.*, I, 487.

[1] Cf. Boso, ***Liber Pontif.***, II, 439: " Hiis itaque hoc " modo completis, pontifex ducem et populum Venetum a " iuramento quo tenebatur absolvit, et ut domnum impe- " ratorem honorifice in Venetias deducerent eis precepit. " Quod dux desideranter implere festinans, in prepa- " ratis sex galeis eundem imperatorem usque ad mona- " sterium sancti Nycolai, quod est situm in capite Rivi " alti, cum gloria et honore fecit conduci ". Cf. pure la ***Relatio de pace Veneta***, cit.

[2] Boso, ***Liber Pontif.***, loc. cit.: " Altera itaque die, " in vigilia sancti Iacobi, summo mane, pontifex misit " ad eius presentiam Hu. Hostiensem, G. Portuensem et " M. Prenestinum episcopos; I(ohannes) tituli sancte " Anastasie, T(heodinus) tituli sancti Vitalis et P(etrus) " tituli sancte Susanne presbiteros cardinales, atque " I(acinthus) diaconum cardinalem sancte Marie in Co- " smidin ".

[3] Idem, loc. cit.: " Qui venientes ad eum, postquam " renunciavit schisma Octaviani, Guidonis Cremensis " et Iohannis de Struma, post promissam quoque obe- " dientiam venerabili pape Alexandro, tanquam catho- " lico principi eiusque successoribus canonice intran- " tibus, ipsum a sententia excommunicationis pariter " absolverunt, et unitati catholice aggregarunt ".

[4] Cf. ***De pace Veneta relatio***, cit., p. 462: " Ubi mi- " nistri domni pape diluculo ad ecclesiam sancti Marci " evangeliste properantes, clauseruntque medias valvas " in magna porticu, scilicet in fronte ecclesie, et in " eodem loco ligna magna tabulas abiegnas scalasque " comportantes thronum magnum ac sublimem compo- " suerunt. Erecta sunt etiam duo ligna magna abiegna " mire altitudinis ex utraque parte litoris, in quibus " vexilla sancti Marci mirabili opere contexta et lon- " gitudine sua terram tangentia dependebant, litus au- " tem maris, quod dicitur Marmoreum, propre eccle- " siam erat, scilicet ad iactum lapidis ".

[5] Arndt annota: " V. quoque ***Sigeberti contin. " Aquicinctinam***, in ***M. G. H.***, ***SS.***, VI, 416, ubi narratur " imperatorem discalciatum et regiis ornamentis nu- " datum ad papam adductum fuisse ".

[6] Boso, ***Liber Pontif.***, loc. cit.: " Et exinde impe- " rator tanquam orthodoxus princeps devote accessit ad " presentiam eiusdem pontificis, qui ante fores ecclesie " sancti Marci cum archiepiscopis, episcopis et cardi- " nalibus residebat; et in communi visione pacis bo- " num expectantium, deposita clamide prostravit se in " terram, et deosculatis eius tanquam primi apostolo- " rum pedibus, vere pacis osculum sibi devotissime de- " dit ". Cf. ***De pace Veneta relatio***, cit., pp. 462-463:

dixit, moxque a Teotonicis " Te Deum laudamus „ est excelsa uoce cantatum. Imperator autem apprehensa pape dextera, ipsum in ecclesiam introduxit, et accepta ab illo benedictione [1] ad palatium ducis cum suis rediit. Papa uero cum cardinalibus et nuntiis regis iterum galeas ingressus ad suum hospitium rediit. In uesperis autem imperator per nuntios suos papam satis affectuose rogauit, ut si ei placeret, sequenti die, in festo scilicet beati Iacobi, c. 269 b in ecclesia sancti Marci missarum solemnia celebraret; desiderabat enim ab ore eius diuina officia supplex et deuotus audire. Cuius petitioni papa assensum benignus accommodans, summo mane cum cardinalibus ad sancti Marci ecclesiam uenit. Cuius uestiarium ingressus, iul. 25 cum patriarchis, archiepiscopis et episcopis et cardinalibus honorifice satis et ecclesiastice se induit, et ad celebranda diuina missarum solemnia preparauit. Imperator autem, ut humilitatem, quam corde conceperat, opere demonstraret, sumto stratoris officio, pallium deposuit, manu uirgam accepit, laycos de choro expulit et pape ad altare solemniter et processionaliter uenienti uiam tamquam ostiarius preparauit. Dehinc in choro cum archiepiscopis, episcopis et clericis Alamannie remanens, quibus eo die cantandi iniunctum erat officium [2], missam domini pape deuote satis et humiliter audiebat.

Cumque dicto euangelio papa ascendisset pulpitum, ut alloqueretur populum [3], imperator accedens propius, cepit uerba eius attentius auscultare. Cuius deuotionem papa diligenter attendens, uerba, que ipse litteratorie proferebat, fecit per patriarcham Aquileie in lingua Teotonica euidenter exponi. Finito autem sermone, et " Credo in unum Deum „ solemniter decantato, imperator cum suis principibus ad pedes pape de'uotus accessit et obtulit [4]. c. 270 a Finita autem missa, cum papa ad suum palatium uellet redire, imperator dexteram eius accipiens, eum usque ad portas ecclesie satis honeste deduxit. Cumque equum suum album de more uellet ascendere, imperator ex alia parte accedens, streuam eius tenuit, et postquam equum ascendit, ipsum aliquantulum stratoris more per freni lora deduxit, quem papa benedicens, ad hospitium redire permisit [5]. Ipse uero, clero et populo illum precedente, usque ad mare descendit. Dehinc galeas ingressus, ad palatium suum cum gloria est et honore reuersus.

---

2. ecclesia *A* — 3. nunciis *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 4. nuncios *B*, *C*, *Sasso e Arndt* — 6. solempnia *A* — 10. solempnia *A* — 11. sumpto *A* — 12. laicos *B*, *C*, *Sasso e Arndt* - solempniter *A* — 13. hostiarius *A* — 15. domni *C e Arndt* — 16. Quumque *B e Sasso* — 17. ascultare *A* — 19-20. solempniter *A* — 20. optulit *A* — 23. streuuam *A*; strenuam *Caruso* — 25. hospicium *A*

" Ordinata autem processione mox a septem archiepi" scopis et canonicis ecclesie usque ad pedes domni pape " deducitur. Quo cum pervenisset, pallium rubeum quo " erat indutus deposuit, seseque in terram prostravit et " primum pedes deinde genua illius deosculatus est. " Mox igitur papa parumper assurgens ac utraque manu " caput imperatoris amplectens ac deosculans, ad dexte" ram suam consedere precepit ac demum sic ait: *Bene* " *venisti, fili ecclesie*, statimque apprehensa manu illius " duxit in ecclesiam, imposuit etiam hymnum *Te Deum* " *laudamus* cum pulsione signorum .... „

" Eadem itaque die misit domnus papa impera" tori vasa plurima aurea et argentea diversis ciborum " generibus referta. Misit etiam vitulum saginatum, " hec ei verba mandando: *Epulari et gaudere oportet,* " *quia filius meus mortuus est et resurrexit, perierat et* " *inventus est* „.

[1] Boso, *Liber Pontif.*, II, 440: " Statimque augu" stus, apprehensa pontificis dextera, cum canticis et " laudibus usque ad chorum ipsius ecclesie ipsum dedu" xit, et inclinato capite benedictionem ipsius reveren" ter suscepit „.

[2] Idem, loc. cit.: " Insequenti vero die quo cele" brabatur festum sancti Iacobi apostoli, ad eandem ec" clesiam rediit, et celebraturus missarum sollempnia " cum festiva processione patriarcharum, archiepisco" porum, episcoporum, presbiterorum et diaconorum car" dinalium et aliorum Ecclesie ordinum ad sacrum al" tare processit. Imperatore igitur stante in choro, clerus " Teutonicus misse introitum altisonis vocibus psallere " cepit, et totum decantandi officium cum omni iubila" tione peregit „.

[3] Idem, loc. cit.: " Post evangelium autem et ser" monem factum ad plebem .... „.

[4] Idem, loc. cit.: " .... imperator denuo ad vestigia " eiusdem pontificis cum principibus suis devotissime " procidit, et apertis thesauris suis aurum ei post pe" dum oscula obtulit „.

[5] Idem, loc. cit.: " Decantata itaque missa, eius " dextram apprehendit, et extra ecclesiam usque ad al" bum caballum eum conduxit, et streuguam sibi fortiter " tenuit. Cum autem frenum acciperet et stratoris of" ficium vellet implere, pontifex, quia iter usque ad " mare nimis videbatur prolixum, pro facto habuit quod " affectuose voluit exhibere „.

aug. 1 Uenientibus autem proximis Kalendis Augusti [1], imperator cum archiepiscopis et episcopis et reliquis principibus suis et magna populi multitudine ad patriarche palatium, in quo papa erat hospitatus, accessit. In cuius palatii aula longa satis et spatiosa, papa in eminentiori loco positus in faldestolio suo resedit, et episcopis suis et cardinalibus hinc inde circumstantibus, imperatorem quidem in sua dextera supra episcopos et presbyteros cardinales, Romoaldum uero Salernitanum archiepiscopum in sinistra supra diacones cardinales residere precepit. Facto itaque silentio, sic est papa Alexander exorsus: "Hec est, inquit, "dies, fratres carissimi, quam fecit Dominus; exultemus et letemur in ea, quia hic filius "noster Romanorum imperator illustris mortuus fuerat et reuixit, perierat et inuentus est. c. 270 b "Nam postquam cordi eius superne radius claritatis illuxit, totius falsitatis depulsa caligine, "de errore ad ueritatem rediit, de tenebris ad lumen transiit, de scismate ad unitatem accessit et ad caulas matris ecclesie tamquam ouis erratica repedauit. Exultet igitur fidelium "uotiua religio, quia hodie pater iuniorem recepit filium, catholicum principem Romanum "recuperauit imperium, mater ecclesia suum euaginatum in uagina conuertit gladium, nauis "piscatoris egregii, que culpis exigentibus, aduersitatum turbine pene demersa iam fuerat, "nunc procellis cessantibus, ad litus solidum et uere quietis portum illesa peruenit. Ecclesie sue preces pro bono pacis frequenter effusas Dei filius clementer audiuit, et eam "cum suo principe in pace et concordia collocauit. Inde est, quod, destructis adversitatibus et erroribus uniuersis, secura iam pace fruitur, et iucunda securitate letatur. Cesset "igitur antiqua discordia, finem accipiat inueterata malitia, una fides, unus dominus, una sit "et ecclesia. Scisma in unitatem transeat et diuisio ad caritatem accedat. Omnis iam ad "pacem ecclesia redeat, et ad matris sue gremium filiorum numerositas gratiosa recurrat. "Sit Deo gloria in altissimis et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Et quia nos imperatoris nostri pium animum et benignam agnoscimus uoluntatem, eum intra nostre mansuetudinis brachia tamquam karissimum filium benignius amplexamur et tam ipsum quam c. 271 a "uxorem et eius filium in catholicos principes paterno affectu recipimus et ipsis honorem "debitum impendere procuramus; Deum et apostolos nostros affectuose rogantes, ut ipsos "ecclesie sue seruent incolumes et per longa tempora custodiant defensores".

Postquam papa loqui desiit, imperator, deposito pallio, de suo faldestolio surgens, cepit in lingua teotonica concionari, Christiano cancellario uerba sua uulgariter exponente. Ait ergo: "Maiestati nostre satis gratum residet et acceptum, quod Deus omnipotens, cuius "manu principum corda tractantur, cuius arbitrio eorum uoluntates et consilia diriguntur, "nostre conscientie puritatem attendens, ex diuersis mundi partibus uiros prouidos et discretos huic curie uoluit interesse, ut ipsi errorem nostrum et conuersionem nobis referentibus manifeste cognoscerent, dehinc ad propria redeuntes, deuotionem nostram, quam "erga Dei ecclesiam gerimus, publice predicarent. Totus igitur mundus euidenter agnoscat, "quod licet nos Romani imperii dignitate et gloria fulgeamus, tamen a nobis humane conditionis proprium dignitas Romana non abstulit, nec ignorantie uitium maiestas imperialis "exclusit. Nam suggestione prauorum hominum ignorantie fuimus tenebris inuoluti et per c. 271 b "uiam ueritatis credentes incedere, extra iustitie semitas nos inuenimus. Ecce enim Dei "ecclesiam, quam credebamus defendere, impugnauimus, et quam sperabamus extollere pene "destruximus. Occasione domini nostri Iesu Christi tunica inconsutilis est diuisa, et quantum "in nobis fuit, per ereses et scismata uiolata. Decepit nos cause meritum et color negotii

2. magna et populi (et *cancellato*) *A* — 5. presbiteros *A* — 11. scismate *A* — 14. evagantem *A* — 19. iocunda *A* — 21. Schisma *B e C*, *Sasso e Arndt* — 25. carissimum *B e C*, *Sasso e Arndt* — 37-38. condictionis *A* — 42. hac occ. *Caruso*; occ. nostra *Conteloro* — 43. schismata *B e C*, *Sasso e Arndt*

[1] L'Arndt annota: "Omnia quae Romoaldus inde "ab hoc loco enarrat iam ante Kal. Aug. facta fuisse, "docet Conradi res, qui die 25 m. Iulii est in archiepiscopum Salzburgensem elevatus". S'inganna però; anche Boso, *Liber Pontif.*, loc. cit., dice: "In Kalendis "vero mensis augusti, convocatis regis Sicilie nuntiis et "universis Lombardorum rectoribus, pontifex et imperator consistorium pariter intraverunt".

" perturbauit, quia dum in facto ecclesie potius uirtutem potentie quam rationem iustitie uolumus exercere, constat nos in errorem merito deuenisse. Iustitia enim fortitudinem respuit, equitas uiolentiam non admittit. Sicque factum est, quod ille, qui humilia respicit et alta a longe agnoscit, potentiam nostram et aduerse partis humilitatem considerans, more suo potentes de sede deposuit, et humiles exaltauit. Sed quia diuina clementia nos ad correctionem nostram ad tempus errare uoluit, sed deuiare in perpetuum non permisit: uniuersa hec fidelium turba cognoscat, quod nos de cetero, errore totius falsitatis abiecto, ad ueritatem conuertimur, de scismate ad unitatem redimus et ad gremium matris nostre sacrosancte Romane ecclesie grataner accedimus, dominum Alexandrum, qui est in presentiarum, et successores eius in catholicum papam recipimus et ipsi tamquam patri debitam reuerentiam exhibere proponimus. Pacem nostram ecclesie, illustri regi Sicilie et Lombardis, sicut inter nos ordinatum est et dispositum, reddimus ".

Imperator' uerba finierat. Cumque in laudem eius qui aderant acclamassent, iterum . 272 a
facto silentio, sancta Dei euangelia cum sanctorum reliquiis et cruce de ligno Domini sunt producta in medium. Mandante itaque imperatore, comes Henricus de Diessa in anima imperatoris iurauit, quod ipse pacem ecclesie et imperii, pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim et treuguas Lombardorum usque ad annos sex, sicut per mediatores hinc inde tractatum et scriptum fuerat, bona fide, sine fraude et malo ingenio firmiter obseruaret [1], et Henricum regem filium suum id ipsum iurare faceret et seruare. Dehinc duodecim principes [2] imperii, tam ecclesiastici quam seculares, tactis sacrosanctis euangeliis, modo simili iurauerunt. Protinus Romoaldus Salernitanus archiepiscopus surgens, per eadem euangelia iurauit, quod postquam imperator nuntios suos propter hoc ad regem in Siciliam miserit, rex infra duorum mensium spatium per aliquem principum suorum de obseruanda imperatori pace usque ad annos quindecim in anima sua iurare faciet, et decem principes suos iuramentum ueri simile faciet exhibere. Comes etiam Roggerius, sicut archiepiscopus fecerat [3], id ipsum manu sua iurauit. Dehinc rectores Lombardie, qui ibi aderant, iurauerunt, quod usque ad sex annos bona fide et sine fraude treuguas imperatori obseruarent, sicut inter

---

5. Set *C e Arndt* — 6. set *C e Arndt* — 7. obiecto *A*; *nel margine esterno di A, di mano del sec. XVII si legge*: Reditus imperatoris ad obedientiam Romane Ecclesie — 8. schismate *B e C, Sasso e Arndt* — 13. quumque *B e Sasso* — 19. *Nel margine esterno di A, mano del sec. XVII scrisse*: Conditiones et pacta pacis et concordiae iuravit Imperatorem Fridericum Regem Sicilie et Lombardos — 22. nuncios *B, C, Sasso e Arndt* — 25. Rogerium *B, C, Sasso e Arndt* — 26. *In A la solita mano del sec. XVII scrisse*: Romualdus Arch. Saler. [iuravit pro regi Sicilie observanda pace per annos quindecim

[1] Boso, *Liber Pontif.*, loc. cit.: " Tunc imperator coram pontifice stans, in communi auditorio precepit comiti Henrico de Des quatinus in anima sua iuraret quod pacem Ecclesie atque imperii, et pacem regis Sicilie usque ad XV annos, et treuguam Lombardorum a proximis Kalendis augusti usque ad sex annos, sicut per mediatores utriusque partis dispositum et scriptum est, bona fide servabit. Presentibus quoque principibus nichilominus iussit quod eandem pacem et treuguam pariter iurarent et bona fide servarent. Mox iuravit ipse comes super sancta Dei evangelia sicut imperator ei preceperat, et conversus ad ipsum dixit: *Sic te Deus adiuvet et hec sancta evangelia* ".

K. A. Kehr, *Zur Friedensurkunde Friedrichs I von Venedig*, in Neues Archiv d. Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, XXVII, fasc. 3, p. 765, n. 5, equivocò il giuramento prestato dal conte Dedo di Groitzsch nel 22 lug. (R. p. 283, n. 4), con quello prestato da Enrico de Des il 1 ag. 1177. Anche l'Eichner, *Beiträge zur Geschichte des Venetianer Friedenskongresses vom Jahre 1177*, p. 59, non tenne presente la testimonianza di Boso, *Vita Alexandri*, che in questo punto concorda con R.

[2] Boso, *Liber Pontif.*, loc. cit.: " Iuraverunt sequenter principes ita: *Ego C(hristianus) Moguntinus, ego Ph(ilippus) Coloniensis, ego V(igmannus) Magdeburgensis, ego B.* (correggi: *Arnoldus*) *Treverensis archiepiscopi, ego D(iectholdus) Pactaviensis, ego C(onradus) electus Warmaciensis, ego Ar(twinus, Wortwinus) imperialis aule protonotarius, ego C(arsidonius) quondam Mantuanus episcopus, ego G(otfredus) cancellarius, et ego C(onradus) comes* (*Montisferrati*), *iuramus in animabus nostris super hec sancta Dei evangelia quod pacem Ecclesie atque imperii, et pacem regis Sicilie usque ad XV annos, et treuguam Lombardorum usque ad VI annos, sicut statutum est et scriptum per mediatores utriusque partis, bona fide servabimus absque fraude. Sic nos Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia* ".

[3] Idem, loc. cit.: " Ex parte vero Sicilie regis eodem modo iuravit R. Salernitanus archiepiscopus et R. Andrensis comes ".

eos tractatum et dispositum erat, et quod per singulas ciuitates consules et nobiles ciuitatum c. 272 b id ipsum iurare 'facerent '. Quo facto, illius diei curia est soluta, et tam imperator quam reliqui cum gaudio et letitia ad sua hospitia sunt reuersi.

Interea Christianus cancellarius, qui pro consumatione pacis plurimum laborauerat, nacta opportunitate temporis, cepit per imperatorem et principes suos dare studium et operam diligentem, ut papa Alexander Maguntinum illi archiepiscopatum auctoritate apostolica confirmaret. Quod presentiens Corradus, qui in Maguntina ecclesia prius electus et consecratus fuerat, ad papam accedens ait: " Nouit uestra sanctitas, uenerande pater, nouit uni- " uersa hec Romana ecclesia, quod ego uestre persone intuitu, Maguntinam ecclesiam, in qua " canonice electus fueram, inscio imperatore, reliqui et honorem meum, parentes et patriam " pro Dei amore deserui et ad uos in Franciam festinus accessi, exilium patrie preposui et " in labores et angustias quietem meam et otium commutaui. Bene potestis recolere, quan- " tum catholice ecclesie meus aduentus contulerit et qualiter partem uestram adhuc nutan- " tem et debilem plurimum roborauerit. Uos autem uestri gratia mihi uicem congruam pro " tempore rependistis, nam primo me in presbyterum cardinalem, dehinc in Sabinensem epi- " scopum, postremo in Maguntinum archiepiscopum consecrastis. Nunc autem, ut audio, " uultis Christiano cancellario, qui Maguntinam ecclesiam per uiolentiam inuaserat, eandem c. 273 a " conuerso religionis ordine confirmare. 'Quod multum ab equitate discrepat et a ratione " discordat, ut scismaticus catholico et intrusus canonice electo debeat anteponi. Rogo igitur " et humiliter postulo, ut postquam Deus pacem ecclesie sue reddidit, mihi quoque de iure " mea reddatur ecclesia, ut sicut fui socius tribulationis, ita sim particeps consolationis " et gaudii „.

Cui papa satis benigne respondit: " Deuotionem tuam, fili carissime, quam erga Roma- " nam ecclesiam et personam nostram habuisse dinosceris, manifeste recolimus et ardorem " fidei tue publice protestamur. Multum nostre parti uester aduentus contulit, multum no- " stra ecclesia de uestra societate profecit. Et nos quidem, Deo teste, pro utilitate uestra " sumus ualde solliciti, et facere que uobis expediant, tenemur obnoxii. Nolumus honorem " uestrum minuere set augere, nolumus uobis inferre iniuriam sed gloriam ministrare. Non " debet autem a uestra memoria excidisse quod sepe nobis et nuntiis et literis significastis, " quod si inter ecclesiam et imperium pax non posset aliter fieri, nisi Maguntino archiepi- " scopatu a uobis remisso, licet hoc uobis graue resideret plurimum et molestum, tamen pro " bono pacis hanc iacturam equanimiter patiebamini, uolentes honorem ecclesie honori uestro " et illius commodum uestris utilitatibus anteponere. Et ecce imperator cum magna instantia c. 273 b " asseuerat, quod 'nullatenus in pace ecclesie remanebit, si Christianus cancellarius a Ma- " guntine sedis fuerit prelatione deiectus. Nos autem absque uestra notitia nullum sue pe- " titioni adhuc uoluimus dare consensum, nec, uobis ignorantibus, aliquod prebere responsum „.

Tunc Corradus benignam apostolici responsionem considerans, et uoluntatem eius rationi consentaneam esse cognoscens, consultandi super hoc cum amicis suis a papa inducias petiit et accepit. Habito itaque consilio, ad papam rediit et humili uoce respodit: " Licet, " reuerende pater, mihi iniuriosum sit pariter et molestum, ut ecclesiam meam debeam sine

---

4. consummatione *B*, *C*, ***Sasso e Arndt*** — 6. Moguntinum ***B e Sasso*** — 7. Chonradus ***B e Sasso*** - Moguntina ***B e Sasso*** — 12. ocium ***A*** — 16. Moguntinum ***B e Sasso*** — 17. Maguntinam ***B e Sasso*** — 19. schismaticus ***B e C, Sasso e Arndt*** — 23. Kme ***A*** — 28. set ***C e Arndt*** — 29. nunciis ***B, C, Sasso e Arndt*** - litteris ***A*** — 30. Moguntino ***B e Sasso*** — 34-35. Moguntine ***B e Sasso*** — 37. Chonradus ***B e Sasso***

[1] Boso, *Liber Pontif.*, loc. cit.: " Ex parte vero " Lombardorum iuraverunt qui presentes aderant: de " Mediolano Gerardus Pistis et Rogerius Marcellinus " consul, de Placentia Guillelmus Leccacorvus, de Bri- " xia Albertus de Gambara, de Bergamo Albertus Al- " bertonis, de Verona Cothus consul, de Parma Vetulus, " de Regio Artemanus, de Bononia Pinamonte potestas " eorum, de Novaria Guillelmus Guibuini, de Alexan- " dria Ubertus de Foro, de Padua Tessulinus potestas, " de Vicentia Eczulinus „.

L'atto della tregua fra l'Imperatore e la Lega Lombarda può leggersi in *M. G. H.*, *Leg.*, II, 155.

" culpa dimittere, et locum mei regiminis, nulla offensa interueniente, mutare, tamen quia ad " meum spectat officium non que mea sed que Iesu Christi sunt querere, nolo ut occasione " mei pax inter uos et imperatorem facta remaneat et discordia sepulta resurgat. Pro pace " ecclesie conseruanda, pro qua Christus uitam suam perdidit, libenter uolo meum honorem " perdere et cum meo damno utilitati ecclesie prouidere. Et idcirco ut omnis materia di- " scensionis et scandali auferatur e medio, Maguntinum archiepiscopatum in potestate uestra " sponte relinquo, et me liberalitati uestre et patrocinio recommendo ".

Quo audito, papa letus effectus, habito cum imperatore consilio, prenominatum Corra- iul. 25 dum, cardinalatus illi 'et Sabinensis episcopatus dignitate seruata, in Salseburgensem eccle- c. 274 a siam honorifice fecit eligi [1]. Nam filius regis Bohemie [2], qui eidem ecclesie preerat, pro eo quod de simonia et quibusdam aliis criminibus coram papa fuisset accusatus, de merito sue cause diffidens, commissam sibi ecclesiam in manu pape spontanea uoluntate remisit. Sicque factum est, quod Alexander papa, sicut uir prouidus et discretus, pro conseruanda pace ecclesie utens dispensatione canonica, Corradum quondam Maguntinum archiepiscopum in Salseburgensi ecclesia sublimauit. Christiano autem cancellario Maguntinam ecclesiam auctoritate apostolica confirmauit, et tam ei quam Philippo Coloniensi archiepiscopo, qui a suis suffraganeis et catholicis fuerant consecrati, recepto ab utroque iuramento obedientie, pallia de more concessit.

Alexander autem papa prudentiam et literaturam Romoaldi Salernitani archiepiscopi diligenter attendens, et deuotionem quam erga Romanam ecclesiam semper habuerat recolens, ad petitionem ipsius archiepiscopi, communicato fratrum suorum consilio, ipsi et successoribus eius usum et dignitatem portande crucis per ciuitatem et totam suam parrochiam apostolica auctoritate concessit, et donum quod exinde Salernitane ecclesie in perpetuum fecerat, sui priuilegii munimine roborauit [3]. Hoc etiam silentio pretereundum non est, quod scismatici, qui in diuersis ecclesiis Tuscie et Lombardie auctoritate' imperiali intrusi fuerant, c. 274 b et quidam dicti cardinales, qui Iohanni de Struma adheserant, audito, quod imperator cum ecclesia et papa Alexandro pacem fecisset, penitentia ducti, Uenetias festino gressu uenientes, primo scisma, quod defenderant, abiurabant, dehinc per sancta Dei euangelia promittebant, quod de excessu, quem fecerant, domini pape Alexandri mandato starent, et eum et successores eius in catholicum papam reciperent. Et sic ab excommunicationis uinculis absoluti ad eius pedes accedebant [4].

---

5. dampno *A* - iccirco *A* — 8-9. Chonradum *B e Sasso* — 9-10. Saltzburgensi ecclesia *B e Sasso* — 14. Chonradum quondam Moguntinam *B e Sasso* — 14-15. Saltzburgensem ecclesiam *B e Sasso* — 15. Moguntinam *B e Sasso* — 19. litteraturam *A* — 24. *La solita mano del sec. XVII scrisse al margine di A*: Alexander papa concessit Romoaldo Salernitano archiepiscopo et successoribus facultatem portande crucis per civitatem et diocesim. Anno 1176 (*sic!*) — 25. schismatici *B e C, Sasso e Arndt* — 27. Venecias *A* — 28. schisma *B e C, Sasso e Arndt* — 29. domni *C e Arndt*

[1] L'elezione avvenne il 25 lug. 1177; cf. *Annales Pegavienses* in *M. G. H., SS.*, XVI, 261. Le lettere di papa Alessandro e dell'imperatore Federico Barbarossa del 28 lug. (5 Idus augusti), che parlano di siffatta elezione, possono consultarsi in *M. G. H.*, SS., XVII, 505.

[2] Adalberto III figlio del re Vadislao I.

[3] JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta Pontificum Rom.*, n. 12887, bolla di Alessandro III, Venezia, 21, VII, 1177; cf. P. KEHR, *Papsturkunden in Salerno, La Cava und Neapel*, in Nachrichten der K. Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen, 1900, fasc. 3, pp. 199 e 200.

[4] Boso, *Liber Pontif.*, II, 441: "Absoluto autem im" peratore, sequaces eius intrusi et scismatici ad sinum " matris Ecclesie catervatim confluentes, absolvi humi" liter postulantes, et refutarunt et anathematizarunt " super sacrosancta evangelia omnem heresim extollen" tem se adversus sacrosanctam Romanam ecclesiam, et " precipue scisma et heresim Octaviani et G. Cremensis " atque Iohannis de Struma, eorumque ordinationes irri" tas esse pronuntiantes, fidelitatem quoque et obedien" tiam domno suo pape Alexandro eiusque successoribus " catholicis promittentes, reconciliati sunt et unitati " catholice associati. De quorum numero famosiores " duximus nominandos: .... Papiensem, Placentinum, " Cremonensem, Brixiensem, Novariensem, Aquensem, " C. Mantuanum, Balneoregiensem, Pensauriensem, Fa" nensem, V. a Guidone Cremensi promotum in levitam, " U. quondam Cluniacensem abbatem et intrusum san" cti Petri in Celo aureo, atque vicinum eius sancti " Salvatoris intrusum ".

" Eodem tempore, XVIIII kal. septembris, in eccle-

Pace igitur, ut prediximus, inter imperatorem et regem Sicilie facta pariter et iurata, nuntii regis ad imperatoris palatium, ipsum ex parte regia salutaturi iuerunt. Quo cognito, imperator de camera sua egressus, eos, multis adstantibus, satis honorifice et benigne suscepit. Cumque Romoaldus Salernitanus archiepiscopus de faldestolio suo surgens, stans loqui uoluisset, imperator eum sedentem loqui precepit. Facto itaque silentio, archiepiscopus sic est exorsus: " Dominus noster gloriosus rex Sicilie dominum imperatorem, qui est " in presentiarum, sicut karissimum amicum et fratrem suum deuote pariter et affectuose " salutat, et per nos magnificentie imperiali significat, quod, cum hoc anno nuntiis sui ad " dominum papam pro bono pacis Anagniam aduenissent, scripsit dominus papa domino no- " stro glorioso regi, ut aliquos de latere suo ad eum mitteret, qui cum eo tractande pacis
c. 275a " colloquio interessent. Dominus autem rex 'deuotissimus filius eius ad petitionem illius co- " mitem Roggerium, uirum utique prouidum et discretum et de sanguine regio ortum, et me " cum eo ad eius presentiam destinauit, ut in perficienda pace adiutores essemus pariter et " presentes, non quod dominus noster rex pacificus cum domino imperatore aliquam credat " habere discordiam. Ipse enim sicut catholicus princeps et pacis filius, omnes christianos " principes diligit, et quantum in eo est, cum illis pacem et concordiam habere credit. Solos " inimicos crucis Christi crudeli odio mari et terra persequitur. Inde est, quod non parcit " pecunie, non indulget expensis, sed singulis annis biremes suas preparat, et cum eis arma- " tam militiam destinat, ut hostes christiane fidei deuincat pariter et confundat et euntibus " ad sepulchrum Domini securum iter preparet et expediat. Alii mundi principes subditos " suos uehementer impugnant, et cum inimicis fidei pacem facere non formidant, de sepul- " chro Domini, quod a Sarracenis impugnatur, non multum cogitant, et eum, qui solus ipsum " defendere nititur, impedire festinant; alii que sua sunt querunt, solus rex noster, que Iesu " Christi sunt, deuotus inquirit. Cum ergo ipse in Dei seruitio tam sanctam et puram de- " uotionem habeat, uos, domine imperator, qui ecclesie Dei specialis estis filius et defensor,
c. 275b " singulari amoris priuilegio pre ceteris mundi principibus dominum regem et uenerari' de- " betis pariter et amplecti, qui Dei ecclesiam semper intendit extollere, et inimicos eius non " desinit impugnare. Nulla etiam inter uos et dominum regem discidii causa uel odii semi- " narium interuenit. Dominus enim rex a magnificentia uestra se numquam offensum me- " minit, uel uos in aliquo offendisse cognoscit, sed certum apud eum et firmum existit, quod " si imperialis maiestas cum regia magnificentia perfecte pacis uinculo fuerit counita, ecclesie " Dei et toto orbi magnum poterit commodum prouenire „.

Archiepiscopus uerba finierat. Protinus imperator per Gottifridum cancellarium suum ad eius uerba respondit, dicens: " Salutes ex parte illustris regis Sicilie per uos magnificentie " nostre transmissas, ea qua decet reuerentia et honore suscipimus, et eidem loco et tempore " opportuno rependere multiplices procuramus. Quod autem tam ydoneas et elegantes per- " sonas ad pacis nostre colloquium destinauit, nostre excellentie satis gratum residet et acce- " ptum, quia ex legatorum suorum scientia, probitate simul et facetia, delegantis domini au-

---

